

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1

36.012

# CONRADI

## GESNERI MEDICI

ET PHILOSOPHI TIGVRINI

Euonymus, siue de Remedijs secretis, pars se-  
cunda: nunc primum opera & studio C A-

SPARI VVOLPHII Me-

dici, Physici Tigurini, in

lucem editus.

*Scie nunc quae op. reastq;*

ACCESSIT


EIVSDEM DE EDITIONE VIA-

ICIS NONI, ad titubantem Antonij Valerij Iunia-  
nens. linguam, Responsio.



Cum gratia et privilegio Cesareo  
ad septennium.





pointe à

# ILLVSTRI AC

GENERO SO DOMINO PETRO  
de Grantrye, Domino de Besne, Equiti, &  
Francorum Christianissimi Regis à Consi-  
lijs, & eiusdem apud Alpinos Rhetos  
Oratori, CASPARVS VVOL=

PHIVS Medicus Tiguri-

rinus S. D.

**S**CITE quidem & pru-  
dēter, summus post Hip-  
pocratem Medicorū Ga-  
lenus alicubi monet, Illu-  
stris & generose Domine, non solere  
eos, qui præclaros uiros imitari ue-  
lint, ea in mediū afferre, quæ uulgò tri-  
ta sunt, sed quæ paucis cognita, aut  
perspecta sint. Præclara sanè oratio,  
& tanto Philosopho haud indigna,  
quippe qua prudēter innuit, minime  
decere eos, qui magno excelsōq; ani-  
mo sint, in rerū abiectarū sordibus,  
& neglectis aut contemptis, sed ma-  
gnis ac difficilibus rebus operam po-

E P I S T O L A

nere, seçp exercere. Hoc ipsum quoque , cum Gesnerus noster , pro ea qua præditus erat & animi magnitudine & prudentia, facile uideret si bi quoque faciendum: ab ineunte statim ætate , huic studiorum generi, quod secretioris naturæ miracula cōtemplaretur, animum adiunxit. Igitur in eo naturæ studio , primo omnium , quod difficillimum uidebatur, tria magna & quidem præclara, De animaliū historia, paucissimis ha- ctenus cognita , non sine omniū ma- xima admiratione, uolumina confe- cit. Verum ut hæc eius opera, laudē merentur maximam, ita hī libri, ma- iorem multò peperissent admiratio- nem, quos de natura & facultatibus Stirpium, Mineralium & Metallo- rū, Insectorū, Thermarum, Veneno- rum, & nonnullarum aliarum rerū, conscribere sic constituerat, ut mul- tam mihi reliquerit, ad eorum perfe- ctionē, materiam undecunque con- quisitam. Ex his omnibus, & quibus- dam

## DEDICATORIA.

dam alijs , ab eodem inchoatis , non  
postremum locum obtinebit , exi-  
mum profecto hoc , de Remedijs se-  
cretis opus itidem collectum , & non  
nulla parte sui iam inchoatum . Hoc  
enim ipsum , non solum modum &  
rationem docet , qua simplicium &  
compositorum rerum partes substanc-  
tiales resoluuntur , id quod per se est  
& utile & pulchrum : sed etiam , quod  
multò est maius , ea remedia omni-  
bus spectanda & ad usum conuer-  
tenda proponit , quæ uti certissi-  
ma , & exploratè cognita habuit , sic  
doluit , quod à plerisque hactenus  
fuerint occultata . Nam quod ad de-  
stillationem attinet , ignorare potest  
nemo , partium resolutione , res quas-  
libet fieri ualidiores , meliores , atq;  
ad usum magis accommodatas . Cum  
etenim qui ualeantur sunt minus  
firma , non ijs modo quæ grata & iu-  
cunda sunt delectantur : sed ijs etiam  
gaudent , quæ minima portione af-  
sumpta , citam & festinam ingenitæ

## E P I S T O L A

temperaturæ actionem edunt: com-  
modissima hæc illi uisa est ratio, qua  
ægris gratificetur. Tantum tamque  
pretiosum & destillationis, & secre-  
torum remediorum Thesaurū, cum  
plerique scirent à Gesnero mihi per-  
ficiendum relictum, cœperunt ali-  
qui literis ad me datis, ad suscipien-  
dum tandem huius thesauri editio-  
nem me solicitare. Huc accessit id  
etiam, quod multi, qui ad me uenie-  
bant amici & peregrini, ubi suppel-  
lectilem omnem paulò diligentius in-  
spexissent, ut cùm in Medicinę, tum  
Chymicę artis studiosorum gratiam,  
in lucem darem, sunt me etiam atque  
etiam hortati. Alij rursus, quasi debe-  
rem hoc Gesneri manibus, me ceu  
religione quadam urgebant: multi  
alij, præsertim erga quos eram paulò  
difficilior, ingratitudinis & inuidiæ  
nomine suspectum me habebant. At  
satis intelligebam non temerè & sine  
iudicio esse diuulgandum illud, cu-  
ius tam multæ & magnæ commodi-  
tates

## DEDICATORIA.

cates essent: nec etiam quantus labor ad id perficiendū requireretur, igno-  
rabam. Ad summum, si dicendum  
sit quod res est, uix ad id absolu-  
dum accessissem, nisi tu quoque Illu-  
stris & generose Domine, tuis me-  
uerbis atque authoritate qua polles,  
tūm, cum me meamq; inuisere bi-  
bliothecam dignatus fuisti, exti-  
mulasses. Quam sanè animi tui pro-  
pensionem, cùm erga me declara-  
tam, tūm ipsi libro edendo prestitam,  
non modò eo tempore quo præsens  
eras, sed etiam post discessum tuum  
mirificè ita sum admiratus, ut semper  
postea animo meo impressa fuerit.  
Igitur ab eo tempore, auidè cœpi quæ-  
rere, qua ratione me, tuæ humanita-  
ti magis magisq; insinuarem. Quod  
cum sedulò cogito, putauī me & meę  
uoluntati, & multorum petitioni eo  
ipso, satisfacere posse, si hunc Euony  
mi Thesaurum, sub tuæ magnificen-  
tiæ nomine & tutela in publicum e-  
mitterem. Cum enim ea, ut refert in

E P I S T O L A

Rheticis Aristoteles , quasi quodam naturæ ductu, se mutuum oblectent , quæ uel genere sunt coniuncta , uel aliâs aliquid inter se similitudinis habent : arbitror hæc quoque nostro illo thesauro recondita remedia , quia studijs , quibus tu plurimum tribuis , aliquo modo sunt affinia , tanto iucundiora suauioraç̄ futura . Existimo quoç̄ uiris eruditis & hominibus illarum artium studiosis , hoc ipso gratiorem hunc thesaurum futurum , quod in tuo ; qui nobilitate generis , & authoritate Consiliarij & Legati Regij dignitate & honore præstas , nomine exit . Spero quoque munusculum hoc , et si sit mole exiguum : tamen & ob meæ erga te obseruantiae synceram testificationem , & quia multa naturæ arcana , quæ tu facis maximi , atç̄ etiam magno studio inuestigas , tibi gratum & optatum futurum . Deinde uero , quia cognitissimum est , tibi uiro prudentissimo , quę quantaç̄ in hominibus interdum

DEDICATORIA.

terdum egerminet prauitas, quod  
lingua prurientes, nimis quam licen-  
ter, in alienam irruere famam, nulla  
non hora sibi permittunt, eaq; lin-  
guæ uirulentia, planè ad uenena na-  
tæ, optimum quenq; allatrant, hunc  
thesaurum, tuæ curæ & tutelæ per-  
mitto, ut satyrico felle conspersos,  
tuarum antidotis uirtutū reprimas,  
aq; omni calumnia defendas. Quod  
ut faceres, quemadmodum pro tua  
authoritate & prudentia potes, plu-  
ribus uerbis te rogarem, nisi spera-  
rem, te & horum studiorum delecta-  
tione, & eo quo me complecti cœpi-  
sti, amore, ad id faciēdum tua sponte  
adductum iri. Vale Illustris & ge-  
neroſe Domine. Tiguri Idi-  
bus Augusti, Anno  
1569.

\* §

AD CANDIDVM  
LECTOREM AD-  
MONITIO.

**M**ulta haberem, optime Lector, in hoc opere excusanda, nisi sperarē, me etiam tacente, candidum & æquum iudicium ab eruditis, aut omnibus aut plerisque, aduersus omnem petulantiam zoilorum, mihi patrocinio firmissimo atq; optimo futurum. Etenim quo quisq; doctior vir est & melior, eò procliuore est ad huius generis errores condonandos, natura ac voluntate. Idq; mihi, in hoc præsertim adeò piè suscepto opere, de optimo & dottissimo quoque maximè polliceor. At si præter spem euenerit, acquiescam tamen in eo meo proposito, quod rei Medicæ Studiosis opem ferre, quantocunque conatu, constituerim. Si vero displiceat alicui, quod oratione inculta, planeque barbara sint hæc explicata: is intelligat, me noluisse veterum authorum verba, aut etiam recentiorum scripta, temere emendare, ne viderer plus illis sapere. At vero non puto quenquam esse, qui The saurum tam preciosum propter sermonis incommoda, aut abijciendum aut negligendum existimet. Quod authorum nomina, non ubique addiderim, fateor: at nollem quenquam existimare, fa-

re, factum hoc à me esse, ut aliquid authori, de  
sua, qua dignus erat, laude detraherem: verum  
potius, quod quis author fuerit, nesciuem.  
Multorum verò de industria supressi nomina,  
quod nominari iij noluerint. Sed neq; hoc mole-  
stum fuerit, quod multas aquarum, et oleorum,  
ac etiam extractionū descriptiones, penè sibi ipsis  
similes, non expunxerim: factum hoc est, ut con-  
ferendo, res alioquin obscura, clarior tibi fiat.  
In vniuersum, quicquid in hoc thesauro potui,  
id præsteti, & ea qua fide accepi, tibi offero.  
Quām facile sit colligere, intelligis: quam dif-  
ficile collecta disponere, non nescis: quam labo-  
riosum sit, res nouas, raras, abstrusas, Latinis  
verbis antehac nunquam explicatas, quæque  
demonstratione viua potius quam oratione do-  
ceri debent, tractare: id hī norunt omnium opti-  
me, & mihi si quos hic admisi, condonare erro-  
res possunt, qui ipsum melius sunt experti.  
Credo etiam te, studiose Lector, si vidisses hu-  
ius operis materiam, cum adhuc rudis esset,  
& maximam sui partem numerorum notis,  
hinc inde ex varijs Græcis, Latinis, Italicis,  
Gallicis, Germanicis libris colligendam &  
transferendam in Latinum sermonem, indi-  
care: abhorruisset sortassis, ab eius suscep-  
tione animus tibi: non solum tanti laboris  
& molestiae, verum etiam multorum huius

etatis hominum usalignorum iudiciorum for-  
midatione, et mihi, sat scio, tam patronum  
aduersus zoilos, quam iudicem aequum et be-  
nignum, te preberes. Quod certè mihi de opti-  
mo, et doctissimo quoque, ut initio dixi, polli-  
geor. Ac si mei voti compotem me factum intel-  
lexero, ad historiam Stirpium perficien-  
dant, hoc alacriore animo accedam.

Interim hoc eius apud te de-

pono pignus

Vale.



TITVL ET SVM  
MA CAPITA HV  
IVS LIBRI.

- E Vonymi de remedij secretis, pars secunda, quatuor habet partes principes.  
Prima, comprehendit ea quæ in genere de destillationibus erant dicenda, cuius præcipui tituli sunt.  
De destillatione ~~me~~ ès, quid sit & qualis, pag. 1  
De destillationum differentijs 4.b  
De varijs destillationum instrumentis tām yniuersalibus, quām particularibus 6  
De liquorum destillatorum correctio-  
ne 21.b  
Secunda pars, de aquis tantūm rarioribus & secretis, tractat, exceptis ijs quæ è vino destillantur, & quintæ essentiaz dicuntur: huius tituli sunt.  
De aquis simplicibus ex herbis, semini-  
bus, fructibus, &c. 23  
De aquis ex animalibus, & eorundem partibus 31.b  
De aquis compositis è stirpibus 36.b  
De aquis compositis, quæ Elixir vocan-  
tur 50.b

De aquis metallicis & forti	57
De præcipitato	67.b
Tertia oleorum diuersorum destillationem continet: cuius tituli sunt.	
De oleis in genere	70
De balsamelæis, & oleis compositis, quo rum alia,	
Intra corpus usurpantur	75.b
Extrinsicus adhibentur	92.
Sine destillatione parantur	99.
De oleis ex floribus	104.b
De oleis ex seminibus	108
De oleis ex fructibus	111.b
De oleis ex aromatibus	113.
De oleis ex gummis, lachrymis & re- finis	115.b
De oleo ex terebinthina	119.
De oleis ex corticibus	120.
De oleo ex tartaro	125.
De oleo ex lignis	125.b
De oleo ex charta, & tela lini	126.b
De oleis ex animalibus	127
De oleis antimonii	134.
De vitro antimonij	139.b
De oleo ex vitriolo	156.
De oleis ex alijs metallis	175.
De oleo succini	175.b
De oleo ex lateribus	180

Quarta

Quarta pars, varia docet diuersi generis destil-  
lare & præparare, huius tituli sunt.

De aqua vitæ simplici & composita de-  
stillanda 182.b

De instrumentis ad aquam vitæ destil-  
landam 186

De succis & extractionibus 203.b

De salibus ~~factitiis~~ ~~et~~ ~~salis~~ 213.b *Sor. in p. t.*

De borace 217.

De auro potabili, vel oleo auri 219.

*Sor. in p. t.  
Salibus factitiis  
et salis  
borace  
auro potabili  
oleo auri  
propositiones*

- D's next bourniply'ed p[ro]p[erty] and
- The posse
- The tresp[ose]e
- D's tress[es]e: c[on]tagionous
- Tunisia
- D's influence at shrewsbury
- Belgium
- D's duty to the public & the world
- England
- Charterholders' rights & obligations

CONRADI GES  
NERI MEDICI ET  
PHILOSOPHI TIGVRINI

*Euonymus, siue, De remedijs secre  
tis, pars secunda.*

DE DESTILLATIONE, QVID  
sit, & quid præcipue in eadem con-  
siderandum.

**S**VBLIMANDI artē, Fusoriam  
seu Destillationem, vt quidam vo-  
cant: siue vt Chymistæ volunt, a-  
lio quodam allecti scopo, Chymi-  
cam, & Chymisticam, Arabes inuenēre, vt  
author est Fumanellus. Hi nanq; destillatio-  
nem seu destillandi artem cum consideratio-  
ne, pro hominum salute inuenierunt, inuen-  
tamq; auxerunt. Est autem destillatio, vt in-  
quit Ioannes Langius in Epistolis, humoris  
per calorem in vaporem resoluti, ac frigore  
rursum inspissati, eliquatio. Hanc actionem  
nonnulli, alio nomine Sublimare dicunt,  
quod etiā ipsum nihil aliud significat, quam  
subtilium partium à crassioribus & fæculen-  
tis separationem: & operationem, qua cor-  
pora, quorum vel substantia est impura, pu-  
rior, & syncerius redditur, vel partes terre-

A

## E V O N Y M I

stres, nō vñsq; adeò bene cohærentes, aut alio-  
qui per totam substantiam plus satis cōfusæ  
constringuntur, & magis uniuntur, vt solutæ  
calore in fundo relinquātur. Si etenim absq;  
calore solis, ignis, aut putrefactionis, nempe  
per licium, penicillum, spongiam, aut vas fi-  
gulinū crudum, humoris alicuius expressio  
fiat, aut per cyssimbrium, vasculū ex hedera  
factum, relicta intus aqua, vino per poros re-  
sidante, non propriè destillatio appellatur:  
sed dum ex vase uitreo, super arenam posito,  
ac floribus referto, aprico solis calore, in ali-  
ud oblongum, humor elicetur, hunc tum de-  
stillare rectè dicimus. Si verò de vase fictili,  
stanneo, aut vitreo supra furnibulum posito,  
ac fundo eius arena, uel cinere ita circumse-  
pto, vt collum eius instar cucurbitæ oblon-  
gum, capitello rostro oblongo, simili naso  
resimo coopertum, promineat, ignis succen-  
si calore, vaporulentus humor extenuatus,  
ac rursus frigore capitelli & aëris ambien-  
tis ingrossatus, in ampullam rostro capitel-  
li appensam, guttatum defluxerit, id quoque  
destillationē appellamus. Vel destillatio est,  
vt idem Fumanellus lib. de Comp. medica-  
mentorum describit, humoris, paulatim seu  
guttatum, vi caloris, per alembicum, aut vas  
aliud, ex re subiecta extractio, seu effusio,  
per quam, coctione quapiam, plurium ab  
inuicem fit secretio, & secretorum quorun-  
dam, quandoq; ad formā vnam elicita de-  
ductio

ductio , varijs affectibus , & morbis conducentem . In quam sententiam etiam Ioannes Mesues his verbis scribit . Constat , quod plus res sunt materiae heterogenee in corpore conclusae , ac velut concretae , quæ opera Chymistarum , vi caloris separantur . Et huiusmodi quidem siue destillationes , siue corporu sublimationes , neque sunt prorsus aqua . nec penitus liquor vntuosus , sed substantia quædam differens ab ea , quam destillandam imposueras , materia . Et hoc loco non ignorandum , verbū hoc Sublimare , in alia quoq; apud Chymistas significatione , usurpari : ut cum de Mercurio sublimato dicunt , &c . De qua significatione inferius dicetur .

In omni vero artificiosa destillatione , quam multa , variaque artifici occurrant consideranda , haec duo tamē præcipue diligentia consideratione dignissima sunt , (quæ etiam in omni alio opere faciendo , ab industrijs artificibus , in cuiusq; operis statim limine adhibentur ) ut videlicet & subiectæ materiae ratio habeatur , quæ nimirum aut qualis , quidam natura sua vel agere vel pati nata sit : tum verò ad opus felicius perficiendum , vt apta & idonea seligantur instrumenta . Quæ duo , si eo , quo par est , modo , in considerationem venerint , de operis perfectione , deq; desiderato fine , minimè erit dubitandum . Ut enim ipsa huius vniuersitatis natura , non ex quo cunq; obvio , quodlibet corpus effingit : nec

## E V O N Y M I

ipſi etiam artifices, ex quo uis ligno Mercuriū efformant, ut multis rationibus nobis Physici persuadent: sed ex certa quadam & ad ſuſcipiendam formam, proportionata materia, interuenientibus quoque certis cauſis medijs, ſingula fiunt, ac generantur: ita in hac quoque Chymica arte, ſiquidē vel oleum uel aqua, aut quodcunque aliud, ex re quā piam extrahendum ſit, materia ipſa primo omniū eſt cognoscenda, talis ne existat, ē qua uel oleum uel aquā, aut ſimile ſperare poſſimus: deinceps verò per quae id commode ſiat, instrumenta ſunt conquirenda. Quod si enim eiusmodi natura rei deſtillandæ fuerit, quae humore eo aut liquore, quem querimus, ſit deſtituta, quid quæſo hoc aliud, quam ab aſino lanam poſtulare, aut ē pumice aquam exprimere? Igitur cum omnia corpora mixta, ex elementis ſint conſtituta, ideoq; alia magis ſint aërea, alia magis aquea, alia verò ignea natura potius coſtent, alia deniq; ſint terrefria, pro cuiusq; nimirum compositi mixtionis neceſſitate: conſiderandum eſt, quantum quælibet res aquei elementi aut aërei: ignei aut terrei in ſeſe contineat. Quecunque enim aquea conſtant natura, ab ijs aquam, ignis vi elicere, non omnino diſſicile fuerit: quemadmodum ex ijs, quæ aëreæ aut igneæ ſunt ſubſtantiae, oleum arte deſtillatoria exætrahere, facile eſt. Sic ſunt etiam multa corpora, terrefria nimirum & præſicca, ex qui-  
bus

bus aquam uel oleum extrahere, non modò  
difficile, sed etiam impossibile est. Sunt etiam  
alii, è quibus aqua quidem facile destillat, vt  
quæcunque humida & aquosa fuerint; alia  
ex quibus oleum facile, aqua verò minimè,  
vt quæcunque ariditate rigent omnia.

**I**N DESTILLATIONIBVS QVA  
*rundam partium substantialium virtutes de-*  
*fiderari, aut immutari, & cur tar-*  
*dius in vsum venerit destil-*  
*latio, ex Iohan. Langio*  
*præcipue.*

**C**ertum est, terræ nascentia cuncta, ex dia-  
 uersis & ferè insectilibus elementorū  
 frustulis, velut atomis, esse coadunata: ac in  
 illis diuersas & contrarias, sub vna tamen to-  
 tius compositi forma, residere virtutes. Vnde  
 illa decantata rhei barbarici radix aluum la-  
 xit, eandem astringit, & hepatis obstructio-  
 nes tamen aperit. En rosarū succus, ventrem  
 à cholera expurgat, quem illarū aqua & sic-  
 ca substantia astringit. Sed vicissim illarum  
 in vnguis amaritudo reserat, pulmonisq;  
 ulcera consolidat. Nunquid externa vrticæ su-  
 perficies prurit et vrit: internus verò eius suc-  
 cus arterijs applicitus, febrilē cordis æstum  
 infrigidat? nunquid & quotidie videmus, ex  
 eadem vénæ subterraneæ minera, in furnibu-  
 lo diuersa, plumbi, argenti, vel cupri & auri  
 simul cliquari metalla? quorum tamen non

## EVONYMI

parua pars in fumum resolutur. Quum igitur fæculentiores partes in fundo alembici subsideant, aëreæ verò in spiritus fatiscant, ac humidiiores cooperculi frigore ingrossati, ex illius alucolo in subiectum vasculum guttatum destillent: nihil certè mirum erit, instillatio aquarum liquore, aliarū partium virtutes, odores quoque & sapores, paucis excessiōnibus, desiderari ac immutari. Vnde Mesue: Aqua, inquit, rosarum, per sublimationem facta, multum roborat: nec tamen ut illarum succus, vel per infusionem recentium dilutū purgat, quia subtilis earum caliditas, est igne dissoluta: adde quod recondita formæ specificæ virtus, ut in magnete, colocynthide, & scammonea, & alijs, per totam æqualiter sui subiecti substantiam diffusa, disperditis aliarum subiecti partium viribus, suum robur retinere non potest, quin illius actio quoque dispereat. Vnde aqua per alembicum de colocynthide, aut rhabarbaro extracta, aliuū subducere nequit: quum tamen illarum dilutū, in quo saltē aliquot horas macerantur, id facile præstabit.

Eodem quoque modo, herbæ omnes calidæ & siccæ naturæ, aquas suas quidem optimas reddunt, caliditatem propriam & siccitatē seruantes: at herbæ frigidæ & humidæ, suam non æquè seruant humiditatem, neque frigiditatem, quia ex igne in alembicum recepto, nonnihil caliditatis acquirunt, quæ propriam

propriam ab aqua aufert naturam, neq; aqua ista, illius simplicis medicamenti à quo extruditur, amplius naturā habet, aut certè modicam. Vnde licet endiuīæ aqua & lactucæ ac solatri refrigerare soleant, modicè tamen id præstant, cum alioquin, si proprias herbarū à quibus extruduntur, qualitates seruarent, vehementer infrigidarēt. Ut igitur proprias seruare possint herbæ etiam temperatura frigidæ, qualitates, decoquendæ potius forent, & decoctū sumendum. Quod si verò his potius, quam decoctis aliquis vti exoptarit, noscat si balneo Mariæ vocato destillentur, humidarum ac frigidarum virium minus amittere, quam si alembico elipientur, vel cappello vocato: qua de re etiam inferius agetur, ubi de correctione aquarum sermonem faciemus. In uniuersum itaque, hoc apud omnes constat, non quamlibet formam, sua virtute illæsa, in quovis mixto & *κράσι*, aut temperatura, subsistere posse. Nil mirū igitur, aquas, præcipue sicco empyreumatis calore destillatas, à suorum parentū virtute degenerare. Quod certè plus doctos, quam imperitos terruit medicos, effecitq; ut illatum usum, serius acceptarint: alij verò, ut illarum defectum refarcirent, varios per varia organa destillandi modos excogitarint. Primus liquide, quod ego sciam, sed ferè etiam postremus Græcorum medicus Actuarius, aquæ rosarum meminit, dum ait: Stillatitij rosarum liquoris,

A 4

## EVONYMI

quem Rhodostagma nominant, Ἡ. i. cum  
saccharo ferueat, donec euaneat. At inter  
Arabes Mesue, sublimationis aquarum ab-  
sinthij & rosarum meminit primus : Aqua,  
inquit, sublimationis absinthij, sit sicut aqua  
rosata & similia, quæ fiunt in vasis sublima-  
tionum. At postquam Rhasis, Serapio, & A-  
uicenna, alchymiaæ animum adiecerunt, tum  
illarum usus, in medicinam irrepit.

## DE DESTILLATIONVM formis seu differentijs.

**Q**uoniam autem, ut iam dictū est, cor-  
pora, quæ per destillationem separa-  
re cogitamus, non eiusdem generis,  
aut qualitatis sunt omnia, fereque fiat, ut alia  
à leuissima actione patientur, alia verò vix  
ac ne vix quidem, intensis etiamnum agen-  
tis causæ viribus, cedant : non temerè, ab hu-  
ius artis primis inuentoribus, atq; etiā subse-  
quentis ætatis cultoribus, variæ & discrepa-  
tes, diuersis rebus destillandis, formæ, sunt  
excogitatae, quarū nimirum beneficio, eum  
quem præfixum tenebant scopum, facilius  
assequerentur. At rursus cùm constet, pro va-  
ria destillationum forma & modo, necessa-  
ria quoq; esse alia atq; alia instrumenta, cui-  
libet modo accommodata, rectè (meo qui-  
dem iudicio) de destillationum generibus  
prius, quam de instrumentis, sermonem in-  
stituemus. Igitur cùm omnis, resolutione  
partium

partium substantialium, caloris externi vi-  
fiat destillatio, duæ primæ sunt viæ ac ratio-  
nes huius separationis, ab authoribus Chy-  
micis propositæ. Intellexerunt etenim, siue  
per rationē, siue per experientiam, alia qui-  
dem corpora contumacius succum de se fun-  
dere, alia verò facilius & minore negotio:  
proinde hi alium quidem modum faciliorē,  
alium verò difficiliorē seu fortiorem, ex rei  
ipsius necessitate, adinuenerūt. Et hunc qui-  
dem per descensum, illum verò per ascensum  
fieri debere, voluerunt, ijsdemq; nominibus  
appellarunt. Itaq; in vniuersum omnem de-  
stillationem, vel per ascensum, vel per descen-  
sum fieri dicimus. Horum modorum vterq;  
rebus destillandis indiscriminatim, prout ins-  
genij dexteritas, aut experientiæ persuasio,  
cuiq; dictant, adhibetur. Frequentior tamen  
per ascensum destillatio est, ex herbarum vñ-  
belliferarum seminibus, ex aromatibus, simi-  
liter & ex lachrymis, resinis, & liquoribus:  
per descensum verò, è lignis iuniperi, aloes,  
guaiaci, piceæ, fraxini, &c. olea extrahuntur:  
quanquam & aquæ nonnullæ per descen-  
sum, ex rosis, &c. destillentur.

Cæterum destillationis quæ per ascensum  
fit ( vt de hac primo loco dicamus ) licet plu-  
res modi ab authoribus nobis sint propositi,  
possunt tamen ij omnes, ad tres hos ordines,  
pro causæ nimirum agentis seu efficientis  
differentia referri. Ac primus quidē modus

## E V O N Y M I

est, quādo aliquid in sole, vi caliditatis ipsius destillamus: secundus verò igneæ caliditatis seu elementaris vi: tertius caliditate, quæ putrescentibus rebus inest, perficitur, de quibus nunc ordine dicemus.

In sole fieri solet destillatio, locis calore solis estuantibus, posito super calidam arenam vase vitro, re destillanda repleto, vna cū appenso seu coniuncto recipiente. Verùm hic modus nostris regionibus, frigidioribus scilicet, non admodum vñitatus est: solent tamē olea multa insolatione parare plerique, quæ fortè cōmodius decoctione fieri possent, vt quæ inest rebus facultas, vehementiori caliditate, melius extraheretur.

Multis ferè modis igneæ caliditatis vehementia, aquæ vel olea ex rebus cōpositis extrahuntur: aut enim simpliciter in cucurbita concluduntur res destillandæ & igni imponuntur: aut eadem balneo Mariæ vocato immerguntur: aut cineribus, aut arenæ, sicque subdito igne liquorem desideratum euocat. Et hic quidem modus, vt est optimus & usitatissimus, ita latissimè pater, vt in sequentibus videbitur.

Tertia destillationis forma per ascensum, fit vasis destillatorijs medicamento refertis, & in acinorum aceruo, aut olearum recrementis, vel fimo qualicunq; obrutis: horum enim omnium calore purginali, è medicamentis, diu in vase aliquo, olei vel vini arden-

tis

is alioûe liquore maceratis, Chymistæ suam quintam essentiam depurgant, ac salutares instaurandæ iuuentutis ac propagandæ vi-  
tæ aquas, & nescio quæ nō (inquit Langius  
in Epistolis) pultricia pestis ac veneni phar-  
maka alexiteria, elicere promittunt: quibus  
vt ab auro nomen imponunt, ita auro quoq;  
compensari ea volunt. Et hęc quidem tria de-  
stillationum genera, ob vaporum in subli-  
me ascensum, sublimationes rectè dicuntur.

Altera verò apud Chymistas destillatio-  
num formā, per descensum ab Alberto dicta,  
fit, olla vitreata in scrobem terræ defossa, cui  
alia medicamentis referta, in fundo forami-  
nibus pertusa, inseritur, terraq; obruitur: su-  
pra quam lignis siccis (ἀκατόνατοις) accensis, me-  
dicamenti liquor per ollæ fundi foramina, in  
ollam inferiorē destillat & descendit: & hac  
ratione plerique oleum ex assulis lignorum  
iuniperi & aliorum conficiunt, Langius.  
Neq; verò ignoramus etiam alias nonnullas  
in v̄su esse destillationes, vt ea quæ per filtrū  
fit aut per torcular, &c. sed de his in præsen-  
tiarum nihil, nisi obiter, dicetur.

### D E I N S T R U M E N T I S Q V I- bus destillationes perficiuntur.

**Q**Vanquam omnis destillationis mo-  
dus perficiatur, pro iudicio, ingenio-  
que artificis aliter atq; aliter, & cuiq;  
sua sit sententia: artifex tamen, quo quisque

## EVONYMI

fuerit ingeniosior, ita omnia quæ ad operis perfectionem desiderabuntur, prius conquiret, ac proinde animo suo meditabitur, quibus instrumentis quodlibet debeat ac possit commodissime destillari, quam destillandi opus suscipiat. Ex instrumentis autem, alia sunt vniuersalia, ideoq; ad omnem distillationem requisita, cuius generis est calor: alia verò sunt particularia, certis tantum distillationum generibus accommodata, cuiusmodi sunt, infusio, putrefactio, fermentatio, fornaces, vasæ vitrea, terrea, aut alterius materiæ, et si quæ sunt alia, &c.

## DE CALORE, INSTRUMENTO vniuersali, necessario omnibus de- stillationum formis.

**O**MNIS destillatio duobus præcipue modis perficitur, prior quidem caliditate & siccitate, alter vero caliditate & humiditate. Vtriusque autem tres gradus constituuntur, primus est leuis caliditatis, seu qualitatis remissæ: secundus fortior cum mediocritate tamen aliqua: tertius est violentus. Est igitur ignis moderandus, & regendus, pro natura ea, quam res destillanda habet, non negligen- do etiam secundas qualitates atque tertias. Quamobrem quæ tenuioris sunt substantiae, vt lactuca, endiuia, & frigida: non ferunt calorem nisi moderatū, & primi gradus. Quæ autem crassa sunt, & substantiae compactiores,

ris, ut absinthiū, & aromata, similiaq;, potentiorem calorem requirunt. Antimoniu contra, cæteraq; metallica, ipsum iam expertunt ignem. Per calorem moderatum in destillatione vini, & herbarum, ascendunt partes etiam aquæ: per violentiore verò, ascendunt tantum tenuiores, aqueis relictis.

Sed habéda quoq; est ratio vel maxima, ne ignis de lignis semiputridis, graueolentibus aut prunis in scrobe suffocatis, aut carbonibus de terra erutis, quos ~~nibarib, paras~~ appellant, succensus, suo virulento vapore vasa destillationis inficiat, & liquores coquinet. Quā noxius enim horum vapor sit, cubicula & Hypocausta, & balnea his calefacta, testatur: quæ in his diuersantes, non ferendo capitis dolore affligunt, vomituq; & lypothymia prosternunt: id quod in balneis Oenospongi ipse cum illustrissimo principe Palatino grauiter sum expertus. Vnde Galenus merito se darguit Erasistratum, qui ob aëris densitatem aut subtilitatem perire arbitrabatur inhabitantes, quum potius ob pestiferos in Charone baratros, aut domos nuper calce oblitas, aut carbonum odores, noxio scilicet horum vapore, interirent, Langius. Non defunt tamen, qui hac in parte contrarium sentiant, existimantes neque fumum, neque carbonum odorem, materiæ quæ destillatur quicquā officere, aut quo quo modo alterare posse, vbi cueurbita bene lutata & obstructa

## E V O N Y M I

fuerit. Destillatoribus verò, quiq; destillatio-  
nibus præsunt potius, quàm rebus destillan-  
dis, esse inimicum vaporem.

### D E R E L I Q V I S I N S T R V=

*mentis particularibus*

**S**Vnt & alia quoq; instrumenta, per quæ  
Signea qualitas vel intenditur in destilla-  
tione, vel remittitur. Quamobrem destillatio  
aliquando fit mediante vapore, aliquando in  
aqua, ut in balneo Mariæ: aliquando per ci-  
neres, per arenam, per contritos lapides, lima-  
turam ferri: aliquando his mixtis, ut quando  
arenæ aqua commiscetur, ut neque penitus  
fiat in balneo destillatio, neq; omnino in a-  
rena. Vbi notandum est destillationem, quæ  
cum farina laterum fit, omnium esse quo-  
rundam iudicio, optimam & tutiorem, calo-  
rem enim æqualiter fouet, & vitra non æquè  
facile rumpit, quæ duo in destillationibus,  
per necessaria sunt. Sed de his omnibus, vbi  
& quando, nunc hoc, nunc illo medio sit o-  
pus, in particularibus destillationibus di-  
cetur.

Ad destillationem rerum, necessaria ali-  
quando est infusio, aliquando putrefactio,  
contritio, & huiusmodi alia.

Infusiones quibus præparantur res destil-  
landæ, ad olei vel aquæ extractionem, fiunt  
aut in aqua simplici elaborata, ut per cana-  
les longo itinere decurrēte, aut in aqua destil-  
lata,

lata, aut in aqua vitæ, aut vino, aut in aquis herbarum destillatis, aceto, aut alio aliquo liquore: & sic infusa stant in sole, vel igne per semihoram, per horas etiam plures, noctem totam, etiam diem, biduum, triduum, per mensem aut plures, pro medicamenti natura, & vario medici scopo & necessitate. Res infusas aliquando exprimimus ante distillationem, & expressum demum humorem destillamus, aut integrum infusionem, hoc est, infusum ipsum, & liquorem, in quo facta est infusio, simul in cucurbita, aut alio instrumento destillamus. Aquæ & olea quæ ex aromatibus parantur, fieri debent per infusionem in aqua simplici, non in vino, aut aqua vitæ, quia illa citò ascendunt, nec ferunt secum aromatum vim: aqua autem non sine aromaticâ facultate ascendit. Aliquando ponimus res destillandas ad putrescendum, at tandem finita putrefactione, destillamus; aliquando tamen & ipsa putrefactio destillatio est, ut supra monuimus, & inferius quoque eius fiet mentio.

Fermentatio quoq; materiarum ac infusionum fit, aut ad solem canicularem, aut alioquin potentem, aut ad fornacem, aut in fine equino. Fermentatio eget multis diebus, ut quatuor aut pluribus, & quo melior facta fuerit fermentatio ac præparatio, eo maior & olei & aquæ erit extractio.

## EVONYMI

DE FORNACIBVS, CVCVRBI-  
tis, capitellis, recipientibus & reliquis in-  
strumentis, quædam in  
genere.

**D**E instrumentis materialibus, quibus ar-  
tifices Chymistæ, in oleis aut aquis de-  
stillandis utuntur, peculiariter hic & seorsim  
prolixius scribere, nostri non est instituti,  
quando ea omnia satis superque ab alijs scri-  
ptoribus tractantur. Sufficiat nobis hic gene-  
ralia quædam monuisse, & rariora instrumen-  
ta & modos destillationis proposuisse.

Optima & aptissima destillatoriæ forna-  
cis forma, sphærica est, ad cuius extirptionē,  
eligendi sunt crudi, probè tamen sole arefacti  
lateres, vtpote qui coctis sint tractabiliores,  
& ad quancunq; etiam formam ferro facile  
incidi possint. Fornacis quantitatem, secun-  
dū aheni proportionem determinato, & den-  
situdinem seu parietum crassitiem, protuo arbit-  
rio effingito. Quo tamen densior circum-  
ferentia seu latera fuerint, hoc plus caloris fo-  
uent. Lapidès crudi in humidum prius locū,  
velut in cellā ut ferro tractari melius possint,  
erunt recondendi. Erunt aut sic aptandi lapi-  
des, ne iuncturæ conueniant, sed inæquales  
fiant, sic enim firmior fiet constructio. Vni-  
endi lateres luto pingui, è floccis de panno ab-  
rasis & simo equino simul subactis. Madefiat  
autem, ubi luto vti voles, in aqua multum  
salita. De luti autem præparatione in sequen-  
tibus

tibus. Arsenicum, auripigmentum, cinnabaris, mercurius, sulfur, & similia, quoties destillanda fuerint, extruenda est fornax communis destillatoria, rotunda vel quadrata pro voluntate destillatoris, cum duobus foraminibus utrinque relictis ad eventationem ignis. Huic est adaptandum vas aliud terrenum, quod cineres & boci recipiat, sicque transuersis ferramentis fornacis imponatur, ita ut vndeque luto vel terra claudatur, ne ignis inter fornacem & vas terrae perieret. Tum supponatur ignis, primo quidem usque quo incalescat fornax, & materia contenta liquefacit, lentius: postea vero augetur & fortificetur, tandem quoad nullus fumus per bocia orificio exhaleat.


Aerea vasa, aiebat quidam Chymista empiricus, nihil opus esse stanno induci: hoc enim olea & aquas quodammodo attrahere, remorari, & consumere magis, quam aes.

Cucurbitae aliquando longissimae requiriuntur, utpote quando liquorem puriorum & synceriores requirimus. Eiusmodi necessarie sunt in quintae essentiæ destillatione, ubi subtiliores tantum, non autem crassiores & terrestriores spiritus ascendere volumus.


Inter destillandum, aliquando necesse est, capitellum pannis aqua frigida madefactis, refrigerare, ut citius spiritus & vapores condensentur. Verum hanc molestiam euitare licet, hoc modo parato instrumento, quod Lonicerus de arte destillatoria ita describit,

# EVONYMI

Cupreum vas ad formam adustoriæ galeæ,



sive ut vocant alembici, figura B. hic signatum, accipiatur, huicq; aliud rursus rotundum operculum, quale A. litera monstrat, priorem galeam non contin gens, cui frigida infunditur aqua, iuper inducatur. Alembici item collum arundo operculi, C. refrigerat.



Quod si aqua huic operculo seu vittæ infusa, caluerit, per epistomium D. emittitur, ac recens denuo infunditur. Vel extractoris e

tiā, qualia hic vides instrumentis, ad hoc ipsum vi licebit, quæ breuiore parte in operculū immissa, omnem aquam ex trahunt, quā extracta, frigida suppleri poterit. Aut aliter ex eodem.

Bouis vesicam galeæ sive alembico superinducunt, eam probè circumligantes, quam circa alembici collum aqua replent, eamq; si incaluerit per epistomium evacuant. Hæc refrigeria plurimum prosunt, si pura & tenera simplicia, velut flores, herbæ, radices, fructusq; aqua vitæ & separatio quintæ essentiæ, separentur & subducantur. Quidam

in ea

in ea sunt sententia, ut existiment instrumenta forinsecus nullo pacto refrigeranda, neq; capi-

cellum neque rostrum, quia olea rursum reprimunt & in cucurbitam decidunt, vnde nunquam postea eleuari possunt.

**R**ostrum nō sit

longius spitamo uno, aut uno cum dimidio, priusquam aquam contingat, alioquin canali longiore existente, tum olea, tum aquæ nō nihil consumuntur.

### DE MODO DESTILLANDI

*in Sole.*



**D**Estillādi rationē per Solariū radiorū calore, frigidis etiā regionibus utcunq; ac cōmodatiū, vt odore flores varij, cæteraq; de-

B 2

## EVONYMI

stillāda, & qualitatē retineāt, docet Adamus Lonicerus in Nat.hist. Cauum, inquit, ignitum speculum, Solis splendori obuerete, vitrum, cui materia inest, inter Solis radios, & speculum collocato, ita ut radij solares in speculo ad vitrum, secundum adiectam figurā, se reuerberent.

Est & alias quidam modus, Italis præcipue usitatus, destillandi aquas in Sole, hoc modo. Accipiunt duo vitra, unum vacuum, alterum herbis aut floribus plenum. Hoc vitrum ita plenum panno līteo claudunt, per quem liquor destillare possit. Deinde huius collum, vitri vacui collo superimponunt, ac diligenter aut luto siue argilla, aut alia quauis materia obturant omnes meatus, ne quid exhalet, colligantes utrumque vitrum, atq; radijs solaribus ea exponentes, ut illud quod herbas vel flores continet, dependeat, alterum quod vacuum est, inferius ponatur, ut liquorem, qui in sole excoquitur, excipiat: ita parant mulieres Bononienses aquam ex floribus rubi, ad oculos. Destillationis in sole, modum alium, vide inferius.

D E M O D O D E S T I L L A N D I  
per ascensum, & quid in ea operatione  
præcipue sit obseruan-  
dum.

D Estillationem, sive separationem partium subtilium à crassioribus, duobus præcipue modis fieri, supra diximus, per ascensum

scensum videlicet, & per descensum. Destillatio autem per ascensum, alia fit in balneo Matiae dicto, alia in cineribus, alia in fimo, alia alio interueniente medio. In omni verò destillatione, hoc obseruandum venit, ( impribus quoties olea sunt extrahenda è rebus) ne inchoata destillatio intermittatur. Quod si enim semel intermittatur, ita ut refrigeretur materia, nunquam poterit iterum perfici, nec enim amplius ascendit; quare continua da operatio est.

COMMODISSIMA RATIO QVA  
cucurbitæ, cum destillatio fit per balneum Ma-  
tie, sine negotio, in lebete aquam calen-  
tem continente, ne super-  
natent, retinen-  
tur.



Paretur vas terreum, quod cucurbitam recipiat, quodq; aqua est replendum, sa-  
tis magnū, in cuius fundo interno quatuor

B 3

## E V O N Y M I

lateribus sibi inuicem oppositis, quædam eminentiæ formentur perforatæ, ut per cuiusq; foramen, funiculus traiici possit, ad hanc ferè formā. Vbi funiculum traieceris, in medium harū cucurbitam pone, priusquā aquā effundas, cuius collo itidem funis est circumponendus, cui quatuor funiculi ē fundo vasis perducti, sunt connectendi æqualiter. Potest autem fieri funicularum quatuor relaxatio , aut constrictio , breuior aut longior , prout artifex profundam cucurbitam , aut altam voluerit. Et hoc quidem modo per commodè retineri potest cucurbita, quæ alioquin difficulter sub aqua contineretur. Quod si cucurbita, non terrea , sed ærea fuerit, facile adaptari cucurbitæ poterunt, loco funiculi collum circundantis, orbiculi parui quatuor , per quos funis ē fundo vasis ascendens, traiiciatur, sicq; cucurbita fundo vasis alligetur, ut figura docet.

Q V O M O D O I N B A L N E O M A-  
riæ, magna copia aquarum, minimo sumptu,  
paucissimis instrumentis, ac breui-  
ſimo tempore destil-  
lari poſſit.

S I quis magna aquarum copia , per bal-  
neum Mariæ destillandarum , opus habe-  
ret, ut minori sumptu, & laboribus, atque e-  
tiam paucioribus instrumentis id perficiat:



is parabit sibi è ligno tinam magnæ satis capacitatis, quæ scamno aut subsellio imponatur. In medio huius, à fundo, vsque ad ora suprema, vas magnum æreum in forma canalis ampli, extrinsecus vsque quaque perforati, extruatur. Sub fundo tinæ sit fornax, in cuius spatum vacuum pars ærei canalis descendat, ita ut intra parietem exteriorem per foratum canalis, & interiorem, aqua continetur: interior verò per tinam descendens ignem contineat, quo calefiat aqua. Quo sic parato circumcirca canalem, in spacium tinæ reliquum aqua repletum, ponantur cum suis capitellis alembica, quorum nasus prominat ad recipientia vasa suscipienda, & fiat sic destillatio. Formam huius fabricationis hic præmisimus ex Pyrotechnia.

EVONYMI  
FIGVRA BALNEI MARIAE,  
*Albucasæ, vt Gesnerus con-  
ijcit,*



- A. Fornacis locus, vbi ignis accenditur.  
B. Caminum.  
C. Olla igni imposita, in qua aqua bulliens continetur.  
D. Canalis, per quem aqua feruida in tinam iuxta positam, effluit.  
E. Tina, aquam calefactam recipiens, cui cucurbita imponitur.  
F. Cucurbita, cum suo capitello, continens re seu materiam destillandam.  
G. Canalis, seu via, per quam aqua effluit.  
H. Vas recipiens aquam destillatam.  
Videtur sanè, inquit Gesnerus, optimus hic modus, & melior, quām si ignis vasis destil latorijs

Iatorijs subijciatur. Vide aliam formam, huic ferè similem, inferius inter olea.

DE QVINTAE ESSENTIAE  
per balneum Mariæ destillatione.

**R**ecipe vini albi optimi, aut aquæ simpli cis, aut roris Maialis, aut alterius liquo-  
ris puri, mensuras quatuor aut quinq; secun-  
dum capacitatem vitri, aut vesicæ, ita ut ter-  
tia pars vesicæ vacua relinquatur: vitro su-  
perpone alembicum, perlutetur cum albu-  
minibus ouorum, cum farina & aqua mix-  
tis, & super pannum lineum extensis, repos-  
natur ita in balneo Mariæ, deinde destilla-  
lentissimo igne, die, nocte q; ex quinq; men-  
suris mediā, & quod destillasti, usq; pro ex-  
tractionibus serua. Signum autem perfectæ  
destillationis quintæ essentiæ est, si superci-  
lij pilum imposueris, statimq; fundū petat:  
tunc enim reduxisti quintam essentiam ad  
perfectionem, destillationibus aptam. Hoc  
ipsum cum aqua simplici, aut rore est agen-  
dum. Necesse est autem, cucurbitam esse lon-  
gissimam, ne crassi vapores, aut terrei spiri-  
tus quoq; ascendant. Quinquies aut septies  
repetenda destillatio, aut toties, donec perfe-  
cta sit. Et hæc quidem ratio, videtur optima,  
quia extractiones aliena qualitate minimè  
inficit.

Conficitur & repente aqua, dum calefacto  
aut fervere succo, cyathus superponitur vi-

## EVONYMI

treus, in quo fumus transit in guttas, guttæ  
inde collectæ in aquam coguntur: sic acetum  
in aquam facile vertitur: aut si vapor ex her-  
bis in vino incoctis, per patinas colligitur.  
Utilis hæc ad oculorum maculas & suffusio-  
nes detergendas, maximè si albo aceto ruta  
incoquatur, Cardanus.


M O D U S   D E S T I L L A T I O N I S  
artificiosus, quo uno, eodemq; igne, simul & se-  
mel aquæ & olea extrahi possunt, nec non subli-  
mandi & in balneo Marie destillandi com-  
moditatem habens. Dicitur autem,  
destillatio in turri, à fornacis  
figura.

E lateribus crudis aut coctis, extruatur in  
plano, forma turris rotunda, aut quadra-  
ta, aut etiam hexagona, aut alia qualicunq;,  
altitudinem habens vlnæ vnius cum dimi-  
dia, aut duarum aut trium, & in vniuersum  
quacunque volueris altitudine & amplitudi-  
ne, ita tamen ut satis validum & copiosum  
ignem capere & sustinere valeat. In ea per  
spacium palmæ vnius, aut vnius cum dimi-  
dia à terra, extruatur crater, qui carbones su-  
stineat, vna cum fenestra, aut foramine, per  
quod aér subingrediens, carbones euentilari  
possint. Quo facto, à facie turris exteriore,  
ædificen-

edificantur circum-circa, ab omnibus lateribus, fornaces qua videbitur amplitudine, altitudo verò à terra respondeat crateri intermediae turtis. In omnibus verò lateribus turtis intermediae, mox supra craterem carbones sustinentem, fiant foramina satis magna, ut per ea ignea qualitas, exterioribus fornacibus communicari possit. Formentur autem fornaces istae, ut formam habeant propugnaculorum ciuitatum. His singulis foraminibus internæ turtis, priusquam machinæ exteriore accommodentur, adaptare oportet laminam ferream, tribus aut quatuor foraminibus, sese mutuo, ordine & magnitudine consequentibus, perforatam, ut è furno extrahi penitus ubi opus fuerit, possit, aut rursus reponi, ubi per duo, vel tria, vel unum tantum foramen: aut per maius vel minus, vim ignis penetrare voluerimus. In summitate turtis mediae, cōcameratio quedam est fabricanda, qua exactè, ne aēr per inferiora subingrediēs, superius expirate possit, fornax seu turris claudatur, ita tamen ut deponi & reponi rursus pro necessitate possit. Quibus præparatis, vacuum turtis mediae, carbonibus est explendum, ac tandem operculo claudendū, & vndiq; perlutandū. Inferius verò per foramen seu ostium, ignis erit supponendus, ita carbones foraminibus prædictis viciniores, ab igne consumentur,

## EVONYMI

quibus consumptis, illi qui in parte turris superiore continebantur, sensim delapsi, vici-  
sim accenduntur, sicq; sese mutuo, quo ad  
omnes fuerint absumpti, succedūt. Qui hoc  
modo, hisq; fornacibus destillationem sus-  
cepit, huic semel in die, igne visitasse, satis  
erit: est autem tale ædificium non ingenio-  
sum solum & elegans, sed commodum etiam  
& perutile. Vidi aliquando etiam eidem ædi-  
ficio, balneū Mariæ, in turris summitate ac-  
commodatum, & vas sublimatorium, pro-  
ut sequens figura ob oculos ponit, ex Py-  
rotechnia.



DE

DESTILLATIONIS PER  
arenam, modus quidam ar-  
tificiosus.


**M**ateriam destillandam cucurbitæ via  
treæ includito, orificioq; cum pasta, ne  
respiret vspiam, optime obturato, hoc modo  
decoquito. Cucurbitam pone in caldarium  
aqua & palea plenum, bulliant simul suauiter,  
quo ad amplius non bulliat, (forte ad  
aquæ caldarij consumptionem) postea ab  
igne remoue, & ubi refrigerata fuerit cucur-  
bita, pone eam rursus in cantharū (seu vas)  
arena repletum, idq; totum circundatum sit  
& coopertum arena vsq; ad collum, & collo-  
cetur in loco soli exposito, vt toto die à radijs  
solaribus percutiatur, ibi q; dimitte, ad dies  
quadraginta. Postea è dicta arena remoue,  
& rursus arenæ tantum, sine intermedio va-  
se, impone, per dies octo, ac tandem cola per  
pannum lineum nouum, & exprime fortiter  
in torculari, &c. Fieri autem hæc destillatio  
debet Iulio & Augusto mensibus.

DESTILLATIONIS PER FI-  
mum, modus quidam rarior, ex autho-  
re Pyrotechniæ.

**E**ST præterea, inquit ille, alias destilla-  
tionis apud Chymistas modus, qui fit in  
fimo equino, calore eius aucto per fumum  
seu vaporem aquæ ebullientis, ad hunc mo-  
dum. Extruantur arca lignea sex vlnarum lon-

# EVONYMI

gitudine, latitudine verò tanta, ut commode & cucurbitarum corpora vtrinque recipiat, & spaciū nihilominus relinquatur, quo canalis inter vtrinque bociarū ordinem penetrare possit. Arca repletur fimo sicco, permixto stramini dissecto, et imponatur in scannum, ut altior extet. Fimo cucurbitæ indantur, capitellis extra eminentibus, ut nasus recipientibus adaptari queat. Inter has medias, extendatur canalis æreus, aut plumbeus, aut etiam, si placet ligneus, habens multa foramina exigua secundum totam canalis longitudinem, extremitas altera sit incurua, terram versus spectans. Tum rursus aliud vas terreum aut æreum iuxta ponatur, habens collum oblongum, cui adaptetur canalis. Vas inferius aqua replendum, & impositum triplodi, igne calefiat, ut aqua ebulliat, sicque vapores eleuati, per canalem fimum calefaciāt, & cucurbitæ, cōsequenter, ut figura sequens nobis repræsentat.



DE

DE DESTILLATIONE  
per glaciem.

**M**ira quoq; hæc est destillatio. Putrefacta aliqua materia, (ad mensem vel duos) glaciei si exponatur, fieri asserūt, ut phlegma subsidens, conglacietur, & pars oleosa supernatet, & colando separati possit.

DE ARTIFICIOSA DESTIL-  
latoria fornace Sarracenorum, ex Gual-  
theri Ryffij Germanico  
Vitruvio.

**A**D præparationem aut extructionem artificiosæ fornacis, qua Macedones & Sarraceni vtuntur, primo omnium extruenda est, cum luto sive terra qua figuli vtuntur optima, ex ollulis, lateribusq; vitreatis, & optimè excoctis, & secundum formam, quam R. S. T. V. representant, formatis. His habitis, basis fornacis extruenda figura rotunda aut quadrata, ex calce & lapidibus instar muri, vt Q. litera ostendit. Huic basi imponenda vasa inuitreata decēti ordine disposita, & luto tenacissimo compacta, pro vt Y. litera exprimit. Et ne inutilis tēperatus ille calor sit, possunt extrinsecus & intrinsecus eius generis vasa disponi ex vitro vel terra, aut metallis optime munita, vt Z. litera ob oculos ponit. Dispositis itaq; ad hūc modū vasculis, aptanda sunt diligenti cura & recipientia vasa, ita ut optime luto, ne respirēt vspīā, claudantur,

## EVONYMI

pro ut ostendit V. litera apposita. Iam ubi vel olea vel aquæ sint destillandæ, materia vasculis est ingerenda, ut X. litera declarat, quibus deinde recipiens modo prædicto



appendatur: in fontanacis medio, succendatur ex carbonibus ignis leuis, ne ex vasculis vllum contingat. Hoc modo calore temperatisimo distillationem perficies. Hac fornace simul et semel quinquaginta aut sexagesinta aquarū species distillabis, ut figura apposita oculis subiicit.

### DE INSTRUMENTIS QVI busdam destillatorijs, à Gesnero propon- sitis, ab alijs iudicandis.

**V**Idendum, inquit, num quid possit comodè sic, tali instrumento, destillari.

**A.** Vas æneum, stannatum igni imponendum, cui insit materia. Poterunt autem herbæ imponi per se: vel substrata pauca arena.

**B.** Vas terreum, quod in A. inseratur, vel contra

contra, ita ut alterutrum vas intrinsecus  
limbum habeat, in quem alterum recipia-  
tur.

C. Vitreum capitellum vel terreum, vel æ-  
reum stannatum, cuius orificium inser-  
tur in orificio B. In C. summo, vapor con-

uersus in aquam,  
descendet in imas  
eius partes quæ  
deorsum promi-  
nent, & cum libe-  
bit, emitteatur per  
epistomium, tum  
gustandi gratia, tū-  
ne redundant. Nisi  
libeat in C. summo  
foramen facere, ut  
cum libet euacua-  
re, C. totum extra-  
hatur.

D. Additamentū  
pro aquā frigida,

ad refrigerandum vas superius.

### INSTRUMENTVM ALIVD

*prō via.*


T Ale instrumentum 1. notatum, æreum  
stannatum fieri potest, vt quōuis cir-  
cunferas, ad destillandum fontes, &c. Poterit  
autem per summum foramen euacuari. An  
posset tale etiam alembicum fieri, vt binario  
numero notata figura ostendit, cum episto-

C




## EVONYMI

mio vel rostello paruo in summo. Aut sic, ut figura ternario numero notata: Est autem tantum delineatio alembici, quod phialae impo nendū, ut prima figura declarat. Cuius pars inferior, hoc est, phiala, lutari potest aut incerari, & prunæ superimponi.




**FIGVRA NOVA RETORTAB.**

**F**lat retorta, ea forma ut A. est bona terra, hoc est, ex tigillis fractis, est luto et limatura fer-  
**B.** Inseratur in C. quod limbū habeat. (ri.  
**D.** Acuminetur hoc loco, canalis hic est terra,  
aut cupeo: ut in quamvis phialam, aut am  
pullam vitream inseri possit.



Prò aqua cinnamomi destillâda, sic parari instrumentum posset. Primum potes facere, inquit Gesnerus, tripodem: & supra tripodē ferrum cauum pōnere, in quo vel arenā, vel cinerem imponas: vel nihil, vbi maiori igne opus est, & tunc ferrum illud sit perforatum: & imponas cucurbitam vitream benè luta- tam. Hoc totum includas circulo laminæ ferreæ, &c.

FIGVRA RARA QVAEDAM  
Alchymistarum, desumpta ex libro ueteri  
Alchymico manuscripto.



**V**asa separationis, vbi quinta essentia, seu spiritus occultus, vna destillatione capitur, & est formalissimus modus, simulq; abbreviatio operis maxima: cōducit autem tam ad aurum potabile, quam pro lapide philosophorum.

In isto furnello ad dextrâ tres habete flamt mas, debet esse arena minuta & cribrata, & ignis succensus sit trium candelarum.


C 2

## EVONYMI

In secunda fornace, quæ media est inter vitranq; , etiam debet esse arena , & ignis temperatus duarum candelarum , ut flamma in fornacis ostio indicat.

In tertia fornace ad leuam , sit balneum Mariæ , et ignis vnius candelæ . Disponantur autem & ordinentur iuxta se , quā possunt coniunctissimè : ut minimū spaciū sit inter fornacem & fornacem , quemadmodum figura præcedens proponit.

In eundem quoq; usum , excogitarunt Alchymistæ , etiam sequentia instrumenta .



A. Cucurbita continens materiam , cum suo capitello .

B. Capitellum , cuius nasus desinat in C . In C. Vitrū , transit occultus spiritus quin tæ essentiæ .

In D. Receptaculum , cadit simplex vi num , aut phlegma quintæ essentiæ .

D E M O D O B T I N S T R U M E N tis destillandi per descensum .

Modus

**M**odus destillationis per descensum fit, in inuersa bocia, quæ cum fornace optimo luto coniungitur, ea nimirum parte, qua corpus bociæ fornacem contingit: tum carbones superimponuntur circum circa, & accenduntur, ita ut lentissimus sit ignis. Sufficit autem paruus ignis, quando immediate bociam tangit, augendus tamē est paulatim. Oportet verò ante destillationem, materiam contentam fortiter in bociam intrō intrudere & compellere: aut exicare, aut cum albumineoui, aut longa fusione in inuersa bocia, ne effluat, continere. Inter destillandum, materia collo bocię adhæret, &c. Hic modus autē propterea est perfectior, quod videatur materia, semper retrocedendo, sœpius atq; iterum, quasi sublimari. Sed modum & instrumenta, melius sequens figura exprimit, ex authore Pyrotechniæ.



Rogerius hūc modum proposuit, Impleatur floribus, vel herbis olla, inferius habens

C 3

## EVONYMI

angustū foramen, & os superius ollæ cooperiatur: & tunc supponatur alia olla, & ligetur fundus ollæ superioris, cum ore inferioris, cum argilla, & tunc sepeliatur sub terra, & sit ibi per annum: Facta anni reuolutione, extra hatur, & in olla inferiori inuenietur oleum clarum, quod per calorē & fumositatem terræ extrahitur.

## DE DESTILLATIONE PER FILTRVM.

**I**mple poculum aqua, & accipe particulam panni lanei, longitudine duorum palmarū, hanc totam humectabis, & impones poculo, sic ut altera pars immersa sit aquis, altera extra poculum propendeat, tum extemplo liquorem omnem effluere cernes. Erit autem aliquoties pannus ille, ubi nigrior esse coepit, aut tardius guttæ stillarint, nimirum propter fæces imbibitas, exprimendus, & laudus, ac denuo intromittendus.

**D E L V T O S A P I E N T I A E V V L -**  
gō dicto, quo Chymistæ rtuntur ad oblinenda ua-  
sa destillatoria, & ad corundem iun-  
cturas claudendas.

**P**ost instrumentorū, quibus ad res destil-  
landas necessariò utimur, tractationem,  
dicendū nunc quoq; est de eo, quod vasa ipsa  
ab ignis violentiā tuetur, eademq; coniungit  
et copulat, quo destillatio melius perficiatur.  
Id ipsum autem Luto perficiunt Chymistæ.  
Lutum autem aliud est cōmune, quod seruit  
extruendis fornacibus & turribus ad destilla-  
tionem aptis: aliud vero Sapiētiæ dictū, quo

vasa vitrea oblinūtur, vt validius validissimā ignis vim perferant: aliud vero, quod ruptis etiam & fissis vasis coniungendis & vniendis utile est, quāquam etiam eodem Sapientiæ luto, aliquando fissuræ vasorum obstruantur.

Lutum cōmune bonum pro fornacibus, tale fieri potest, Accipito cretā, aut argillam, (terram) cui, siquidem tenax fuerit & viscosa, cōmisce parū arenæ, aut sabuli, & adde etiā filamenta panni, & sterlus equinū, & incorporētur simul optimè, cōsistentia plus molli, quādura aut sicca, Leonh. Fierauant.

Lutū pro extruendis fornacibus, & pilos ceruinos ab ephippiario, benè percussos, aut lanam de panno, batiturā ferri, calcem, sanguinem tauri, aut ouis, ex hac mixtura fiant fornaces, cum lateribus.

Lutū quo vasa illinenda, ne vi ignis dissident. Accipe farinæ regularū subtilissimæ & cibratæ, batituræ ferri in puluerē redactæ & cibratæ, arenæ subtilissimæ puluerisatae & cibratæ ana  $\frac{1}{2}$  j. luti tenacis & pinguis iij.  $\frac{1}{2}$ . misce omnia, & humefiant lixiuio, & misceanter bacculo fortiter circumagendo, quibus adde lanæ tonsæ tertiā semper librā, redigatur in puluerē agitando, & probè com misceanter. Hoc luto illinantur vasa, quæ fin di aut rumpi violentia ignis nolumus.

Aliud quo frequenter vtor, & arenæ tenuis simæ  $\frac{1}{2}$  j. batituræ ferri  $\frac{1}{2}$  j. vitri puluerisati  $\frac{1}{2}$  j. luti pinguis  $\frac{1}{2}$  iij. quibus adde tertian

## EVONYMI

quamq; ™. lanæ tonsæ de pannis, cum aqua  
tartari antiqua, misce agitādo & verberando.

Aliud, Rx vitri Venetiani, tartari, ana, & pa-  
rum salis armoniaci, contunde simul: Si quid  
diligenter perlutandum est, aut vitrum cum  
vitro sigillandum, circum ipsa vasā line, quan-  
do calent.

Aliud, ne vasa in igne rumpantur, Accipe  
aluminis ad placitum, impone in ollam, &  
affunde aquā purā putrefactam. Decoquans  
tur benè, & despumentur, post refrigeretur,  
tum illine vitra extrinsecus, quo vslq; in ignē  
aut arenam collocanda sunt: exiccentur per  
se, idq; fiat tertio.

Aliud lutū defendens vasa, ne vi ignis aut  
spirituum facile dissiliat, vtq; in perpetuum  
aquam fortem contineant. Illita autem in so-  
le exiccanda. Valet etiam pro vitris seu vasis  
ruptis, conglutinandis. Rx minij & vitri ana,  
q. s. terantur in puluerem subtilissimum, &  
per setaceum subtile cribrentur, post cum  
vernice incorporato, vt fiat instar puliculæ  
addendo olei lini parum. Hoc factō, panno  
subtili inducatur, aut orificijs vasorum, aut  
iuncturis impone, exiccketur in sole, per se,  
quod tardius fit, ignem retinet, & aquā fortē,  
& species aquæ fortis. Et hoc est verum.

Ad vitra claudenda, cōmodè adhibentur  
reliquarum ampullarum fundi. Item farina,  
calx, & bolus armenus permixta, in forma  
pastæ.

Aliud,

Aliud, continens vapores ne exhalent iun  
cturis appositum. Sume vitri in tenuissimum  
puluerem redacti, & lithargyri auri ana. lib.  
i. puluerisata per seraceum passentur, farinæ  
tritici lib. ii. commisceantur quām diligens  
tissimè, subiganturq; cum albuminibus ouo  
rum in formam pastæ fortiter subigendo, &  
panno lineo humido illine, quem iuncturis  
accommodato, post exiccationem, rursus ex  
trinsecus linteo inducatur, & retinebit spi  
ritus.

Si vitrum, quod igni esset impositum, fin  
deretur, hoc modo potest prohiberi, ne spiri  
tus exhalent. Albumé oui optimè agitatum,  
cum panno lineo imponatur calidè, semel,  
bis, terue successiuè, ut quasi intunicetur, ex  
xicata prima tunica, secunda imponatur, &c.

Lutū sapientiæ, & lutum & simum equi  
num, commisce fortiter cum vino aut cœrui  
sia, secunda vice cum lana de pannis detonsa,  
tertia cum farina similacea, cum albumine  
oui fortiter permiscendo omnia, & erit lutū  
sapientiæ.

Aut accipe partes duas luti, & totidem si  
mi, & partem vnā batituræ ferri, puluerisen  
tur omnia : tum pars vna salis liquefacat in  
aqua, cum ea aqua subige reliqua, & cum  
panno circumpone.

Accipe terram tenacem, quæ exicetur, ex  
ea fiat puluis subtilis, qui in patua aquæ quan  
titate ponatur. Postea fac puluerem ex sterco

## E V O N Y M I

re equino quod cum albumine ouī permis-  
cero, optimè percutiendo, ac tum misce cum  
priori mixtura. Hac mixtura perluntantur  
vasa.

Aliud, & recrementi ferri lib. j. s. farinæ  
volatilis lib. s. vitri puluerisati lib.j. albumi-  
nis ouorum q.s. misce.

Lutum sapientiæ fit, ex Capriccijs Fiera-  
uanti, accipe cretam optimam & subtile, cui  
adde scoriam ferri puluerisatam, & cinerem  
communem album, filamenta, sterlus equi-  
num, & misce.

Lutum sapientiæ, quod laudat quidā em-  
piricus & antimonij præparator, fit ē luto  
subacto cum puluere laterum, scoria ferri, pi-  
lis cerui vel bouis, cum albuminibus ouo-  
rum.

## D E A Q V A R V M O L E O R V M- ue destillatorum correctione.

**I**N omni destillationis specie, plerunq; acci-  
dit, vel ipsius agentis causæ, caloris scilicet,  
vehementia, vel instrumentorum vitio, aut  
deniq; ipsius artificis ignoratia, ut quæ destil-  
lant aquæ aut olea, aliquid, siue igne calidi-  
tatis, siue exrementitig, aut superfluæ humi-  
ditatis, aut etiam alienæ qualitatis, gustum,  
odoremq; acquirant, ideoq; permultum re-  
fert, ad eorundem liquorum diuturnitatem,  
cognoscere, quo pacto hæc vitia emendanda  
aut corrigenda sint. Etenim in eo destillatio-  
nis

nis genere, quæ ignis agentis vi fit C inquit Langius) licet ea quæ natura sunt frigida, ut solatrum, intybus, lactuca, & id genus alia de stillentur: empyreuma tamen, id est, calorem siccum accidentarium, velut adusta concipiunt. De quibus Galenus ait, adustorum nullum perfectè esse frigidum, relinquit enim in eis, ignetas quædam, quam Aristoteles Empyreuma vocavit. Sic atra bilis quoque, quamvis terrestris & natura frigida, quæ ex sanguine adusto gignitur, caloris non est expers, æquè ac cinis & acetum: quare peritiores Chymistæ, vt ille caloris feruor mitescat, & quasi mulcebrior fiat, minusq; vires euaporent, vasis in aquam feruentem suspensis, quam balneum Mariæ vocat, destillationem hanc moliuntur, quam à priscis Græcorum myropolis didicerunt, qui ob easdem causas, olea, vnguenta, ex nardo, spica, lasere, aut folio odorifera, in diplomate, etiā sub dio sereno, lignis ἀκάνθοις & carbonibus prius incendio purgatis, leniter decoquebant. Qua ratione etiam medicamenta arteriaca & stomatica, quæ vulgus Arabum Loch appellant, quoque olim decoquebant. Hactenus Ioh. Langius. Nec empyreuma solum ex destillatione aquis vel oleis accidit, sed simul etiam aquosa quædam & excrementitia humiditas in ijs colligitur, quæ & ipsa insolatione hoc modo auferri & corrigi debet. Aquæ destillatae, per aliquot dies Soli exponi debent, in

## EVONYMI

vasis linteo aut membrana perforata obtutatis, ut quicquid excrementosum est resoluatur, simulq; exhalet empyreuma, quod in aquis destillatis à calore remanserat. In frigidis autem regionibus, vbi ex lento Solis calore & aëris, non potest decoqui & rectificari, aut humiditas resolui; ponatur vitrum aut olia rem destillatam continens, in vas aqua plenum, & decoquatur per duos, aut tres dies ad olei tertiam partem (si oleum fuerit) & sic humiditas excrementitia, si quæ fuerit, facile consumetur, & oleum rectificabitur, Rogerius. Aut, quod Chymistæ in aqua vite faciunt, per balneum Mariæ, aquosa humiditas separetur. De reliquis autem rectificationis modis, sua loco dicetur.

Nec minus periculum est, in destillatione, quæ per simi fœtidi & putrefacti calorem fit, ne scilicet putredinis aliquod vestigium in liquore destillato delitescat. Hinc enim est, quod Langius in Epist. refert, plerosq; etiam eruditione & rerum peritia claros medicos, ob caloris putredinem, & fœtiditatem simi euaporationē, qua pharmaca infici verentur, ab hac destillationis ratione abhorre: quippe qd<sup>e</sup> fœtida semper sint perniciosa. His respondet idē author, quod ea, dū de vasis putrefactionis eximātur, ac tandem per alembicū destillantur, ab hac putredinis contagione expientur, quandoquidem ignis calor, veneno resistat, & id corrigit. Nam & Hera (inquit) ex Cappa-

Cappadocia medicus, medicamenti sui stipti citatem correcturus, id tres menses sub terram defodit, & quasi computrescere sinebat: eo ingenio, ratus, medicamenti substantiam fieri *metaporphosipan*, id est, subtiliorum partium. Itaq; si quid contagionis contraxerint forte per putrefactionem, id omne per destillationem auferri posse, esse existimandum.

## D E A Q V I S.

1. DE A Q V I S S I M P L I C I B V S, E X H E R B I S P R A E C I P V E D E S T I L L A T I S.
2. DE A Q V I S E X A N I M A L I B V S, A V T E O R V N D E M P A R T I B V S.
3. DE A Q V I S C O M P O S I T I S E S T I R P I B V S M A X I M E.
4. DE A Q V I S C O M P O S I T I S, Q V A E E L I X I R V O C A N T V R.
5. DE A Q V I S M E T A L L I C I S, E T A Q V A F O R T I.
6. DE P R A E C I P I T A T O Q V A E D A M.

D E A Q V I S S I M P L I C I B V S E X  
herbis præcipue, & alijs quoq; corpori-  
bus simplicibus de stil-  
latis.

**A**CETUM optimum ponatur in alembico (nimirum in balneo vel cinere) labijs bene clausis colla, vel farina (vel papyro) dissoluta cum aqua. Demū fiat ignis lensus

## EVONYMI

per spacium trium vel quatuor horarum, interea enim separatur phlegma ab aceto, quod tanquam inutile abiicias. Cognoscitur autem phlegma esse ablatum, quando consumptum est acetum ad tertiam vel quartam partem. Deinde benè claudantur partes alembici, ne qua fiat euaporatio, tum ignem auge paulatim, sic extrahitur secundo acetum acerrimum albissimum usque ad fæces: signum est quod remanent fæces nigrae ad consistentiam mellis vel picis. Similiter fit ex aceto rosaceo, sambucino, caryophyllato, & alijs. Si quis in tali aceto, quod est secundo extractum, posuerit per noctem pyrethrum, staphisagriam, vel herderam contusa, in balneo Mariæ, deinde expressione facta, eo quod crassius est abiecto, & liquore in alembicum misso, diligenter destillet, erit hæc tertia extractio multis experimentis nostris ad dolores dentium utilissima. Ex libro Alchymistæ Lutetiae. Inacti solius destillatione, puto partem aquosam primum exire, deinde vero meliores. Gesne.

Aqua salsa, aut marina, hoc pacto dulcis reddi potest. Effunde aquam saltam in aliquid vas, in eoque iuxta ignem ebulliat. Postea fluat per alembicum, ut aqua roses, & sal in fundo residuatur.

MO-

**M O D V S D E S T I L L A N D I A-**  
**quam simplicem, & aquas fontium thermalium,**  
**vt in cognitionem rerum his admixtarum, & in-**  
**de facultatum earundem deueniamus, ex**  
**Gabrielis Fallopij lib. de aquis**  
**medicatis.**

**D**issolutio aquarum thermalium per ea  
 lambicationem, bifariam fieri potest:  
 uno quidem modo in balneo Mariæ, sed talis  
 dissolutio difficultis est: altero modo per ea  
 lambicationem siccām, quæ fit igne in vasis  
 vitreis, siue sint vasa vrinaria vocata, siue bo-  
 ciæ non multum refert, vt dixi: sat est, quod  
 hac dissolutione aquæ, quæ fit per elambica-  
 tionem siccām, cognoscuntur ea omnia, que  
 sunt aquæ commixta, non excludendo etiam  
 vapores, seu spiritus, qui hac ratione cogno-  
 scuntur. Habeatis paratum furnum, cui sub-  
 iectus sit ignis: supra furnum scilicet in caui-  
 tate illa, sit vas testaceum valde latum & are-  
 na expletum: capiatis deinde bociam, vel vas  
 vrinarium ( nihil enim refert ) expletum a-  
 qua thermali, & medietas ipsius submerga-  
 tur in arena existente in vase testaceo. Supra  
 bociā autem collocetur capitellum vas voca-  
 tū, quod debet habere nasum, super imposito  
 capitello bocie, claudantur optimè fissuræ, &  
 spacia existētia inter vas & vas. Habeatis de-  
 inde fistulā vitrēā crassitudine vnius digiti,

## E V O N Y M I

& perforatam in utroq; latere, & in alterum foramen fistulæ inseratur nasus capitelli, & circum circa insertionem obvoluatur fasciola, & optimè claudantur omnes hiatus, ne quid exhalet. Habeatis postea vas ligneum sepletum aqua frigida, & perforatum in utroque latere transuersali vnico foramine, ita fistula descendens quodammodo è capitelli naso, ingrediatur foramen utrumque, & hæreat aquæ frigidæ in ipso vase ligneo existenti. Et hac ratione cognoscetis, quales nam spiritus fuerint cum aqua commixti. Nam arena existens in testacea olla, cum calida est, caliditas illa agit etiam in bociam, & calefacit aquam è qua effervescunt continuè vapores, qui perentes capitellum densantur, & vertuntur iterum in aquam, quæ aqua descendens per fistulam retinet adhuc vapores, quoniam aqua descendens per fistulam, refrigeratur quo modo à frigiditate fistule, & à frigiditate aquæ existentis in vase ligneo, quoniam aquam fistula tangit: & ita frigiditas non sinit vapores in aqua illa descendente existentes, exhalare. Prosequamini deinde cum ipso igne sub furno, quo usque tota aqua fuerit consumpta. Postmodum extra hatis bociam, in qua si videritis superesse adhuc humiditatem aliquam, sinite ut à sole absumatur, quo facto exponatis soli fæces residentes in fundo vasis, & sinatis, ut exiccentur.

Siccata



Siccatæ cum fuerint fæces ad solem, intellexerit ligendum erit quid in ipsis contineatur. Quidam sedimenta esse ponenda dicunt supra tabellam politam, & sub sole esse inspicienda, ut si quod affuerit corpus luminosum ac lucidum, appareat nobis ratione solaris luminis. Ego verò alia prius facienda moneo. Primum extracta bocia, & calidis adhuc sedimentis, admouendus est nasus orificio bocie: olfactu enim, si aderit argilla, aliaue terra, facile cognoscetur, quæ alia ratione non cognosceretur: ex odore etiam fæcum calidarū, rubrica cognoscitur, quia suavis erit. & eodem signo & ochræ præsentia intelligitur. Deinde refrigeratis quodammodo sedimentis, accipiamus portionem ipsorum, & inter digitos teramus, ita enim in cognitionē venimus sandaracæ, sulfuris, auripigmenti, & similium. Tum sedimentis siccatis ponantur supra tabellam ad solem, si enim aluminosa quedam fuerint corpuscula, illustrabuntur.

D

## EVONYMI

à sole, & illustrata apparebunt. Hoc sanè modo cognoscetis sal, si aderit in grumis concretus: nitrum etiam si adsit copiosum, si verò paucum, difficile admodum cognoscitur. Sulfur quoque si purum adfuerit, colore cognoscitur, quia subluteus, vel subpallidus: eodem modo etiam cineres & concretos lapides percipiemus. Metalla autem reliqua ut aurum, argentum, ferrum, stannum, & similia non cognoscuntur: sunt enim aliquando ita cum marmore, cinere & similibus commixta, ut prorsus sensum effugiant, nec si gustatis sedimentum illud, poteritis ipsa cognoscere. Itaq; alia via est procedendum. Inspergendum igitur ipsum sedimentum, laminæ ferreæ politæ atque candenti, ita enim facile cognoscitur cinis, marmor, gypsum, calx, sulfur, sal, nitrum, cerussaque. Si enim aderit calx & marmor, non comburentur, sed postquam alia quædam fuerint combusta, remanebunt ista, habebuntq; colorem candidiorēm quam antea. Sin autē videatis, quod adsit quædam materia, quæ non exuratur, sed fiat statim candidissima, sciatis quod est gypsum: quare calx, marmor & gypsum cōmunicant in hoc, quod non exuruntur, sed remaneant, & fiunt candidiora: hoc tamen interest, quod calx & marmor tardè fiunt candida, & candor non est multò maior, quam antea esset: contra verò gypsum citissimè acquirit candorem, & illum quidem valde maiorem, quam

quam haberet antea. Sulfur etiam facile hoc experimento cognoscitur, quia eliquatur & refert suum odorem. Sal quoque & nitrum cognoscuntur, quia sedimenta comburentur, si adsint, & scintillabunt: sed hoc interest, quia si aderit sal, scintillabit & crepabit simul: si verò nitrum, scintillabit utiq; sed sine crepitu. Si autem materia sit mixta ex sale & nitro, dum sedimentum exuritur, partim scintillabit cum crepitu, partim sine crepitu. Plumbum hoc experimento nondum potui reperire, credo tamen quod si esset in illo sedimento, eliqueretur supra laminam carentem. Si cerussa aderit, sedimentum fiet rubrum, quod est etiam signum plumbi, patrum enim differunt, quoniam cerussa fit ex plubo, & ex cerussa sandix. Si videritis, quod sedimentum eliqueretur & fiat album ac si lac esset, non inferatis statim adesse alumen, quia hoc est aliquando indicium, quod adest alumen cum suo lapide: aliquando etiam aderit, & non eliquerabitur, quia alumen eliqueratur tum à calido, tum ab humido. Metalla autem reliqua nulla dictarum rationum cognoscuntur. Ego autem reperi artem quādam, quam sum expertus in balneis Aponitanis, Lucensis, & aqua Villensi, quæ talis est. Quando vultis experiri, an aqua aliqua habeat calcantum, vel alumen, vel aliud simile, coquatis primo aquam non in vase vitro, sed in vase stanneo, vel ferreo: postea cum aqua fuerit

## EVONYMI

parum decocta, quiescat, deinde iterū coquatur parumper: mox in ipsam iniiciatis succum vel decoctum gallarum, pauca tamen quantitate, et si cum aqua aderit alumen albū vel calcanthum, videbitis aquam fieri illico nigram. Aut accipiatur verzinum dictum medicamentum & coquatur in aqua, ita ut aqua accipiat colorem veluti nigrum, deinde coletur, & huius aquæ portio inspergatur supra sedimentum, & si aderit alumen, color ille ater reddetur statim clarior. Et quod dixi de colore relicto à verzino, idem intelligatis de quacunq; re alia, ita ut aqua pro tali experimento faciendo, possit fieri ex omni materia, quæ possit aquam inficere colore nigro, & dummodo aqua sit nigra, nō refert, ex qua materia sit redditum nigra. De astringentia autem, qua alumen est præditum, nihil dico, quia alumen in sedimento existens, non potest gustu dignosci: sæpe enim accidit, ut gustetis sedimentum, & sentiatis astrictionē: tamen illa non proueniet ab alumine, sed fortassis à sale vel ab alia re. Ferrum, æs, & similia metalla, non possunt vlla ratione dignosci, nisi ex corruptione sedimenti, ita ut quod libet metallum, quod aderit, vertatur in proprium excrementum, & ex proprio postea excremente, cognoscetis hoc vel illud metallum adesse. Et hoc modo cognoscitur ferrum, argentum, aurum, chrysocolla, æs, & similia. Stimulanda itaq; sunt sedimenta cum aliquo

aliquo medicamento, liquoréue acri, ut quodlibet metallum, in sedimento contentū, versatur in proprium excrementum. Acre autē erodensq; medicamentum aptum ad hoc, erit acetum acerrimum, aqua erodens & similia. Accipiatis igitur sedimentum, & iniiciatis in aquam verbi gratia, erodentem, & cum excusatam, ac absumptam videbitis esse aquam, obseruate an supra sedimentum sit excrementum alicuius metalli; vt si supra sedimentum videritis cōcreuisse ferruginem, indicabitur, quod in sedimento fuerat ferrum. Si verò aderit ærugo, est indicium aeris: & sic de reliquis. Metalla itaq; cognoscuntur per corruptionē, & mutationem ipsorum in propria excrementa. Et hęc certe est rei veritas, vt vos poteritis facilē experiri, si acceperitis portionem alicuius metalli, vt limaturam ferri, & commiscebitis cum aliquo sedimento, & tenaueritis, vt limatura corruptatur, & videbitis quod corruptetur in proprium excrementum, id est, in ferruginem. Et his modis cognoscuntur, quot & quae sint res illae, quae cum thermali qualibet aqua sunt cōmixtæ; idq; beneficio destillationis. Sed animaduertatis ne decipiat vos viridis color, qui aliquando apparet in sedimento, neq; enim inferendum, colore hunc ob admixtum aes generatum, quoniam sāpe generatur ex bolo alico, qui pariter sit cum sedimento mixtus. Igitur experiamini, an perueniat ex admis-

## EVONYMI

xtio ēre, vel ferro, an nascatur ex ferragine, an  
ex bolo aliquo, hoc modo. Accipiatis sedimē-  
tum talis aquæ, & infundatur in acetum stil-  
latitium, & obseruate qualem colorem acetū  
cōtrahat: similiter qualis sit color sedimenti,  
quando fuerit exiccatum: et si aderit ferrugo,  
color erit niger: si bolus, color erit rubicun-  
dior, id est, minus niger & tendens ad rube-  
dinem. De odore autem & sapore, nihil dico,  
quoniam tam varius est sapor & odor ther-  
malium aquarum, ut non possimus ex ipsis  
cognoscere, quid sit id quod admixtum est,  
&c. Hæc omnia ex Fallopio, tanquam nō o-  
mnino à præsenti materia aliena, integra vo-  
lui ascribere, quando & alia multa de metal-  
lis, huic libro ascribentur: & multa etiam, ut  
& hæc, artificiosa indagine sint ad vsum ho-  
minum comparata.

Aqua destillata è semine cannabis cum suc-  
co allij, eo modo quo aqua rosarum destilla-  
tur, cosmetica est aqua, locis enim glabris,  
quibus illinitur, pilos crescere facit.

Aqua chelidonij maioris, quæ proprieta-  
te sua morbis auxiliatur, tam calidis, quam  
frigidis, robur præstat spiritualibus mēbris,  
venenū à corde pellit, quæ pulmoni obsunt  
digerit, ipsumq; ulceratum consolidat & san-  
guinem epota sistit.

Chelidonij maio. folia, flores & radices, o-  
mnia minutim incisa, & in vase fictili no-  
uo, vitreato, & luto obturato, in fimo equi-  
no, dies

no, diebus decem sepulta alembico destilla-  
ta, quod primo liquabitur, aqueū erit, quod  
secundo, ut oleum, quod & iterum destillato,  
vsluiq; seruato.

Aqua è fragis destillatis, est singulare re-  
medium, cōtra intrinsecos pulmonum & io-  
cinoris calores, & sitim extinguendam.

Aqua lapatij minoris, curans qualem-  
cunque catarrhum, ex Fierauanti lib. 2. La-  
patium minus cum folijs & radicibus destil-  
latur, & omnis aqua seruatur. Hæc aqua in vi-  
treo vase optime obstructo, ad vsum serua-  
tur. Accipe igitur tempore necessitatis huius  
aquæ ʒ iii. mellis albi crudi ʒ i. f. & commi-  
scere optimè incorporando, & babitur manè  
īieiuno stomacho calidè, in egressu lecti, in  
cæteris optimè se gerat necesse est, nec ullo  
cibo catarrhum promoueat. Qui hoc gene-  
re remedij per spacium mensis continuè u-  
sus fuerit, curatur ab omni catarrho perfe-  
ctissimè, excipias catarrhum in hepticis &  
morbo gallico, nam prodest quidem in his,  
sed non curat. Ante usum vero huius aquæ,  
sumenda est drachma una aromatici Leon-  
hardi, manè, ieiuno stomacho, superbibendo  
ʒ ii. vini, disponit enim hoc catarrhum ad so-  
lutionem.

Laricis ramusculos teneriores Vallenses mē-  
se Maio decerpūt, quibus utuntur in balneis  
contra varios morbos, potissimum contra le-  
pram. Aqua quoq; ex eis destillata contra le-

## E V O N Y M I

pram valet, Munsterus ( quanto magis igitur  
ipsa Larigna destillata?

Aqua è floribus Narantij, quæ aqua na-  
phæ dicitur, per campanam elicita vi i-  
gnis, tantæ suavitatis & redolentiaæ est, vt cæ-  
teras odoriferas aquas superare certum sit.  
Ea hodie apud medicos Hispaniæ pro leni-  
vomitum proritante medicamento habe-  
tur, Amat. Lusitanus in Diosc. qui etiam ali-  
bi eandem tepidam ad vomitum prouocan-  
dum commendat.

Aqua quæ è nucibus auellanis recentibus  
(destillatione) fieri potest, potata, tormina-  
mitigare præsentaneo remedio, drachmarū  
duarum pondere, frequenti constat experie-  
mento, Alex. Bened.

Ex nucibus iuglandibus immaturis inte-  
gris cum gulioca, aliqui aquam destillant uti-  
lem in peste: item ut imponatur podagræ,  
Gratarolus.

Aqua pilosellæ destillata, valet ad omnia  
ulcera tibiarum, etiam valde antiqua, ponen-  
do prius in qualibet tibæ aquæ, mellis rosati,  
myrræ & lichargyri ana ȝ ij. & parum cam-  
phoræ, deinde dimittatur ad sole per tres di-  
es, postea coletur, & ex ea lauentur ulcera, &  
superponantur petiæ lini in ea prius madefac-  
tæ. Et istud agas bis in die, & hoc non parui-  
facias. Destillari herba debet mense Septem-  
bri maximè, non existente pluvia. In additio-  
nibus Pandect,

Aqua

Aqua destillata è pomis sylvestribus immaturis, valet rubedini faciei, & syronibus eiusdem.

Aqua mirabilis ex floribus rorismarini, Rx ampullam unam, quam imple floribus rorismarini, sepeliatur in arena usq; ad medietatem, & sic maneat per mensem aut plus donec flores in aquam conuertantur. Tum accipiatur & ponatur ad solem per quatuor dies, & inspissabitur, & habebit virtutem Balsami: cor, cerebrum, & totum corpus roborat, & valet ad debilitatem memorie, & delet maculas faciei & oculorum, si una gutta proiiciatur in oculum duabus aut tribus vicibus, rectificat membra stupida, curat paralysim, phlegma salsum, fistulas & cancrum, quae aliâs sanari non possunt.

Aqua alia è floribus rorismarini, maxime virtutis: hominem in sanitatem conservans, & partes omnes corporis illætas, visum confortans: dolorem remouens stomachi, & ventris inferioris, vt entem hilarem reddit, & pleraque alia bona facit. Elicitur autem per clambicum ex floribus rorismarini, dantur autem 3 iiiij. semel in hebdomada.

Aqua roris, faciei venustatem conciliat, & rugas generari prohibet: In Laconico si in egressu balnei totum corpus laueris hac aqua, permixta cum albumine oui, cutem dealbat, & à scabie tuetur.

Aqua limonum alembico extracta, aut

D 5

## E V O N Y M I

succus, pondere duarum vnciarum, cum decocti raphani 3 iiij. pro vice si sumantur, sufficiunt ad renum lapidem.

Aqua rosacea odorifera, multis modis præparatur. Aliqui sumūt rosarum sylvestrium, quantitatem quam voluerint, easq; digerunt per triduum in balneo, postea verò destillant in vapore aquæ calidæ. Aut replent alembicum folijs rosarum, ligatis in linteo: aut mandefaciunt intrinsecus capitellum, ut folia rosarum parietibus adhæreant, sicq; destillant aquam. Alij vbi posuerint stratum ex folijs rosarum, tum illud ipsum conspergunt aqua vitæ, & rursus super imponunt aliud stratum, tum iterum aspergunt aqua vitæ, ac denuo super sternunt folia, idq; vicissim pergere student ad repletionē cucurbitæ, ac tandem digerunt & destillant. Alij loco aquæ vitæ, aquam odoriferam parant è puluere caryophyllorum, sicq; multò fit odoratior. Sunt nonnulli qui ad 3 xij. aquæ rosarum, commiscent 3 j. Camphoræ, & destillant. Nonnulli cum santalis, & alijs aromatibus præparant. Quidam herbas odoriferas, aut flores similes, aqua tantum simplici maceratos destillant. Rursus sunt qui croci integrī 3 f. & aquæ rosarum 1 1/2. ij. simul macerant, & destillant, aut, vt alijs solent, sumunt aquæ roses, 1 1/2. ij. & croci triti 3. j. & destillant. Quidam accipiunt vniciam unam caryophyllo-

rum

rum puluerisatorum, cum tib. iiij. aquæ rosæ  
rum, & similiter destillant.

Aquam rosarum è rosis Persicis, hic apud  
nos quidam destillat, quæ aluum soluit. Su-  
mit autem ad alui solutionem tantum a-  
quam primo destillantem, priusquam adu-  
rantur rosæ, & destillat in balneo Mariæ,  
vbi etiam destillat herbas sicciores, alias ve-  
rò in arena.

Aquam rosaceam, copiosiorem quidem è  
domestica rosa, sed minus odoratam quam è  
sylvestri fieri aiunt, Scaliger.

Aqua è floribus sambuci, alembico per  
destillationem extracta, iter facturus faciem  
abluat, ne à sole intumescat, aut lædatur.

Aqua seabiosæ herbæ, pota, sanguinem  
conglobatum discutit, Alex. Ben.

Aqua florum solsequij in sole sic destil-  
latur, mense præcipue Augusto: Accipe mi-  
tram mulieris, multis suturis perforatam, ut  
solent sutura dicta, ein Englesche nadt, hanc  
in vitrum album impone ne contingat fundum,  
cui impone florum bonam partem, &  
vitrum superius diligenter obstruatur, ne  
vel minimū perspiret, destilletur in sole qua-  
tuor aut quinque septimanarum spatio. Hęc  
aqua multum clarificat visum & oculos:  
Aqua est nobilissima ad confortandum ocu-  
los. Et eodem penè modo melior fieret aqua  
ex verbasci folijs.

## EVONYMI

Aqua de floribus solesequij, prodest oculis & membro virili dolenti. Ex mammillis mulierum, magnos dolores extrahit. Virgam virem fouendo curat.

Aqua verbasci, & oleum florium eiusdem, mirabiliter ad podagram faciunt, cuius experimentum iam factum est in muliere arthritica, quae admirata dolores tam citò sedatos, & metuens ne narcoticum esset remedium, oleo uti recusauit, itaq; post mensem morbus repetitj. Est autem aqua acetosa, unde facile in vino maceratam prius herbam deprehenditur. **R**e tarsi barbati cum floribus & radice, infunde contrita cum vino rubro, & putrifices per duos menses, deinde destillabis. Linteo intincto locum affectum regas, quam calidissime ferre poterit: hoc bis aut ter repeate, per triduum inunge oleo, & si forte redierit dolor, iterum utere, & deinceps non repeteret aiunt.

Aqua destillata tarsi barbati putrefacta, cum modico vino albo, post per alembicum destillata, est res mirabilis, ex pertissima in omni dolore podagrico & dentium, feci & vidi, Incert.

Aqua destillata de floribus tiliæ, faciem clarificat, & maculas seu vestigia à sole impressa, quas nos vocamus, die laubfläcken/exterigit. Madeiat pannus, & imponatur tribus noctibus, & curat tribus vel quatuor septimanis.

Aqua

Aqua florū tiliq; confert vteri malis dispositionibus, calculo, & epilepsia. Aqua horum florū destillata, in vitro diligenter clauso seruari debet, ne odorem amittat. Huius aquæ accipe cochleare vnum plenum, eiq; adde roris Maialis cochlearia tria, vel quatuor, permiscendo, hoc ipso laua axillas & mammillas fœtentis hirci odore, & curat. Potest etiam vir eadem vti, ad conciliandum bonum odorem.

Aqua tormentillæ, valet ad vulnera, cancrum, & fistulas, & ad vulnera intrinseca: quin etiam doloribus mamillarum & pudenti virilis congruit, hydropem curat, oculos clarificat super omnes alias oculares aquas, & febres quoq; sistit. Paratur autem ex herba tota cum radicibus, simul concisis & destillatis. Qui hanc aquam, continuis non diebus biberit, ab hydrope liberatur, mouet enim potenter vrinam. Ex libro veteri manuscripto lingua Germanica.

Ad dolorem in meatibus vrinarijs ab vrinæ acuitate. Rx Liquoris stillatitij florū actes, seu sambuci, 3 iij. sacchari modicum; singulo mane summatur usq; ad dies decem.

Aqua destillata ex affa fœtida & trifolio bituminoso in balneo Mariæ, mēsura vnius cochlearis, valet ad vteri suffocationem.

De aquis ex seminibus, aromatibus, & reliquis quibusdam simplicibus, vide inferius inter olea: ex horū enim plerisq; & aquæ & olea simul destillant.

EVONYMI  
DE AQUIS EX ANIMALI-  
bus, aut corundem partibus de-  
stillandis.

**M**odus extrahendi substantiam ab omnibus animalibus & ouis. Et oua recentia pondere 9. vnciarum , salis communis præparati vnciam j. misce bene simul pistata, ponantur in phiala vitrea , cum suo antenotorio ( sigillo ) in balneo vel fimo diebus 10.ad minus. Deinde ponatur capitellū cum suō recipiente benē sigillato & in cineribus lento igne destilletur paulatim, destillatum collige & serua. Similiter fit ex testudinibus, perdicibus, capis, pro hecticis : nec non pro leprosis, serpentes sic destillantur.

Aqua è sanguine hominis iuuenis destillata, ad arthritidem & defluxiones in articulos valet. Et cruorem iuuenis, viginti circiter annorum, & incorrupti, & in vase stet, ad refrigerationem & separationem seri à sanguine, humoré aquosum abiice supernatantem, deinde in vase vitro, hoc est, phiala, reconde in fimo equino per dies 16. ut putrescat, postea destilla in alembico, & cum ista aqua destillata, inunge loca arthritica.

Aqua de stercore humano destillato per alembicum, præualens in fistulis, & escaram sanat, & cicatricē reddit pulchram si ex ea vngatur. Si in oculo ponatur, ruborinem & caliginem tollit, tela frangit, & lachrymas tollit.

*vuln.  
sanguis  
cataractam*

In

In potu data epilepticis citò subuenit, & etiā si eorum capita vngantur. Super apostema posita cum stuppis, citò rumpit. Si cum calce soluta detur, lapidem frangit. Aqua ista bibita, hydropicis subuenit. Morsui cuiuslibet canis, vel animalis rabidi & venenosi, citò subuenit, si ex dicta aqua bibatur. Si statim post venenū bibatur, sanat, Bertapalia.

Aqua ex humano stercore, hominis rubei alembico stillans, linita confert alopeciæ, vermibus, ulceribus corrosiuis, cancro & oculorum maculis, bibita verò moſbo comittiali, renum lapidi, ac vesicæ, asciti, morſuiq; animalis cuiusq; venenosi.

Aqua è stercore hominis, nasci faciens capillos, accipe stercoris humani, & in alembico vitro destilla, vt verò non fœteat, comisce camphoræ parum, aut musci pulueris, & cum hac aqua laua locum, in quo pilos nasci volueris, & vnge melle optimo, trigesinta diebus.

Aqua destillationis steroris humani lauetur locus aut pars scabiosa, & curabitur, secretum est in omni scabie.

Aqua steroris columbini ( prius in vino per noctem acerati, destillata, & bibita, prodest calculo, Theophrast.

Aqua caponis Marchionissæ destillata, qua in puerperio vſa fuit. Ex caponem animalium 12. suffocetur & præparetur secun-

## E V O N Y M I

dum arte, & decoquatur in sufficienti quantitate vini maluatici & aquæ rosatum & botaginis in diplomate, contundantur postea carnes cum ossibus & interraneis, destillentur secundum artem in balneo Mariæ per alembicum. Adde inter destillandum species diambræ, diamoschi, degemmis, diarrhodon abbatis, diamargaritonis calidi, aromatici rosati ana 3 iiii, coriandri præparati 3 s. ad de olei cinnamoni gr. iiii. caryophyllorum gr. vi. misce.

### A Q V A B C A P O N I S D E S C R I- ptio, ex Dispensatorio Colonensium.

Caponi plurimum à nobis fatigato & occiso, pennæ siccæ euellantur citra ullam aquæ immersionem seu macerationem, cumq; caponem ita deplumatum & exinde evisceratum, minutim vnâ cum ossibus, stomacho, epate, & corde consinde, alioquin reliqua viscera demantur. Vbi sic haschatus id est, cōscindendo cōminutus fuerit, tunc ad macerandum affunde aquæ rosatæ sesquibram, buglossæ libram vnam, melissæ vel maioranæ selibram, vniuersitatem maluatici libram vnam, vncias tres, cinnamomi vncias duas, croci drachmam vnam, seminum endiuæ drachmas tres, galangæ drachmas duas, zingiberis, nucis muschatæ, macis, santali citri, ana drachmam vnam, corticum citri sesquidrachmam, florū cordialium, ana drachmam

mam vnam, coriandi preparati, seminum  
melonum ana drachmas duas, pinearum 3  
j. florum arantiorum conditorum semun-  
ciam. Scenit hæc simul omnia in infusione  
per horas viginti quatuor, super fornacem  
vel in alio loco calido. Exinde superimposi-  
to adaptato alembico destilla per balneum  
Mariæ, & in destillato liquore extingue au-  
rum candens, præsertim tempore usurpatio-  
nis, ex dispensat. Colonensi.

Destillatio caponis magistralis, D. Petri  
Vuormatiensis. Decoxit caponem in aqua  
ad sufficientiam, ita ut remanserint brodij  
t. iij. postea carnem cum iure posuit ad de-  
stillandum circa t. i. vel t. j. s. & nihil addit  
specierum, aut herbarum, aut radicum. Usus  
est ista aqua in debilitate, in febribus, & erat  
sine nausea delectabilis.

Aliter capo generosus in aqua pura deco-  
quitur, cum folijs borraginis & buglossæ ana  
M. j. conseruæ de violis, rosis, boragine &  
buglosso ana 3 ij. (ex pulueribus cordiali-  
bus aliquantulū adjiciatur) destillentur om-  
nia in balneo Mariæ, deinde aromatizā cum  
puluere diatrium Santalorum, & propina cre-  
berimè, And. à Lacuna in fine De peste.

Destillatio caponis cuiusdam Doctoris,  
accipe caponē veterem, sex, septem, vel octo  
annorum, deplumetur & exenteretur, & per  
noctem in aqua maceretur, postea in ollam  
nouam imponatur, quæ capiat mensuras

E

E V O N Y M I

aquaæ quatuor, decoquatur & despumetur,  
& pinguedo diligenter auferatur, & olla  
semper plena conseruetur. Post perfectam  
decoctionem & dissolutionem ossium, au-  
fer tuniculas omnes & pinguedinem, caro  
vero minutim concidatur, & aquā decoctam  
& carnē concisam, in quatuor bocijs perluta-  
ris, continuo igne destilla, quo finito, liquo-  
rem destillatum coopertū repone ad usum.  
**C**onfert ijs quorum prostratæ sunt vires, &  
debilitatis, qui que cibum non appetunt.

Aqua caponis alia ad restaurandas col-  
lapsas vires, ex præscripto cuiusdam medici.  
Pulpa vnius caponis, detracta pinguedine  
& pelle, minutim incidatur, & cum aqua  
buglossæ abluatur. Deinde addita conserua  
violarum, borrag. bugloss. ana 3 j. s. conser-  
ua rosarū 3 j. fol. auri. P.vj. misceantur om-  
nia diligenter, deinde in duplice vase repos-  
nantur, & secundum artem destillentur.  
Huius liquoris exhibeatur frequenter co-  
chlear vnum per se, aut cum iusculis dis-  
solutum.

Alia eiusdem, à febre extreme dissolutis  
viribus conueniens. Rx pulpam vnius capi,  
cursu fatigati & venati antequam iugule-  
tur, pelle & pinguedine detractis, & in aquis  
nenupharis & lactucæ abluatur, addendo  
conseruae violarum recentis, & florum ne-  
nupharis, ana 3 j. conseruae borraginis & bu-  
glossiana 3 j. s. seminis papaveris albi &  
lactucæ

spume lactucæ ana 3 j. pulueris diamargaritoris  
 r, & frigidæ 3 j. s. succi pomorum redolentium  
 perfet sium, 3 ij. misceantur omnia simul, & in duplicâ  
 nem, vasa reponantur, destillentur secundum ar-  
 ã deo*dicto*, utatur liquore iam destillato, modo  
 iam dicto.

Alia eiusdem, in affectu frigido, vires col-  
 lapsas restaurans, ex pulpæ capi vnius mul-  
 tum defatigati & diligenter loti cum vino  
 albo, aut etiam cum vino maluatico, si affe-  
 ctus fuerit frigidior, adde conseruæ florum  
 saluiæ 3 j. conseruæ stœchadis, anthos &  
 acori ana 3 s. cort. citri cum saccharo con-  
 dit, & minutim incis. drach. vj. cinnamomi  
 anterioris, nucis muscatæ, ana 3 j. ponan-  
 tur omnia simul, vt prædictum, in balneo  
 Mariæ, deinde destillentur s.a. Huius liquo-  
 ris aliquot cochlearia exhibentur ægrotan-  
 tibus per certa interualla.

Sunt qui in quibusuis morbis, capitib  
 præsertim & frigidis, cum virium imbe-  
 cillitate, destillatas huiusmodi caponum a-  
 quas laudant, & nos colicis affectibus ali-  
 quando prodeesse experti sumus, ijs maxi-  
 mè qui flatuosi fuerint, aqua enim destil-  
 lata aphylos redditur, vt non amplius inflet,  
 si rectè parata fuerit, adiicientur autem me-  
 dicamenta alia atque alia à perito  
 medico pro affectuum  
 varietate.

## EVONYMI

QVAM OB CAVSAM, IVRA

caponum, & alia pingua, quum sint

fluxilis & aëreæ substantiæ,

aegrè sublumentur

**A**N quod pinguedo supernatans, humos  
ri subiecto pelliculā inducit, per quam  
subditus humor vix euaporare potest? sic  
oleum vino aut aquis odoratis affusum, ex  
halare non sinit: & rhaphanus quoque ex  
oleo comestus, de ventriculo eructationes  
quas solet, ciere non potest: sic etiam succos,  
quos incorruptos volumus seruare, oleo te-  
gimus, ne vel spiritus conseruantes succum  
exhalent, vel ab aëre extero extrahantur.  
Langius in Epist.

Aqua stillatica restaurans, & hecticis uti-  
lissima, ex Capricijs Fierauanti. Accipiatur  
gallina bona iuuenis, quæ oua nondum po-  
suerit, deplumetur viua, vt sanguis commo-  
ueatur, & spargatur per totum corpus &  
carnem: postquam fuerit deplumata, cui se-  
retur, tantum intestina auferendo, quo facto  
contundatur in mortario simul cum ossis  
bus, his adiiciatur medullæ panis tantum,  
quantum est carnium contusarum, & simul  
pistentur, vnâ cum manipulo uno scabiosæ  
viridis aut siccæ, & tot auri folijs, quot pen-  
det coronatus unus, ac demum adde tan-  
tum aquæ solani hortensis, quantum est in  
pondere omnium supradictorum, stent si-  
mul

mul tota nocte, actum destillentur in balneo Mariæ, ad exactam fæcum relictarū exicationem, & habebis aquam. Pro qualibet libra huius aquæ adde 3 j. aquæ nostræ melis ( de qua alibi in hoc libro fit mentio ) servetur in vitro ne respiret. Vsus eius est in pastu & extra pastum bibendo. Valet ad tussim sicciam febricitantium, & prodest mulieribus in partu laborantibus maxima siccitate.

Aquas ex ouorum albumine, itemq; vittello, Alchymistę describunt ( obruunt prius quinque diebus simo equino ) addentes eisdem ferè aliquid salis, item pinguia & resinosa. Multas eiusmodi a quarum descriptiones, lector legere poterit, in Polychymia Diodori Euchyontis à nobis edita.

Aqua hirundinis ad epilepsiam, ex Rondelletij methodo. H̄irundinum 3 vj. castorei 3 j. temperentur in vino per noctem, & in alembico vitreo posita, fiat destillatio. Capiat de hæ aqua ad summum duo cochlearia, semel in mense, manè ieiuno stomacho.

Emplastrum, mire conferens scrofulis & fistulis, &c. Expertum est viperas, capite, caudaq; abiectis, per elambicum destillare, & quod stillat scrofulis imponere ac fistulis, Fumanellus.

Medicamentum contra lepram ex ranis. Singulare vnum nolo reticere remedium, ( inquit Fumanellus ) nec postponendum,

## EVONYMI

ex ranis confectionum, cute interaneisq; abies  
ctis, in vase æneo interius stagnato, & fundo,  
varijs foraminibus, ad modum clepsydrae  
perforato, impositis, ore vasis, ne perspireret,  
confecto & lutato, & vase calio tanquam recipie-  
rente, ipsi substrato, terraq; obruto, & super-  
iori olla igne admoto, donec ranarum hu-  
miditas destillauerit: stillatius autem li-  
quor dic singula potandus propinabitur  
3 P. iij. mane singulo: & si mihi daretur oc-  
casio, periculum iniire ex liquore carnis  
viperarum præparatarum stillatio, rana-  
rum more. Vasorum autem forma, quæ  
Nicolaus Florentinus construere docet in  
suo magno commentario, sermone 7. tracta-  
tu. 5. cap. 39. hec est. Ipse nanque præcipit, vas  
primum, ranis iam præparatis, ipsarum ore  
butyro farcito, implere, & stillatio liquore  
cancrum linire tanquam nobili medica-  
mento.

VAS


CIR-

VAS

IGNE

CVNDATVM,

OBRVTVM.



Aqua faui mellis, valer ad generandas pi-  
los:

los: similiter ad asthma, si bibatur: vincta vel illita barbam crescere facit. Multo autem melius sit ex oleo ac melle, quod vim habet maximam.

Mel destillatum & caluetiae inunctum, etiam valde facit crescere crines, post alopecia scilicet, Theophrast.

Ioannes Montanus è melle ait, fieri aquam fortem: & tertia destillatione hunc ipsum liquorum fieri venenatum: è mercurio vero (qui per aquam fortem resoluitur in aquam) fieri liquorum salubrem & corroborantem.

Aqua ex melle dealbans faciem. Et mellis rubei ℥. iiij. gummi arabici ʒ iiij. misce ista duo simul, & destilla per alembicum cum suavi igne. Prima aqua est ad faciem purificandam, & de albandam: secunda cum tertia, facit ad capillos albos.

Aquam è melle destillauit Gesnerus, cuius aqua prima non nihil ceram redolebat, alios quin satis grata erat & clara, albescens, quae forte colicis conuenire posset. Quae secundo fluxit, acciditatem quandam habebat. Quae tertio, ea erat quasi acetum. Quae quarto, fere acetum ipsum referebat. Coepit destillationem mane hora septima, & ex dimidia mellis mensura, duas phialas patuas eo die collegit. Sero incepit stillare, circa medium demum. Ignem fecit usq; ad horam nonam noctis: postridie mane rursus, ab hora sexta, usque ad secundam, tum coepit

## EVONYMI

magnus fumus & subfætidus exire, & materia ascendere (nimirum quando materiæ aquosæ nihil superest, mel ascendit.) Extraxi cum totâ cucurbitam, quod non debuerat (sat erat altius in cinerem trahere) & erant guttae rubicundæ, adustæ in alembico, acres & odore ferè ut oleum de ligno iuniperi. Cucurbita infra fissa est. Relictum in cucurbita, mel erat rufionigrum, adustum, subamarum, flavo colore tingens.

Mulsum veterem in cineribus destillauit Dominus Gesnerus, in cucurbita relinquebatur materia ad nigredinem accedens & dulcis, graui odore. Aqua prima odorata erat, & gustu aquam vitæ referebat, non tamen flamمام cōcipiebat. Secunda aqua, aquosior videbatur, cum aciditate quadam. Parum aquæ ex ea destillatur.

Aqua ex ranarum cruribus sublimato vase, collecta, phthisicis & hecticis efficacissima perhibetur ab Alex. Benedicto, nec non siccæ iocinoris distemperantiæ, bis die ieiunis sumpta tepens, medetur.

Aqua destillata mense Maio ex ranarum spermate (fröschen leich) imposita que podas græ, mirè demulcet dolores & proflus tollit,

DE AQUIS COMPO-  
SITIS è stirpibus maxime.

Aqua

**A** Qua conseruans visum diutissimè, oculosque ab omnibus maculis purgans. Et vini albi, maturi & optimi, lib. xii. panis recētis loti diligenter lib. iiiij. chelidoniae, fœniculi, bulbi, squillæ ana 3 iiiij. caryophyllorum 3 iiiij. misce in bocia cum capitulo & recipiente, destillentur in balneo Mariæ, & igne extra he lib. quinq; aquæ, quam serua seorsim. Valet ut dictum est, ad oculos. In potu sumpta singulis diebus mane, continuando per mensem, conseruat corpus à magnis ægritudinibus. Estq; secretum magnum, in multis morbis. Fierauant.

Aqua pro oculis ex lib. manuscripto secretorum. Et terebinthinæ (tormentillæ puto) fœniculi, rutæ, endiuæ, betonicæ, chelidoniæ, euphrasie, rosarum rubearū, sileris montani, capillorum veneris ana M. j. infundantur in vino optimo albo per diem & nocte, deinde pone ad destillandum cum toto vino per alembicum, & fieri aqua pro oculis mirabilis.

Aqua alia, ex eodem libro, ad oculos excellens. Et euphrasie, \* ore neglie, chelidoniæ, pentaphylli, verbenæ, florum rosmarini ana M. j. omnia simul misceantur in modum salæ, quibus affundatur vinum Græcum vetustissimum & subtilissimum, ponatur in ampullam vitreatam obturatam, per dies quartuor aut quinq;. Post accommoda huic vino alembicum & recipiens, & destilletur igne

## EVONYMI

lento. Postea huic aquæ adde sequentia , se-  
men rutæ, semen fœniculi, sacchari candi, tu-  
tiæ præparatæ & puluerisatæ, aloës hepatici  
ana 3 iij. omnia ista cum aqua prædicta com-  
mixta , in vitrea bocia cum alembico ut  
prius lento igne destillentur, quam serua de-  
inceps in vitro. Huius aquæ pone guttam  
vnam in oculum, quounque morbo oculus  
laborauerit, modo sit frigidus, sanabitur.

Aqua magistri Petri Hispani , quæ visum  
scuit & oculos clarificat, & maculas & pan-  
num delet. Et semen fœniculi, petroselini, a-  
pij, sileris montani, anisi, carui, vtriusq; semi-  
nis gallitrici, rad. chelidoniæ, acori, betonicae,  
foliorum agrimonie, tormentillæ, ruta, ver-  
benæ, ana: terantur & ponantur in prima die  
in urina pueri virginis: secunda in vino albo:  
tertia in lacte mulieris, siue asinæ: quarta die  
destillentur hæc omnia, & serua ut balsamū,  
& obtura vas ne respirare possit, quia virtus  
eius exhalaret.

Aqua mirabilis operationis, visum caligi-  
nosum clarificans , & sanitatem oculorum  
conseruans, descriptionis Ioh. de Vigo. Et suc-  
ci fœniculi, succi chelidonij, rutæ, euphragiæ,  
ana 3 ij. mellis 3 x. sarcocollæ, antimonij, tu-  
tiæ, aloës, ana 3 l. fellis caponum, gallorum &  
gallinatum ana 3 ij. nucis muscatæ, croci, ca-  
ryophyllorum ana 3 j. sacchari candi de sy-  
rupo rosato 3 . vij. hepatis hircini sani 3 ij. l. an-  
thos, schiareg ana M. l. contundenda contun-  
dantur

dantur subtilissimè, & hepatis frustatim inciduntur, deinde omnia misceantur, & ponantur in alembico vitreo, & secundum artē bis lambicentur, & utere intra oculum, quia mirabilis est.

Aqua alia ad eandem intentionem, eiusdem. Rx fellis avium de rapina viuentium, fellis gruis, ana 3 ij. fellis perdicum, phasianorum & gallorum ana 3 iiiij. mellis 3 j. succi fœniculi, succi euphragiæ an. 3 j. s. vini granañtorum amborum ana 3 x. aloës hepatici, sarcocollaæ ana 3 ij. cubebarum, piperis longi & rotundi ana 3 j. cinnamomi 3 j. s. nucis muschatae, caryophyllorum ana 3 j. sacchari candi de syrupo rosato 3 vj. antimonij, tutiæ ana 3 ij. s. hepatis hircini 3 iij. floris rorismarinis M. j. omnia ad inuicem triturentur & incidentur, & ponantur in vase vitreo & secundum artem elambicentur: nam ista aqua intra oculum posita sanitatem oculi conseruat, & visum caliginosum & turbidū emendat.

Aqua preciosissima ad caliginem, nebulam, & ad omnia vitia oculorum: visum mixto modo clarificat, & omnem oculorum matulam abstergit, Rx vini albi cyathos ij. succi fœniculi depurati & clarificati cyath. j. camphoræ 3 j. tutiæ Alexandrinæ 3 j. zingiberis 3 s. mellis 3 quatuor, terenda terantur, & omnia in bacino de lotono ponantur per novem dies ad serenum, ubi neque ros neque sol percutiat, deinde destillentur per filtrum, &

EVONYMUS

in ampulla vitrea aquam destillatā serua, & mane & sero guttam j. aut alteram oculis immitas. Arnoldus.

Aqua nobilissimæ operationis in catara etis oculorum, resoluit enim materiam in vijs oculorum existentem, cum notabili conformatio[n]e virtutis visuæ, Ioh. de Vigo. Rx hepatis hircini sani & recentis lib. ij. calami aromatici, mellis ana 3 s. succi rutæ 3 iii. aquæ chelidoniae 3 sex, aquæ fœniculi, aquæ verbenaæ & euphragiæ ana 3 iii. piperis longi, nucis moschatæ, caryophyllorum ana 3 i. croci 3 j. florum rorismarini aliquantulum contriti, schiaræ siue bozomi ana M. s. sarco. collæ, aloës hepatici ana 3 iii. fellis auium de rapina viventium si inueniri possit 3 j. vel loco eârum capiatur de gallis, gallinis, caponibus & perdicibus in triplum. videlicet de felle gallinarum, &c. omnibus prius trituratis & incisis: deinde triturationi addantur, sacciari albi 3 iii. mellis rosati 3 vj. misceantur omnia & cum alembico vitro secundum artem destillentur, & vsui referuentur bene obturata, quia vnamquæsq[ue] debilitatem visus confortat, & caliginem oculorum mundat, cataram futuram prohibet.

Aqua intra oculum posita, dilatationem pupillæ restaurans, cum aliquali virtutis visuæ conformatio[n]e, Rx fœniculi dulcis 3 j. sanguinis columbini 3 j. tutiæ, antimonij ana 3 j. aquæ ros. aquæ myrtillorum ana 3 j. s. myrobalani

robalani citrini 3 s. misce & cum vase vitreo secundum artem clamicetur aqua, loha. de Vigo.

Aqua experta ad visum penè deperditum instaurādum, in oculos frequenter immissa. Rx fœniculi, chelidonij, saluiæ, rorismarini, verbenacæ, rutæ, sing. M. j. alembico destille lentur.

Aqua ad visum instaurandum ferè depe-  
ditum & albuginem. Rx virgæ pastoris, mil-  
efolij utriusque M. j. chelidonij, verbenacæ,  
rutæ, fœniculi, foliorum enulæ. sing. M. j. ca-  
phuræ 3 s. recentia contudantur, & alembi-  
co destillentur.

Collyrium, visum ferè deperditum restau-  
rans, & expertum. Rx Apij. fœniculi, rutæ,  
verbenacæ, benedictæ, quæ Caryophyllata  
vocatur, cartophylaginis, quæ & ceratophry-  
lax, agrimoniacæ, chamædryos, luminellæ,  
pimpinellæ, querculæ minoris, fragariæ, sal-  
uiæ, partes æquales, infunde in vrinam pueri  
parui & adde piperis. gr. vii. & mellis albi  
modicum, & alembico destillato. Fum.

Aqua de saluia, fœniculo, rosis rubeis, che-  
lidonia, ruta, ana, cum modico verbenæ: non  
tantum huius sicut de alijs, fiat aqua, quæ si  
mane & vesperi ponatur in oculis, iuuat de-  
bilitatem visus senectutis. Arnoldus.

Aqua alia in descensu aquæ principio, &  
ad tumorem & fluxiones. Assæ 3 j. mellis al-  
bi puri lib. s. aquæ fœniculi, aquæ rutæ, ana 3

## E V O N Y M I

**tij. aquæ maioranæ 3 s. alembico destillentur. Fuman.**

Aqua, siue liquor destillatus ad prouocandum somnū, estq; soporiferum secretum, Rx opij Thebaici, alliorum mundatorum ana 3 ij, allia pistello ligneo tunde in pila marmorea, adde opium tritum, & bene concorpores ut fiat (ceu) opiatæ. Hoc destillabis in cornuta leuissimo igne in cineribus. De hac aqua si opus fuerit inunge tempora, frontem, carapū: & caue ne extra necessitatē utaris, velut in maniacis, ut æquum videbitur.

Ad inducendum somnum aqua Fumanelli, Succi papaueris vtriusq; ana lib. semis, succi hyoscyami albi & nigri ana 3 ij, succi portulacæ, lactucæ ana 3 iii, succi fabæ inuersæ lib. semis, nenupharis 3 iii, seminis cuiusque papaueris, radicum fabæ inuersæ ana 3 ij, seminis lolij 1/2 s. hyoscyami albi & rubri 3 iii, xyloaloës, nucis methel, ana 3 j. s. portulacæ, lactucæ ana 3 j. scariolæ 3 j. s. endiuiae 3 j. contundantur & ponantur per tres dies in vase vitro, & destillentur, detur 3 j. cum viño & aqua.

Aqua somnum reducens Fumanelli, infundatur, macerentur euè, semen papaueris & semen lactucæ ad pondus 1/2 vnius in vino horis 20. & addatur modicum opij, & clambentur, deturq; 3 j. hora somni.

Aqua siue liquor somnificus mirabilis, de stillatus. Rx diatragacanthi 3 ij, sumach 3 s. florrum

rū bedegnar 3 iij. santali rubri 3 s. presilij 3 j.  
 corr. radicis mandragore 3 j. hyoscyami 3 s.  
 papaueris nigri 3 ij. s. papaueris albi 3 s. pa-  
 paueris rubri totidē, opij 3 ji. basilici 3 j. s. radi-  
 cū alkekengi 3 ij. camphore 3 j. sanguinis dra-  
 conis 3 j. seminis cicutæ 3 ij. lapidis magnetis  
 1b. s. seminis portulacæ 3 ij. seminis lactucæ  
 3 ij. seminis endiviæ 3 iij. vini granati 1b. s.  
 seminis plantaginis 3 ij. vini de berberis 1b.  
 s. solani 1b. j. Ex his omnibus destillatur a-  
 qua admirabilis, quæ potentissimum som-  
 num inducit, si in lesti introitu 3 pondus bi-  
 batur in haustu vini boni.

Aqua somnum inducens, ex Fumanello,  
 Sumito piperis nigri, hyoscyami albi, corti-  
 cum mandragoræ, seminis lactucæ, olij, pa-  
 paueris albi & nigri sing. partes æquas, ter-  
 tur, deturq; 3 j. aut in succo lactucæ per diem  
 & nocte madescant, elambicenturq; et quod  
 effluit ad vsum reponito.

Alia. Sumito succi hyoscyami albi, succi  
 foliorum papaueris albi & nigri, succi folio-  
 rum mandragoræ, vel succi pomorum eius,  
 succi hederæ, succi cicutæ, sing. 1b. s. seminis  
 lactucæ, seminis loli tritorum viriusq; 3 iij.  
 ter per alembicum destillato, quaq; vice fæ-  
 scendo: in tertia vltimaq; destillatione, quod  
 exit in vase vitro optimè clauso, ad vsum  
 seruato, datoq; guttas tantum duas tresuē.

Aqua pro lotione capitis ex eodem, Com-

# EVONYMI

positum, ut ferunt, expertissimum, occipitio  
illito & decenti præmisso victu, somni tem-  
pore, diebus quadraginta, & thuris masculi  
gr. deglutito. Compositi series hæc est. Flo-  
rum roris marini, florum boraginis, florum  
buglossi, violarum, rosarum, melissæ. sing. 3j.  
florum chamæmeli 3 iiij. s. foliorum lauri, lice-  
chadis, maioranae, saluiæ. sing. 3 vij. incisa &  
in t̄. j. s. vini albi odor. diebus quinq; mace-  
rata, clambico destillentur, quodq; stillavit  
in vase reponito vitro, additisq; therebin-  
thinæ t̄. j. & thuris albi 3 iiij. mastiches,  
myrrhæ, mellis anacardi, sing. 3 j. omnia tri-  
ta, & in unum congesta, & diebus quinq; in  
stillatitio dimissa humore, denuo destillato,  
& humoris, qui stillauerit, adjicito nucis mo-  
schatae, caryophyllorum, cubebarum, cinna-  
momai, maceris, cardamomi sing. 3 vij. ligni  
aloës 3 viiij. ambari, moschi, vtriusq; 3 s. trita  
omnia, commixtaq; post dies quinque suavi  
in principio destillato igne, in fine potentio-  
ri & ad usum seruato.

Aqua experta ad dealbandum faciem, cu-  
tim tenuandam, & maculas omnes de facie  
auferendas. Rx terebinthinæ electæ, ac destil-  
latæ. t̄. iiij. thuris 3 iiiij. mastiches 3 s. dracuncu-  
li tantundem, omnia trita, & cum aqua te-  
rebinthinæ commixta iterum destillato, su-  
mitoq; postea axungiæ suillæ recentis liqua-  
tæ. t̄. j. caryophyllorum 3 ij. nucis moscha-  
tæ 3 iiiij. cinnamomi electi 3 s. spicæ celticæ  
tantun-

tantundem, spicæ nardi 3 ij. caphuræ 3 iiiij.  
auri 3 j. argenti 3 iiij. omnia tenuissimè trita &  
lembico destillato: commiscetoq; huius aquæ  
duplum cum sequenti, & lota facie cum fur-  
furis decocto, abluito cum aqua destillata.  
Et aquæ ex argento viuo 3 j. boracis, alum-  
inis iameni, cerussæ ablutæ, singulorum 3 j.  
misce, & vttere, ut dictum est, ex Fumanello.

Aqua ad memoriam, tuta, & admiranda,  
decenti victus regimine seruato. Et nucis mo-  
schatae, caryophyllorum, zingiberis, trium  
piperum sing. 3 iiiij. iuniperi 3 f. hyperici,  
corticum citri, florum anthos, basiliconis,  
maioranæ, mentæ, pulegij, baccarum lauri,  
calaminthæ, spicæ xyloaloës, cubebarum,  
cañdamomi, calami aromatici, stœchadis.  
sing. 3 j. f. acororum. M. j. f. origani, hyssopi,  
rutæ caryophyllatæ, aristolochiæ, vtriusque  
peoniæ, casiaæ lignæ, pimpinellæ, dictami,  
tormentillæ, scabiosæ, matrisyluæ, anisorum,  
cumini, seseleos, nasturtij, sing. 3 j. theriacæ  
antiquæ 3 j. aquæ ardentis, secundum artem  
clarificatæ ex optimo vtiq; vino, terq; qua-  
terue destillatæ 15. viij. omnia trita, & cribra  
ta in vase vitro seruata, more solito quater  
per alembicum destilletur, quaq; vice, quod  
destillatum est, recrementis in vasis fundo  
remanentibus, reponendo, & quarta peracta  
destillatione, adiçito, omnium myrobalano-  
rum, anacardi sin. 3 ij. f. tritaq; & in vnū con-  
gesta post diem sextū destillato, igne primū

F

## EVONYMI

suavi utiq; quo paulatim adaueto, primo exibit imbecille quid aquæ simile, post subcitri num, vltimo aucto igne, citrinum facultate potentius, quibus moscho, ambari, ambræ ue aromatizatis vtilior bis in hebdomada, cochlearis mensura ante cibum horis sex. Quod si memorandi sedem temporaq; lines, memoraberis quæcunque volueris, Fumanellus.

Aqua pro memoria, Rx florum fabarum, sambuci, chamomillæ ana P. ij. rutæ, melissæ, pimpinellæ, buglossæ, liquoritiae rasæ conquaflataæ ana M. iij. fiat destillatio in alembico vitro lento igne, viere bis aut ter in hebdomada, ad 3 l. vel 3 j.

Aqua ad maniam, quæ est secretum preciosum & probatum in cura maniæ & melancholiæ, ex libro quodam vetustissimo manuscripto, Rx florum anthos, borraginis, rad. buglossæ ana, croci drach. j. mali cydonij 3 iiii. vini albi optimi, benè digesti, & clari ℥. ij. misceantur & stent simul benè pistata per diem unum naturalem, deinde ponantur in fistulum equinum diebus xv. in vase vitro, tum destillentur in vase vitro duabus vel tribus vicibus. Hanc aquam (inquit author) serua ut oculi pupillam, estimam, valde preciosa, quia eam sum expertus in omnibus ægritudinibus melancholicis valde efficaciter, & in dolore & tremore cordis. Dosis eius est 3 j.

Alia

Alia aqua dealbatitia faciens album co-  
lorem. Recipe mellis rubei ℥. iiij. gummi  
Arab. ʒ iiij. misce ista duo simul & destilla  
per alembicum cum suaui igne. Prima aqua  
est ad faciem purificandam & dealbandā, se-  
cunda cum tertia facit capillos albos.

Aqua odorata, non destillata, ex Alex.  
Bened. Allachalach, vt scribunt Arabes, est  
quid compositum ex succo foliorum myrti,  
& aqua rosarū & santalis & parum aceti &  
aquæ alkalef, aut ex succo fructuum benè re-  
dolentium, & huiusmodi mixtum fluidum  
ponitur in vase stricti orificij, & ex applica-  
tione postea vasis prædicti, & concussione i=  
psijs, iuxta nares sentitur odor, virtutem val-  
de confortans.

Aqua odorifera, gustu ferè insipida, sed  
odore valde suavis, naso illeui guttam, video  
batur ferè somnifera, Georg. Sighart. Re-  
cipe assæ dulcis, storacis calamitæ ana vni-  
ciam j. ligni aloës vnciam semis, caryo-  
phyllorum, santali citrini, corticis citri-a-  
na drach. iiij. contundantur & infundantur  
in aquæ rosarum vncijs xxiiij. per octo dies,  
postea destillentur in balneo Maris, ser-  
uetur in vitro, in quo suspende moschi, am-  
brae ana drachmam semis, & vtere ad odoris  
gratiam.

Aqua probatissima ad morbum caducū,  
Ex radicis ireos, apij, fœniculi, petroselini, &

## E V O N Y M I

sparagi, brusci, lupuli ana M. ij capillorum  
veneris, scolopendriæ, florum tamarisci ana  
M. j. semen anisi, fœniculi matini ana 3 ij.  
omnia quassata pone in alembico, fiat aqua,  
capiat mane 3 ij.

Ad epilepsiam propinat quædam aquam  
destillatam ex floribus tiliæ, vrtica minori &  
cerasis: bibit hanc aquam quædam mulier  
huic morbo obnoxia fœlici cum successu.

Aqua ad vocem clarificandæ efficax, tu-  
sim difficilemq; anhelitum, & lepram. Rx gly-  
cyrrhizæ abrasæ & succi eius, vtiusque 3  
ij. spicæ nardi, 3 j. diatragacæthi, seminis me-  
lonis, seminis citrulli, seminis cucurbitæ, radi-  
cis enulæ, hysopi, tymi, epithymi, polypodij,  
aristolochiæ rotundæ, gentianæ, ireos, croci,  
satureiæ, origani, pulegij, calaminthæ sing. 3  
s. omnia destillato & vtitor.

Aqua pectoralis maximarum virium,  
præcipue valet in debilitate stomachi pro-  
pter viscosos humores & putridos, quia ex-  
mollit, & digestionem adiuuat, simulq; ape-  
rit, & est cordialis. Rx ficuum, passularum, da-  
ctylorum, nucum pinearum, coriandri ana 3  
ij. mellis communis 1/2 j. misce, infundantur  
in 1/2. xx. aquæ communis, tum decoquan-  
tur ad consumptionem 1/2. vij. postea colo-  
per pannum & habebis aquam. Huic adde  
quintæ essentiæ nostræ, 3 iiiij. & serua. Et hec  
est aqua pectoralis, excedens sua nobilitate,  
omnium reliquarum pectoralium vires. Fie-  
rauanti.

Aqua

Aqua destillata ad hydropem , cuius recipiat patiens omni mane ieiuno stomacho ʒ iiiij. & si vult , cum vino. Rx rad. ireos, fœniculi, petroselini, apij, asparagi, brusci, lupuli ana M. ii. capillorum veneris, scolopendriæ, tamaricis ana M. j. seminis anisi , fœniculi, cumini, petroselini, asparagi, brusci, lupuli ana ʒ s. zingiberis, galangæ , cinnamomi, macis ʒ iiiij. omnia cōquassentur, & simul bene misceantur, & destillentur : expertus sum multoties.

Aqua hydropicos persanans , quaque die ventre bis loto & perfricato, pulsatilibusque arterijs superponēdo emplastrum de baccis lauri, p̄missis tamē debit is euacuationibus. Habet autem cinnamomi, caryophyllorum, t̄cium piperū, xyloaloēs, spicæ nardi, opobalsami, galāgæ, calami aromatici, cubebarum, croci, sin. tritorum ʒ j. terebinthinæ ʒ iiiij. de stillato, & quod primo stillat, abiūcito, quod secundo, usui seruato. quoniā ab infarctu vez nas omnes liberat.

De aqua, alēbico stillata à rebus infra descriptis, per annū ebibita, cochlearis mēsura, vesperi & diluculo , singulis diebus quatuor cū vino, & cibarijs puluere secundo loco descripto superposito, lapidē quēcunq; in reni b° vel vesica, etiā induratū dissoluit, iliorū sedat dolorē, & morbos ex frigida causa curat. Rx radicū fœniculi, petroselini, rusci, rhaphae ni sin. ʒ j.s. omnia cōtusa & vino potēti mace

## EVONYMI

rata destillato, & stillatitio liquori adiuncto  
pulueris ex cinnamomo ʒ s. galagæ, ambari,  
zingiberis, calamenthi, sin. ʒ. j. & ʒ ij. macro  
piperis ʒ j. caryophyllorū ʒ ij. s. cumini ʒ j. a-  
meos, leuisticæ seu ligustici, vtriusque ʒ ij. spicæ  
nardi, casiaæ ligneæ, mastiches, sing. ʒ ij. s. quæ  
iterum destillato, & cōmixtis cinnamomi, ca-  
ryophyllorum, spicæ nardi, zingiberis, pipe-  
ris longi, xyloaloës, maceris, galangæ, zedoa-  
riæ glycyrrhizæ sing. ʒ viij. gr. x. succo, qui  
per alembicum defluit, vtitor. Fum.

Aqua frangens lapidem in vesica & reni-  
bus. Rx succi saxifragiæ. ৎ. ij. milij solis, suc-  
ci petroselini, vtriusque ৎ. j. aceti optimi ex  
vino odoro. ʒ viij. elambicetur, & stillatitius  
liquor in vase vitro seruetur, deturq; ʒ j. quæ  
que vice mane, meridie, vesperi, quoniā pro-  
bata est. Idem.

Aqua mirabilis & rara excernēs arenulas  
renum & eosdem mundificans, ex lib. 2. Fiera-  
uanti. Arenæ in homine causam habent calis-  
titatem & siccitatem renum, & cum maxi-  
ma difficultate, & ardore vrinā reddunt. His  
occurrentum est refrigerantibus & hume-  
stantibus, & ardorē auferentibus, cuiusmo-  
di est hoc sequens remedium. Rx seminis lis-  
monum paruorum, arantiorum, ana ৎ. j. sa-  
xifragiæ ৎ. vj. melissæ, scolopendriæ, vitrio-  
li, asparagi, hyssopi, radicis fœniculi, petro-  
selini, ana ʒ vj. succi limonum paruorū, tan-  
tum quantum satis est ad adsubigendū hanc  
mate-

materiā, ad formā pastæ liquidæ, seu vnguenti liquidi. Destilletur hæc materia in campana plumbea, quæ diligenter sit clausa in cōmisuris, ad exiccationem materiæ, aqua verò seruetur in vitro obturato. Usus tempore, primo corpus optimè est purgandū ab humori bus crudis & viscosis, vna cū stomacho, quo facto, mane & sero bibatur hæc aqua quantitate 3 vi. In cibis abstineat ab humidis & frigidis, ut tatur siccis. Est hoc in tali casu probatissimum remedium.

Aqua frangens lapidē vesicæ, qua usus est Napulio Cardinalis, Ex philipendulæ ℥ vi. rad. acori ℥ iiij. saxifragæ cū radicibus, quantum de omnibus, conquassentur & ponantur in alembico, & fiat aqua. Datur 3 j.

Aqua ad lapidem renū mirandę facultatis. Sumatur cicerum rubeorum, corticū fabarū recentiū sin. ℥ iiij. rubiar̄ tinctorū, artemisiæ, agrimonie, ceterach, artemisiæ, ossiū dactylo rum, maxillarū lúciū sin. 3 j. arantiorū acido rum num. v. limonum acetosorum iiij. mellis despumati, sacchari electi, vtriusq; ℥ i. f. aquæ absinthij ℥ iij. mellis rosati 3 iiiij. cinnamo mi electi 3 f. galangæ. 3 j. xyloaloës electi 3 iiij. pulegiij 3 j. maioranæ 3 j f. terenda terantur, & alembico destillentur, denturq; quaq; vice 3 iiiij. ieiuno.

Aqua mirabilis & experta lapidem frangens siue fuerit in renibus, siue in vesica, ex Arnoldo de Villa noua. Ex rad. asparagi, rad.

EVONYMI T

arundinis, saxifragiæ, virgæ aureæ, mirafolis, omnium cum suis radicibus ana †. ii. a. ceti scylitici †. iiiij. succi limonum †. ii. vi. tri adusti, polij montani, ana †. j. ponantur omnia parum contrita in vase destillationis, & quod destillatum fuerit collige inde: Da 3 ij. cum vino decoctionis leuistici, quia mirabiliter valet.

Aqua destillata ad auditum, Rx betonicam cæpe j. crudum, rotundum, album, rosmarinum, amygdalas amaras, anguillam grossam albam, pone simul in alembicum & quod exiit, infunde auribus.

Aqua odorifera Damascena, vel aqua virtutis, tempore pestis, Rx aquæ rosarum †. iiiij. belzoini, hoc est, assæ dulcis, storacis calamitæ, caryophyllorum ana 3 j. santali vertusque ana 3 iiij. corticis citri, cyperi Romani, cinnamomi ana 3 s. camphoræ 3 iiij. ligni aloës 3 vij. incisa & contusa, infundantur in vase vitreato cooperto membrana, stent in infusione per dies tres, quarto die destillentur secundū artem per alembicum in balneo Mariæ. Postea adde zibetæ gr. xx. musci gr. xx. b. distemperentur simul & ponantur in sole per dies xv. & erit aqua multum odorifera.

Aqua, liquorū stillatitius, ad pestilentes febres preciosus, probatusq;. Sumitur aloës 3 ij. s. myrrhæ stillatitiæ, quæ stacte dicitur 3 ij. croci 3 j. nucis muschatæ, caryophylloru-

care

cardamoni, granorum paradisi, cubebarum,  
cinnamoni, maceris, zingiberis, xyloaloës,  
caphuræ, seminum pomi citrij, s. acetosæ, s.  
pæoniæ, xylobasami, de vnoquoque 3 j. flo-  
rum rotismarini, buglossi, borraginis, calen-  
dulæ, spicæ, sing. 3 j. stœhadis 3 j. radicum  
dictamni, tormentillæ, zedoariae, behen albi,  
behen rubei, enulæ, acori, cyperi, carlinæ,  
theibarbarici, foliorum sonchi, seu crispini,  
sing. 3 j. corticum pomi citrij tantundem, the-  
riaces antiquæ, electuarij de gemmis, utriusq;  
3 j. moschi gr. iii. osis cordis ceruinæ 3 ij. suc-  
ci pomorum Apianorum, mellis, myroba-  
lanorum chebularum, sing. 3 s. sacchari ad  
omnium pondus: quæ omnia in bocia vitrea  
clausa, duobus madefacta diebus, suaui de-  
stillentur igne: quodq; primo stillauerit, ad  
vsum reponatur, deturq; die singula cochlea-  
rium magnum: hoc enim vnum est ex veris  
in peste medicamentis probatum. Quum  
verò quod stillat ad quandam vergit albedi-  
nem, aut incipit turbari, vt quid inutile, abs-  
ijciatur, Fumanellus.

Aqua composita ad pestem ex speciebus  
liberantis. Speciebus liberantis affunde a-  
quam, & destilla eo modo, quo oleum cary-  
ophillorum, aut anisi, aut aliarum herbarum  
siccarum destillatur. Hac destillatione saccha-  
rum clarificatur, tum pro tib. j. specierū 3 ij.  
conficiuntur in forma tabellarum.

Aqua composita damascena, & oleum da-

## EVONYMI

mascenum, & vini maluatici ℥ iiij. aquæ rosarum, lauendulæ ana ℥. semis, cinnamo- ni, caryophyllorum ana ʒ s. florum anthos, maioranæ ana M. iiiij. radicis caryophylla- tæ, corticis arantiorum, cupressi, costi, bal- sami ana M. s. foliorum lauri, nucis musca- tæ, ana M. j. ladani, nigellæ, styracis calami- tæ, ana ʒ j. pulueris ireos vncias ij. calami aromatici, piperis longi ana ʒ j. s. campho- ræ ʒ ij. ambræ, musci, ana ʒ s. terenda teran- tur, incidenda incidentur, macerentur per dies iij postea destillentur per vitrum, primo aqua, deinde oleum destillat, rectificetur, vel decoquatur in vase duplice.

Aqua ad ægritudines ex atra bile pro- uidentes, cordis tremorem, quartaniam fe- brim, lienis vitia, & muliebres affectus ex frigida causa. Florum libanotidis, quam ro- rem marinum vocamus. florum & radicum buglossi, cotoneorum sing. vnc. iiij. croci drach. semis, trita omnia, & vini albi ℥. ij. excepta, per dies 15. in vase vitro, sub fimo recondita, destillato & vtior, Fumanellus.

Aqua ut quis nō corripiatur à febre. Sume succum fumariæ seu fumi terræ depuratum, in quo passulæ diebus iij quatuorūe mace- rentur, & elambicatu stillatitium liquorem, cum aqua lactis præbeto, Idem.

Aqua à morte liberans nuncupata, vim omnibus præstans facultatibus corporis. Ex caryophyllorum, nucis moschatæ, carda- momi,

momi, cubebarum, mastiches, zingiberis, rosmarini, rutæ, scabiosæ, sing. vnc. ij. terantur subtiliter, & cum chelidonij succo mixta, & aqua ardenti, per duos digitos supernatantibus, post diem vnum, suavi distillentur igne in vase dupli, & ad usum seruetur quod exierit.

Aqua reiuuenescere faciens atque reuiscere. Rx terebinthinae electæ. ℥. i. mellis puri ℥. v. aquæ ardantis dictæ ℥. ii. xylos aloes optimè triti ʒ iiiij s. santalorum tantundem, olibani, gummi hederæ, ossis de corde cerui, zedoariæ, piperis longi, sing. ʒ iiiij. gummi arabici ʒ i. nucis moschatæ, galangæ, cubebarum, cinnamoni, carui, mastiches, maceris, caryophyllorū, spicænardi, croci, zingiberis sing. ʒ iiiij. moschi electi denarij pondere, omnia terito alembicoq; destillato, donec aqua exierit clara, ut aqua fontis, & dum exit aqua secunda, quæ ignea est, igne gradatim augeto: exhibet enim aqua ad mellis cōsistentiā.

Aqua alia iuuentutis. Aqua ideo iuuens eutis vocata, quoniam iuuentutem conservat, & vtentem à morbo liberat. Xyloaloës, caryophyllorum, zingiberis, galangæ, cardamomi, cubebarū, granorū paradisi, rheubarbarici, cinnamomi, nucis moschatæ, aloës, calami aromatici, maceris, sing. ʒ. iiij. omnia in tenuem pollinem redacta cribrato, additoq; succi chelidonij ℥. ii. salviæ, brioniæ, buglossæ, fumiferae, rutæ, betonicæ, mentæ

## EVONYMI

borraginis, fœniculi, sing. †. s. omnia in vnum redacta, cū vini albi, dulcis, optimi †. ij. destillato, & stillati liquoris, singulis diebus, æstatis tempore cochlear vnum, hyeme vero duo propinato.

Aqua destillata ad exiccadum vlcera & fistulas, Rx aquæ vitæ optimæ & ter destillatae q. u. in ea pone betonicæ, verbenæ, roris marini, hypericonis, ana, benè coctas imponere ad aquam vitæ, vel iterum destillentur simul, & ea lauentur vlcera.

Aqua mirabilis ad fistulam & omnes plasgas. Rx roris marini, lauri, myrti, apij sylvestris seu domestici, quas quatuor herbas fac recen ter destillari per alembicum vitreum, cuius aquæ sume 3 j. deinde Rx terebinthinæ, 3 vj. gummi hederæ, 3 iij. thuris masculi. 3 iiij. croci, masticis, cubebarū, nucum muscatarum, myrrhæ, galangæ, cinnamoni; aloës succocitrini, caryophyllorum, an. 3 j. sed omnia subtiliter puluerizata sint: & in prædictis aquis imbibita, pone in aludel per alembicum stillando. Hanc aquam reserua invase vitro. Hæc valet ad omnes fistulas à gula infra existentes, & omnia vulnera, si de ea in eisdem posueris, & peciam balneatam in dictis fistulis superponas, eam mutando cum exiccata fuerit. Valet multum & etiam confert cuiilibet corporis passioni, apostemati & doloribus intrinsecis, bibendo de ipsa modicu. Si verò fistula fuerit à gula superius, addatur prædictis

prædictis rebus 3 j. piperis & erit perfectissima: fæces autem quæ de dictâ destillatione fuerint relictæ, puluerizes, etiam valebit si superponatur cuicunque ulceri.

Aqua diuinæ operationis, vulnus omne breui sanans tempore, scabiem & exituram. Rx tartari albi calcinati, id est cum argento vi uo decocti ac depurati, aquæ ardëtis, quantū sufficit ad destillandum, quod si pluries distilletur, efficacior redditur, Fumanellus.

Aqua alia probata ad fistulam, & quæ ita indurat ferrum quod poteris incidere aliud ferrum, ac si esset lignum. Rx lumbricos terrestres, & de eis fac aquam per alembicum, & ex radicibus raphani, fac aquam per alembicum: tum fac fieri tibi vnam laminam cultelli quæ sit à parte vna acuta, postea ponat eam faber in igne donec rubefiat, & extraheat, & extinguat in ea tribus vicibus æquali quantitate sumptis: & temperata cum acuminè ipsius cultelli inde perforando vitrum deinde candidetur: & iterum balnea in aquis supra dictis: deinde poteris incidere ferrum securiter, & est mirabilis in fistulis.

Aqua ad omnia vulnera, Rx succi agrimonie, solani, plantaginis, ana 1/2. s. vini albi (an. vitri albi) 3 iiiij. aluminis crudi 3 iij. masticis 3 ij. auripigmenti 3 s. albumina ouorum numero vi. agitentur fortiter & destillentur, hac aqua lauetur bis in die.

Aqua alia ad fistulas, nodos, lupiā, porra,

## EVONYMI

scrofulas, omnemq; excrescentiam, absque dolore opus peragens. Rx Olei ex lateribus electi H v. thuris albi, mastiches, gummi arabici, terebinthinæ Damascenæ, sing. 3 iiiij. erita omnia alembico destillentur, & denuo additis salis H. v. alembicentur, usq; stillatius liquor seruetur, Fumanellus.

Aqua ad vulnera cito sananda. Rx aquæ ardantis, 3 iiij. theriacæ 3 s. elambicentur & vulneribus imponantur, aspersis puluere, myrrhæ & aloës, Fumanellus.

Aqua quæ valet ad omnia vulnera cito sananda, in quacunq; parte corporis, siue sim recentia, siue ulcerata, & ad fistulam, quod expertus sum. Rx vini albi optimi destillati per alembicum, vel per vas æreum cum quo fit aqua vitis, H. ij. aquæ rosmarini, aquæ saluiæ, simul destillatarum ana H. v. zaccari albi H. x. quæ omnia prædicta destilletur simul, deinde Rx ampullam unam plenam folijs rosmarini & saluiæ ana, & misce cum prædicta destillatione, & sic dimittas per unum diem, postea cola & repone in vase vitro. Modus utèdi, ut imponatur fistulis cū petia, semper post exiccationē, rursus humectādo.

Aqua alia ad extrahendum ossa, & ad seruandum ne membrum putrefiat; & valet in vulneribus. Rx terebinthinæ bene mundæ & albæ sine ablutione, picis naualis similiter bene mundæ, mellis apum, ana H. j. & resinæ pini albæ & recentis, & mellis H. v. hæc omnia destillentur per alembicum de vitro,

& aquam illam reserua in ampulla.

Aqua composita, pro ijs qui à morbo Gallico conualescunt, ex præscripto Rondelletij. Rx scobis ligni Guaiaci ℥. j. theriacæ bonæ veteris ʒ. ij. conseruæ ros. bugloss. borage, ana ʒ. ij. conseruæ helenij, & anthos ana ʒ. j. pulueris electuarij de gemmis, lætitiae Galeni ana ʒ. ij. fiat infusio in vase opperto vini albi & aquæ bonæ ana quartarijs iiij. super cineres calidos destilletur in vase dupli ci cum cinnamomo. Dilue in eo quod destilatum fuerit, sacchari q. s. cola per manicam Hippocratis, dato bibendam his, qui conualescunt à morbo Gallico.

Aqua theriacalis, ex eiusdē descriptione, Rx theriacæ veteris ℥. j. acerosæ M. iiij. florū chamomillæ, pulegij, graminis, cardui benedicti, ana M. ij. temperentur in vino albo, destillenturq; , aqua seruetur vsui, capiat æger ʒ. ij. cū vncijs iiij. aquæ acerosæ, buglossæ, & hoc cum ingreditur lectum vel stupham. Hæc aqua curat dolores morbi Gallici, si per se detur, vel cū decocto milij solis, vel bardanæ, hoc est, lappæ maioris. Ego, inquit, optimo successu curavi multos pueros, senes & debiles hac potione, vel addendo guttas aliquot decoctioni cē muni Guaiaci: ppter tenuitatē partiū citò peneirat, & ad extra propellit Hæc aqua, cum aqua extinctionis auri omne' vitiū argenti viui emendat & castigat.

Aqua theriacalis ad epilepsiam, eiusdē. Rx theriacæ antiquæ qr. j. mitridatij qr. L radicū

## EVONYMI

enulæ campanæ ℥. s. gallitrici M. ij. chelide-  
niij maio. M. j. temperentur per noctem in  
vino maluatico. Omnia simul ponantur in  
alembico vitro, & fiat destillatio. Hæc aqua  
valet in omnibus affectibus cerebri & ner-  
uorum frigidis.

Aqua theriacalis Iacobi Siluij, qua in mor-  
bo Gallico vtitur. Rx ligni Guaiaci ℥. s. aquæ  
℥. viii. vini albi non dulcis ℥. ii. aquarum  
fumariæ, cichorij, chamomillæ ana ℥. i.  
macerentur simul per noctem super cineres  
calidos, adde polypodij quercini ℥. s. epi-  
thymi ʒ ij. asparagi ʒ vj. conseruæ rosarum,  
cichorij, borraginis, buglossæ ana quartar. ij.  
theriacæ bonæ, conseruæ enulæ campanæ  
ana quart. j. destillentur vase duplii bene  
obturato. Dosis ʒ ij. vel iij. Quod si velis, po-  
teris vncijs tribus aquæ theriacalis, addere  
Sacchari ʒ j. cinnamoni ʒ j. & rursus per ma-  
nicam Hippocratis destillare, ita enim sapor  
erit gratiior. Datur mane in lecto ad sudores  
prouocandos.

Aquæ octo Sancti Aegidij, ad apoplexiæ  
recentem, paralysim, vulnera & febres. Rx  
hyssopi, pulegij, caryophyllatæ, cichorij, sin-  
gulorum partes æquales, in mortatio conte-  
rantur, & destilletur in alembico aqua ser-  
uanda. Postea accipe rutæ, petroselini Ale-  
xandrini, zedoariæ, aloës, lapidis calamina-  
ris ana partes æquales, contundantur simul,  
& in prædicta aqua decoquantur ad tertiae  
partis

pattis consumptionem, coletur deinde per pannum, & seruetur in vitro benè obstructo. Elapsis quadraginta diebus, bibant de ea singulo quoque die mane, diebus 10. continuis, qui laborauerint prædictis morbis (fortè peste) & cibus tardetur horis 6. Bibita præterea iejuno stomacho, præseruat ab apoplexia & paralyssi, confortat enim supra modum membra. Si bibatur à iejuno cum castoreo, recentibus his adhuc morbis, auxilio est. Vulneribus cum neruorum & venarū sectione, optima est, si cum ea lauentur. Omnes febres cuiuscunq; qualitatis curat, potata novem diebus mane, iejuno stomacho.

Aqua Philosophorum secunda. Accipe rutæ (agrimoniæ) satyronis, chelidonij, zacchari, lapidis calaminaris (aliâs tutiæ) ana, contundantur omnia, & in alembico destillentur lento igne. Hæc aqua valde est pretiosa, sanat quenuis oculorum affectum. In cibis sumpta, à iejuno, contra omnia venena valet, ejciendo ea per vomitum. A iejuno potata, curat hydropem, & mundat stomachum ab omnibus excrementitijs humiditatibus frigidis. Ignem sacrum extinguit vno die, si fiat cum stuppis canabinis & hac aqua emplastrum. Cancrum curat permixta cum aloë, emplastrata cum stuppis canabinis bis in die.

Aqua tertia eorundem, quæ Petralis dicitur, accipe seminis pimpinellæ, petroselinij,

G

## E V O N Y M I

apij, lappæ, masticis ana, permixta contundatur cum sanguine hircino, addendo modicu[m] aceti fortis, & stent simul in obturato vase aliquot dies, postea destillentur & sequetur aqua, quæ calculum frangit rubrum vel album, acutum vel planum. Si verò calculus fractus fuerit, tunc bibatur stomacho ieiuno de hac aqua, & in arenam ipsum confringes. Qui tineam seu scabiem malam hac lauerit aqua, sanabitur & pili regenerabuntur. Omnis scabies corporis tribus vel quatuor diebus curatur, si ea lauetur. Generat mane potata, bonum sanguinem in corpore. Paralysim tollit bis in die pota cum castoreo, nisi morbus fuerit confirmatus: sanat etiam morbum caducum & apoplexiā.

Aqua quarta, accipe \*hirundinum pullos, cōtere & in puluerem redige, cui castoreum admisce & nonnihil aceti boni, & per alembicum destilla. Bibita valet contra apoplexiā, aut epilepsiam. Si etiā iuuenis aliquis 14. annorū ea fuerit correptus, si quadraginta diebus mane de hac aqua gustarit, curabitur. Valet tussi & asthmati nouem continuis diebus pota mane. Confert cerebro, purgat stomachum, pectus dilatat, & aufert causam paralysim facientem, auget semen, & refrigeratos calefacit. A ieiuno potata cum hyssopo, hydropem sanat à frigiditate ortam, & febrem quotidianam. Abstineat tamen ab hac aqua omnis prægnans mulier, quia fœtum

fœtum interficit: Cum hyssopo pota, morbis capitis auxiliatur, & excitat appetitiam, somnum conciliat, concoctionem iuvat, & vrinam pellit.

Aqua quinta, R<sup>h</sup>yssopi, gladioli, sabinæ, abrotoni ana partes æquales, ex his fiat pasta, & stet aliquot diebus impastata, postea destillatione extrahe aquam, quæ fortissimæ est facultatis. Valet contra omnes febres tam calidas quam frigidas. Prouocat mulieribus menstrua, ab ea tamen sibi temperent prægnantes, ne interimat fœtum. Pota aqua fluxus sanguinis sistit, seu dysenteriam, & contra omnes fluxus ventris auxilio est. Purgat ab humiditatibus malis stomachum, & vermes enecat. Cum castoreo pota, paralyticis confert, calidè sumpta singulo quoque die.

Sexta aqua Philosophorum ex talpa, ad tingendum colore albo aliquid in corpore humano vel animalis. Accipe talpam, eamq; in puluerem redige cum sulfure, addendo suc cum chelidonij, & simul stens per aliquot dies, ac postea destilla. Eius virtus est eiusmodi. Si animal colore nigrum, nouem diebus laueris hac aqua, eius pili reddentur albi instar niuis. Item si huic aquæ commisceantur cera & aloë, membrum paralyticum curat inundatione. Sanat morbum qui dicitur, Noli me tangere, si emplasti modo imponatur. Capitis debilitatem emendat.

## E V O N Y M I

Præterea aqua hæc commixta cum lapide calaminari & aloë, sanat Lupum morbum, si bis in die emplastri modo imponatur, aut etiam si eadem aqua lauetur, caue tamen ne intra os ea vtaris.

Aqua septima, quæ dicitur aqua conseruationis: accipe petroselinum, & contere in mortario, & destilla in alembico. Hanc aquā bibat quis quis cibum nō appetit, iejuno stomacho, omnem flatuositatē & cruditatē eius emendat, concoctionem procurat. Purgat quoque pectus à superfluitatibus.

Octaua aqua, dicitur conduplicata, accipe seminis apij, & olei papaueris, sacchari albi, caryophyllorum, ana, conterantur in mortario, quibus adde aquam conseruationis prædictam, & simul mixta ponantur in alembicum ad destillandum. Valet hæc mirum in modum contra tuſsim, dolores pectoris, si mane frigidè, vesperi verò calidè bibatur. Bibita calidè cù castoreo, valet in omnibus splenis affectibus, & membrorum tremoribus, & caput cerebrumq; confortat. Octo has aquas, sancto Aegidio inscriptas, ex Germanico transtulimus. Restabat nona quoque, sed eius descriptio imperfecta erat, ideoque intermisimus.

D E A Q V I S C O M P O S I T I S,  
quæ Elixir vocantur, quarum aliquæ  
ad Balsama etiam de quibus in-  
ferius, referri debent.

Elixir

**E**lixir factum olim per D. Iohānem Ben-  
 tiuolum, & expertum: Nutrit & restau-  
 rat mirabiliter, deinde confortat membra  
 neruosa, & neruos ipsos, stomachum scilicet  
 & cor: stomachum purgat, memoriam augeri,  
 ventositates resoluit, & appetitum excitat.  
 Dosis est pro vice, quantitas drachmæ dimi-  
 diæ. Qui stomacho fuerit calido, accipiat cū  
 aqua endiuiaæ, etiā tempore calido: qui verò  
 stomachum habebit frigidum, tempore etiā  
 frigido, sumat cū aqua melissæ aut absinthij,  
 aut simili. **R**egoril. metæ ana ʒ s. cinnamomi  
 ʒ j. succi liquiritiæ, liquiritiæ rasæ, ana ʒ j. s.  
 rhabarbari electi ʒ j. s. spicæ ʒ iij. croci ʒ j.  
 caryophyllorum, macis, nucis moschatæ,  
 galangæ, ana ʒ j. mannae electæ, olei de tere-  
 binthina ana ʒ ij. tartari ʒ j. s. pulpæ caponis  
 ℥. s. pulpæ perdicis ℥. j. diarrhodon abba-  
 tis ʒ iij. fisticorum, amygdalarum dulcium,  
 pinearum mundatarum ana ʒ viij. dactylo-  
 rum, passularum, penidiorum ana ʒ vi.  
 musci, ambræ, ana ʒ s. contundantur omnia,  
 & infundantur in aqua vitæ per dies tres, &  
 postea in alembico vitro destillentur, & ha-  
 bebis aquam vitæ puram. Si destillatio, aut  
 infusio potius, facta fuerit in vino maluati-  
 co, multò erit melior. Ex Italico manuscripto  
 translatum

Aqua secreta, **R**egi vini maluatici optimi, in-  
 funde in eō flores, herbas, species, & quascūq;  
 res volueris: stet tribus aut quatuor diebus in

## E V O N Y M I

bocia benè lutata ad putrefactionem, postea  
destilla lentissimo igne, & non fiat sequestra-  
cio, nisi in fine, tunc abstrahere aquas ne fœteat  
& comburantur species. In illa aqua resolute  
saccharū, post adde musci, ambræ, cinnamo-  
mi: & sivis habere aquam multū delectabilē,  
tūc & saccharū candi, superfunde aquā vitæ  
optimam, & destilla aquam vitæ à saccharo,  
quousq; transcant spiritus: alterā pone aquā  
in bocia prænominata & cadent in ea iiiij. vel  
iiij. guttæ rubeg aromaticę, & potest reitera-  
ti talis destillatio cū saccharo cando ut prius,  
idq; toties quoties, & erit res mirabilis, præ-  
sertim cum auro, sicut scis, & habebis aurum  
solutum, mirabile, efficacissimum & dulcissi-  
mum: & si vis habere purū aurum, pone ca-  
put mortuū in loco humido, & habebis artē  
mirabilem. Et iste supra dictus modus præ-  
cellit alios, ut ratio dictat, quam non reuelab-  
bo, propter causas quas scio.

Aqua aurea, vel elyxir vite, & saluig qr. iiij.  
nucis moschatæ, macis, zingiberis, granorū  
paradisi, caryophyllorum, cinnamoni, ana  
z ij. rhabarbari, castorei, spicæ nardi ana z s.  
olei laurini z ij. aromata scorsim cōmixta in  
mēsuris sex vini optimi in olla inuitreata be-  
niè cooperta, per mensem maceretur, quo eli-  
pso tēpore, coletur vinū, & aromata contun-  
dantur minutim, ut redigātur ad formā pul-  
ticulæ, & rursus affuso priori vino, stent per  
teriduum cooperta, ac tandem per alembicū  
destillētur, & sequetur aqua clara instar chry-

stalli, quam serua in vase vitro obstructo, & utere ad sequentia. Si hac aqua cōsperga spissces, aves, carnem ferinam, & alia, incorrupta manebunt quā diu volueris. Vinū alieni odris, pendulumq;, redditur odoratum & integrum, si huius aquæ modicū affundas. Apostemata interna, pota sanat, aut illita. Viscera omnia confortat, & colicæ prodest. Vulnera sanat, srpetia madefacta hac aqua, vulneri ad moueatur. Apoplexiā imminentem præcauet, bibita, aut cerebro illita. Oris & gingiuarum affectus curat, & anhelitus grauolentiā ob gingiuarū putredinem, narium item atq; aurium emendat. Si bibatur à visris, conseruat eorundem vigorem, & timiditatem corrigit, excicando humiditates. Facie maculas oculorum atq; etiam totius corporis corrigit, ex Germanico incert.

Aqua alia aurea dicta, & virtutis singulissimæ Rx foliorum saluiæ ʒ ij. nucis muscætæ, caryophyllorū, zedoariæ, granorū paradiſi an. ʒ l. cinnamomi ʒ j. lauendulæ ʒ iiiij. vini boni qr. iiiij. hæc omnia habeātur in vase bene obturato per 14. dies, postea coletur vi-num, aromata verò tundantur bene ac iterū vino cōmisceantur, in alembico aut balneo Mariæ destillatū fiat. Confortat retentiuam stomachi appetituamque, corrigit affectus pulmonis, splenis ac interiorum omnium. Est & amuletum venenorū omnium, sanguinem clarificat, anhelitus grauolentiā ac

## EVONYMI

polypum aufert, sed & grauedinem, tusses, dyspnoeas, spirandi difficultates, confortat cerebrum ac memoriam, visum acuit, oculorum qualemque defectus sanat, vulneratis, flagellatis, aut ab alto cadentibus, singularis medicina: apostemata discutit: guttam, apoplexiam non admittit: impetiginem, lepram mundat; in spastmo ultimum auxilium. Si vinis corruptis misceatur, rectificat odorem, saporemque vini: conseruat senes, formosos & bene coloratos.

Elixir vitae, ex descriptione Fierauanti, omnium medicinarum facultatem intendit, si modicum ijs permiscatur. Et caryophyllorum, nucis moschatæ, zedoariæ, zingibris, galangæ, piperis albi, nigri, baccarum iuniperi, corticum citri, cort. arantiorum, saluiæ, basiliconis, rorismarini, mentæ, maioranæ, baccarum lauri, pulegij, gentianæ, calamenti, foliorum sambuci, rosarum albarum, rubearum, spicænardi, cubebarum, aloës hepatici, seminis arthemisiæ, sem. maioranæ ana 3 ij. ficuum, passularum, grossorum, dætylorum, amygdalarum, nucum pinearum, ana 3 vi. mellis albi ℥. j. musci orientalis 3 j. sacchari fini ℥. iiiij. misce, constulis omnibus contundendis, & in aquæ vitae ℥. xv. infundantur. Sit autem aquæ vitae ad minimum tertia vice destillata. Stent ita in bocia bene obturata, decem diebus aut amplius: postea in Balneo destillentur.

destillentur usque ad fæcum exiccationem. Postea extrahe aquam è recipiente, ponaturq; in Pellicano, & circuletur in fimo e-  
quino per duos menses continuos. Post cir-  
culationem tuum elixit habebis paratum.  
Post hæc accipe bociam cum reliquijs fæcū,  
& destillentur in cineribus fortissimo igne,  
etiam extillabit aqua rubra instar sanguinis,  
quæ admodum fœteret, & turbida est, quæ &  
ipsa circuletur ut prior: & hæc est ignea sub-  
stātia, quæ etiā moriturus luscitare potest. Post  
circulationem seruetur. De priori aqua, quæ  
per balneum est extracta, si tertio quoq; die  
per os 3 j. accipiatur, corporis integratē  
conseruat, & à morbis tuetur. Si vulnera ea  
madehiant bis teruē ad summum, curantur:  
oculorum morbis omnibus apprimē conue-  
nit, gutta una instillata, visum conseruat. Fa-  
cies & pectus saepius hac aqua lota, iuuentu-  
tem conseruat. Per os assumpta, vencrem sti-  
mular, & mulieres infœcundas, ad conceptū  
disponit. Posterior aqua rufo colore prædita,  
doloribus matricis medetur per os sumpta:  
pondere duarum drachmarū assumpta, ple-  
uritidem soluit: colicos dolores inunctione  
curat, similiter & lienis duritiem, dentiū, dos-  
lorem, anhelitus fœtorem, & alia huiusmodi  
sanat. Omnis generis febres tollit, quia po-  
tenter omnes humores discutit & dissipat. Si  
eui ægroto vocis acciderit priuatio, dabis hu-  
us 3 j. cum altera 3 prioris aquæ, intra os, &

## EVONYMI

loquetur, quod ego millies expertus sum.

Aqua mirabilis, quæ dicitur mater Balsami, cuius infinitæ & mirabiles sunt proprietates, & in fistulis mirabilem operationem producit. Rx terebinthinæ 3 j. thuris masculi 3 ij. aloës succo citrini, masticis, caryophyllicis, galangæ, cinnamomi, croci, nucis moschatæ, cubebarum ana 3 j. gummi hederæ 3 v. omnia subtilissime puluerisentur, deinde in alembico benè lutato, luto sapientia destillentur lento igne. Prima aqua erit clara & alba, donec incipiatur croceari & inspissari, tunc remoue ipsam, & collige secundam, quæ erit crocea, spissa, & priori supernatæ. Cum autem color ille croceus magis intenditur, remouetur secunda, quia venit tertia, quæ est sicut mel clarum & propriè balsamū vocabitur, & eius facultates quoque obtinet. Si eius guttam cum cuspide cultelli in fundo cyathi aqua pleni posueris, non dissoluitur, quemadmodum verum Balsamum: postquam steterit per vnam horam, venit in superficie aqua sine dissolutione. Ardet quoq; Deinde congelat lac, si in vna libra lactis ponatur vna gutta tepida statim congelat ille luctus, sicut Balsamum. Prima aqua Balsamum dicitur, & hæc curat fistulam, sonitum auriū, si de ea ii. vel iii. guttas mane auri imposueris. Secunda aqua vocatur oleum Balsamicum, quæ curat oculos expalpebratos, leprosos & lachrymosos subito, si cum ea mane &

sero

fero laueris. Tertia vocatur Balsaminum oleum artificiale, quod in facultatibus idem est, quod naturale. Curat & stringit omnem tincā, scabiem & superfluitatem, in qua cūq; parte humani corporis acciderit: omnia apostemata & omnia vlcera recenter euenientia, omnemq; tumorem oculorum, si cum ea laueris. Repercussua est magis humorum frigidorum, quam vlla alia medicina. Omnem dolorem dentium, vel ex verme, vel ex humore fluente, si cum ea laueris, curat, restringit, & interficit. Et in omnibus venenis frigidis, sicut bufonis, araneæ, serpentis, scorpionis, optimè valet, nec est possibile ut hominem lædant, si aliquis ab illis punctus, guttam tepidā huius apposuerit. Omnia vlcera quandoque profunda sint, siue in carne, siue in neruis & osse, & apostemata saniosa, si cum ea laueris, sine aliqua tenta, curat intra nouē dies, quantumcunq; terribilia, seu immunda, fistulata vel cancrata fuerint, etiam noli me tangere, & morbum Aegidij: habet etiam mirabilis effectus in dulcificatione corporum metallicorum. Omnem guttam frigidā, si cu[m] ea laueris, & si cum panno lineo supra locum doloris emplastraueris, curat, & percussionses lapide, vel casu, læsione loci facta, panno lineo in eo tintō & superposito deciscat, & restringit, neruosq; fortificat vel confortat: & scias quod est calidissima supra omnem gradum, & nulla res calidior reperiiri potest: &

## EVONYMI

est tantæ penetrationis & caliditatis, quod si unam guttam tepidam posueris super manum, statim penetrat sine laesione, & non senties. Tumorem pedum, tibiarum, & dolorum iuncturarum laesione ibi facta superposita curat ex frigida causa, vel ex sanguine corrupto. Dicitur hic liquor mater Balsami, quem si probare volueris, accipias pullum deplumatum, & mundatum à visceribus, postea calefac eum ad ignem tandiu, quod vix possit teneri in manu, postea line eum cum dicto oleo, & expone soli per duas horas ad exicandum, & iterum iteretur vngendo cum dicto oleo, & desiceatur, postea ubi vis reponere, quia nunquam putrefiet, & huius generis plures habet facultates. Bertia-palia.

Aqua seu oleum magnificentum, variæ ad multa facultatis, ad visum utique instaurandum memoriamq;. Membrum quodcumque lumen roborat, pituitam ventriculum legendè digerit, & ipsum roborat, cochlearis mensura præbabitu, quo etiam modo ieiune singulo die sumptum, ab omni tueretur mortu, & venenosorum mortui impositum, liberat à veneno: illum scabiem sanat, & tineam; auribus impositum, grauem tollit auditum, ad oculos confert humentes, & ad omnem heterudinem: internorum vero tumores, potu liberat & dentes lotione: & si vlcus cancerq; quaquam die madefiant, curantur: pari modo & neruo-

ne ruorum resolutio : crurum sanat tumores, omnemque ægritudinem à causa frigida pro uenientem. Accipit autem terebinthinæ ℥. s. aquæ ardentis ℥. ii. xyloaloës, santalorum citrinorum & tubeorum, cinnamomi electi, cubebarum, galangæ, nucis moschatæ, cardamomi, croci, thuris, maceris, mastiches, zingiberis, spicæ nardi, caryophyllorum. de uno quoque ℥. iiij. gummi Arabici ℥. j. moschi ℥. j. ambari tantundem, omnia per se trita, & in cerniculo cibrata, cum aqua ardenti in vitro vase per diem excipito, igneq; molliusculo destillato, donec stillans aqua exierit clara, cumq; colorem mutauerit, aliud vas supponito, & virunq; per se seruato. Fuman.

**E L I X I R , S I V E A Q V A V I T A R**  
composita, quæ ad Balsamelæa quoq;  
erit referenda.

**R**Ecipe caryophyllorum, nucis moschatae, zingiberis, galangæ, piperis longi, piperis nigri, zedoariæ, granorum iuniperi, corticum aranciorum, corticum citriorum, maioranæ, rosmarini, mentæ, baccarū lauri, pulegij, aristolochiæ rotundæ, stœchados, sigilli b. Mariæ, cardui benedicti, florum cheri, florum primulæ veris, rosarum rubrarū, florum sambuci, spicæ nardi, ligni aloës, cubebarum, cardamomi, cinnamomi electi, callami aromatici, saluiæ, basilici, gentianæ, calamenti, santalorum omnium, acori, pætoniæ

## E V O N Y M I

radicum & granorum, macis, nigellæ, cornu  
ceruini, rasuræ eboris, chamædryos, chamæ-  
pityos, melligetæ, mastiches, thuris albi, aloës  
& hæpatici, myrrhæ, florum camomillæ, a-  
nethi, artemisiæ, betonicæ ana 3 iij. florum  
borraginis, florum buglossæ, melissæ, semi-  
num anisi, fœniculi, carui, ana 3 ij. specierum  
electuarij de gemmis, specierum diarhodon,  
specierum triasantali, specierum aromatici  
rosati, ana drachmæ dimidium, diamuschi,  
dulcis diambræ, electuarij de gemmis, theria  
cæ, diacori, dianthos, ana s. 3. florum lychni-  
dis, altilis, rubrorum, florum calendulæ, radi-  
cum bardanæ, radicum filicis, ana s. 3, chelie-  
donij maioris cum radiculis à terrestri im-  
mundicia repurgatis, & resectis folijs marci-  
dis, si quæ fuerint, 3 j. rhabarbari electi se-  
quiunciam, olei de terebinthina 1 1/2 j. Omnia  
supra dicta benè puluerizata vel conquassa-  
ta, ponantur quælibet & singula suo tempo-  
re (incipiendo à vere, continuandoq; per æ-  
statem) in aqua vitæ optima quæ facta sit ex  
vino Rhenano antiquissimo, generosissi-  
mo, non marcido aut fæculento per alembi-  
cum vitreum non æneum, fermenteturq; in  
ea, toto singulorum præsertim florum & her-  
barum colligendorum tempore, obturando  
quæm exquisitissimè vas siue bociam (qua  
vitrea sit aut saltem terrea Sigburgensis Sa-  
mia nostra) operculo vitreo circumlucato.  
Aqua autem vitæ in qua macerabuntur di-

&æ species, sit ad pondus libraru viginti sex, plus minus. Si in tres diuersas bocias diuideres aquam, similiter species & res ad ratam diuide: quia securius destillabis in tribus vicibus, quam in vna. Et pone bociam cum superimposito alembico in balneo Mariæ sub moderato igne. Primum exibit elixir vitæ, & serua illud per se bene obturando vas vietrum, ne respiret. Deinde stillabit aqua grossior quam solum ad vliores usus valet. Fæces vero, quæ remanebunt in alembico, cucurbita vel vesica, æquiuivalent theriacæ, & seruiunt pauperibus ad plures infirmitates.

Elixir vitæ aliud, mirabiliter caput roboreans, priori ferè simile, nisi, quod minori sumptu & labore comparari potest: Rx caryophyllorum, nucis muscatæ, zingiberis, zedoariæ, galangæ, piperis longi & nigri, coticum citri, seminis iuniperi, foliorum saluicæ, basilici, rosmarini, maioranæ, euphragiæ, fœniculi, betonicæ, baccarum lauri, pulegij, gentianæ, calamenti, rosarum rubearum, spicæ nardi, ligni aloës, cubebarū, cinnamomi, cardamomi, calami aromatici, stœchadis, macis, thuris masculi ana 3 j. postea, Rx ficuum siccatur, passularum, dactylorum sine ossibus, amygdalarum dulcium ana 3 j. f. mellis 3 vj. sacchari albi ad pondus omnium, terantur omnia simul bene, & ponantur in aqua vitæ trium coctorū, & postea repone omnia in ampulla vitrea & destillentur lente ut in alijs elixir vitæ.

## EVONYMI

Aqua laudatissima, Balsami vires in se cōtinens, ad multas ægritudines necessaria, ex Fumanello. Aqua quæ Balsami facultates simulatur, lætitiam affert, cerebrum confortat, tumores intrinsecus suppuratos, seu vocicas rumpit porta, oculorum ruborem & maculas delet, fistulam curat, & cancerum imposita, potu morbum sanat comitialem membrorum resolutionem, seu paralysim inuncta curat, que ex frigida est causa, vino medico commixta cochlearis mensura, ieiuneq; ebibita, senectutem retardat, & sanitatem conservat, lentigines à facie, putredines, omnesq; maculas linita delet, guttamq; rosaceam, vulgo nuncupatam, faciei morbum ex erysipe latis genere: dentium tollit dolorem, & aurium spiritum flatuosum imposita, narium fætorem & gingiuarum synanthen, omnemque gutturis rumpit abscessum: melancholicis confert, ischiadicis, podagricisq; ascitem curat, coliq; dolorem à causa frigida, & coronariæ suturæ lita, omnē tollit capitū dolorē, ex frigida causa evenientem: vermes interficit, ad 3l. quantitatē sumpta, quo modo & veneno obstat. Plura etiam promittit, quam scripta sint. Cuius conjecturæ hic est modus. Mastiches, caryophyllorum, nucis muscatæ, cardamomi minoris, cubebarum, piperis longi, cinnamomi, galangæ, zingerberis, ligni aloës, cardamomi maioris, de singulis, 3 L spicæ nardi 3ij, maceris 3 j. caphuræ

3 j. nu-

$\frac{3}{4}$  s. nucis Indicæ. 3 s. vini albi, subtilis, odori quod sufficit, in uicem commixta suaui destillato igne.

Species pro vino Maluatico destillato, loco auri potabilis, Rx vini maluatici electissimi mensuras vj. ponatur in bocia & destilles tur suaui igne per cineres, septem vel nouem vicibus: aquam vitæ, sic bene rectificatam pone in vitro cum sequentibus: Rx sperma cæti, ambræ electæ, rhabarbari optimi sing. 3 ij. musci fini & electissimi 3 j. vel plus: pone huiusmodi res in sacculum vel pilam de pan no raro subtili & bene mundo. Huiusmodi sacculus postea ponatur ad vinum supra rectificatum, & bene claudatur orificio vitri: efficietur tale vinum aurei coloris. Posset & cinnamomi interioris aliquid addi, & erit magis delectabile. Virtutes huius aquæ: venena curat & expellit. Ad præseruandum, contra pestem detur gutta una mane, cum modica medulla panis, factis prius alijs purgationibus, & phlebotomia Infecto verò da testam nucis muscatæ plenam cum mica pa nis albi, deglutiendo curat. Ego verò do cū alijs medicinis bezoarticis, & misceo cum ea lectuarijs cordialibus ad dirigendam operationem. Et in hac destillatione, inueni multa bona iuuamenta, Incert.

D E A Q V I S M E T A L L I C I S ,  
& forti.

H

## E V O N Y M I

**A**qua argenti sublimati ad cancrum, ex stirpans cum radicibus, & citò interficit, si super ponatur, ita ut non longa curatione sit opus, nisi quatenus vlcus est, fiat autem ac qua hæc hoc modo. Liquefiat stannum & dum incipit refrigerari & condensari, proiecitur super ipsum de Mercurio tanum, quantum est ipsum stannum, incorporentur, ut fiat totum sicut pasta, & illa pasta super lapidem purum & levigatum ponit, & duci & optimè tritutari debet, & postquam ita factum fuerit, addatur ei de Mercurio sublimato, quantum est ipsa pasta, & iterum temperatur & ponatur super lapidem, & tunc fieri sicut aqua, & hoc per alembicum debet destillari, & quæ inde extrahitur aqua, debet colligi, & seruari ad usum.

Contra omnem scabiem, pustulas, impetriginem, serpiginem, & morpheam, &c. liquor destillatus, ex Theophrasto: Rx enulae campanæ 3 j. axungiae 1. s. argenti viui 3 s. sulfuris 3 ij. destilla per alembicum, & vngue.

Aqua aluminosa ad omnia vulnera, cuiusdam viri nobilis secretum. Rx succi agrimonie, solani, plantaginis ana. 1. s. vini albi 3 iiiij. alumonis crudi 3 iiiij. masticis 3 ij. auripigmenti 3 s. albi minum ouorum numero vj. agitentur fortiter & destillentur. Hac aqua lauanur vulnus bis in die.

Aqua aluminosa nuncupata, cuius in oris & alienum corporis partium, omnibus ulceribus

ribus corrosivis, mira vbiq; locorū facta est experientia. Accipiuntur aut̄ aluminis, succi portulacæ, succi plātaginis expressi, seu v̄uæ omphacinae, & albuminis, seu cādidi ouorum ana partes æquales, & more aquæ cinamomi destillant pharmacopolæ.

Aqua aluminosa alia ex libro Fulgoni. Rx albuminum ovorum numero quindecim, aluminis rochæ, succorum plantaginis, portulacæ, solani, aquæ rosatum, succi agrestæ ana t̄b. ij. misce omnia, & destilla in alembico: perducit ulcera antiqua ad cicatricem.

Experimentum quo se vsum fuisse, quidā retulit chirurgus, ad carcinomata. Lateritio namq; lapidi ignito, aquam infundebat aluminosam, & refrigerato lapide ac pendente, aquam destillatam colligebat, in eaq; linteolum madefactū ulceri imponebat, mirumq; modum carcinoma post dies paucos curatu fuisse retulit, Fuman.

Aqua præstantissima ad maculas oculorum. Rx mellis albi t̄b. ij. antimonij, tutiæ præparatæ, sacchari candi ana 3 iii. aloës optimi 3 s. chelidonij, rutæ, euphrasiæ ana M. s. destillentur in alembico.

Aqua tutiæ præparatæ. Rx aquæ euphrasiæ, aquæ fœniculi, aquæ matrisylue ana t̄b. s. aquæ ros. t̄b. ij. tutiæ præparatæ 3 ij. aloës 3 s. cuperosæ albæ 3 s. camphore 3 j. misce & fieri aqua probatissima, ex Arnoldo, ad maculas oculorum.

## E V O N Y M I

Aqua Marchasitæ, quæ oculorum destruit suffusiones, & confirmatas emollit. Marchasitæ frusta ignita, in oleo communi antiquo pellucido extincta tritaq; destillato, et denuo cum fæce sua terito, destillatoq;.

Aqua ad lepram, aliosque morbos. Aqua stillatitia ad lepram, omnemq; corporis defecationem, oculos mundans, iuuentutem conseruans, & ad alia quam plura efficax, ut experimento conijci potest, limaturæ, seu ramenorum argenti, æris, ferri, plumbi, chalybis, cadmiæ auri, ærcæ, & argenteæ, styracis, de omnibus æquale pondus, macerentur die vna & nocte in vrina pueri non polluti: altero verò die, in vino albo calido, & die tertia, in succo fœniculi, & quarta die, in lacte mulieris masculum lactantis, quem peperit, quinta die in vino rubeo, & sexta in septuplo sui, albuminum ouorum: qua destillata, ad usum reponantur.

Aqua contra lepram, Roris maialis mensuras quinque, sulfuris 1*lb.* j. crystalli 1*lb.* s. camphoræ 3*j.* misce & mitte stare, postea de coquatur leuiter, & rursus quiescant, tum destilla, adde margaritas. Purgat cholera adustam & melancholiæ.

Calx non extincta, cum ouorum albuminibus excepta, superq; marmoreum deducta lapidem ita stillato, ut quod crassius est descendat, & per diem & noctem in loco seruato humido, & denuo destillato, ad faciem de albandam.

Alia

Alia aqua dealbatiua. Rx calcem & incor-  
pora super marmore cum aqua albuminis  
ouorum per alembicum destillatorum: & fac-  
ita spissum, sicut salsa, deinde pone in vri-  
nali in loco humido per diem & noctem, po-  
stea destilletur aqua ex his per alembicum,  
cum suaui igne, & sine fumo, & quod destil-  
latur pone in vase vitro.

Aqua faciem dealbans. Rx albuminis oui,  
boracis petrosi, salis, albuminis rochę, sing. 3 j.  
quodlibet per se tritum, albumini ouorum  
commixtum, destillato, vtitorq;

Aqua fortis hodie magnus est, apud Chy-  
mistas & Aurifabros usus, sed & in medici-  
na quoque, ad nonnullos morbos depellen-  
dos celebratur. Amatus Lusitanus fœliciter  
usus est ea, in magno & maligno faucium vi-  
cere. A principio suffusionis quidam ea cu-  
rantur, adhibita oculis. Chirurgus quidam  
aliquādo in dentem mulieris imposuit, quæ  
inde ferē insaniebat, donec opio adhibito,  
à medico quodam, melius habuit. Ad ulcera,  
fistulas, cancros & porros, dum non fuerint  
inossata, & concava, solummodo madefac-  
iendo cum pluma vel panno lineo ex aqua  
cum qua separatur aurum ab argento. Anti-  
qui ut aurum ab argento separarent, vteban-  
tur atramenti sutorij stillatitio liquore, vt  
nunc quoq; in Asia faciunt illi, qui ab argen-  
to aurum separant. Nostri verò ut aquā for-  
tiorē reddant, & vehementiorem, salē petræ

## EVONYMI

adiiciunt. Bellonius de medic. cadauera seruā tibus. In aquam fortē, si ferrum aut alia aliqua materia proiectatur, statim ebullit, & sursum fertur, & nisi expiraret, vasa dissilirent. Sin aurum in eam inieceris, non æquē intus mescit, resoluit id in arenam, reliqua metalla omnia in liquorem. Argentum ubi in ea fuerit liquatum, immittantur laminæ cū preæ, & argentum his adhærebit, quod postea scopa separatur, ac tandem fusione vniuntur.

Aqua fortis, & vitrioli, salis petræ, fiat aqua per destillationem, in aquam ponas vasa argentea deaurata, & eliquabitur luna, & sol manet integer, postea cola, & si Solem demulcere volueris, appone ad prædictam aquam salis \*. postea verò quodlibet siccā & præpara. Alia.

& aquæ fortis, salis cōmunis & salis ammoniaci parum, destillētur simul, aut si aqua fortis prius fuerit destillata, iam dictæ species destillentur, & vocatur aqua regis, & separat aurum. Aqua fortis verò communis, separat tantum argentum, aurum graduat & illustrat.

Aqua causticatiua in fistulis sine dolore: & etiam valet ad glandulas, scrofulas, & porros, & ad omnes excrescentias in corpore humano, & aufert sine dolore. & olei laterini optimi, masticis electi, gummi arabici, terebinthinae. an. 3 iij. pīsentur pistanda; & omnia simul

mul misceantur, & per alembicum destillentur: quam destillationem misce & incorpora, cum ℥ s. cineris cerri: & iterum distilla per alembicum, & quod fluit, reserua in vase vitro benè clauso.

Aqua mirabilis in fistulis, cum qua scribi possunt literæ aureg in ferro, & cornu arietis abrasum exterius, & incidatur subtiliter, & ponatur ad destillandum in alembico vitro subtiliter, tunc ista aqua quæ exit operatur in ferro calido ipsum deaurando, & mirabiliter valet in fistulis, Bertapalia.

Aqua corrodens loco cauterij, adeo ut etiam corrodat ferrū, & salis nitri, ʒ ii. vitrioli Romani ℥ i. cinnabaris, alias vefur ʒ iiiij. quælibet per se terantur, deinde simul miscantur, & per alembicum destillentur, & hanc aquam collige, Idem.

Ruptorium, quo omnem contingit incidere tumorem, abscessumque absque ferro. Habet autem vitrioli Romani rubefacti ʒ vi. salis, nitri, utriusque ʒ ii. gallarum, salis ammoniaci, singulorum ʒ viij. vitrioli non rubefacti ʒ ii. omnia destillentur alembico, & in vase seruentur vitro. Visus quidem est, ut oliuæ sarmento, lignoue acuto in hac madente aqua, tumor incidatur, qua pariter & porri tolluntur, Fumanellus.

Aqua ad ulcera cacoëthica & quomodo cunctæ maligna & fistulas, Religiosi cuiusdā

## EVONYMI.

apostatae medicamentum, de quo alibi scripsimus, mihi a pluribus iam annis relatum, & experientia comprobatum, omnem detersgens putredinem, & ad sanitatem reducens, quod habet chalcitidis, seu vitrioli Romani.  $\text{H. } \frac{1}{2}$ . salis nitri tantundem, aquae quod sufficit, coquatur simul cum modico argentii viui. Accipito autem aquae huius clarificatae.  $\text{H. ij.}$  argenti viui  $\text{H. j.}$  & omnia cōmixta alebico destillato, & peracta destillatione, vitreā bociam frāgito, & quod intus est veluti fæx conterito, & de novo cū prædicta destillato aqua ter quatārue, quæ nanq; antiqua sunt vlcera, puluis sanat, pariter & injecta aqua. Idem.


Alia aqua fistulas delēs & porros. Rx olei ex lateribus  $\text{H. v.}$  calcis non extincte recentis  $\text{z iij.}$  arsenici puri  $\text{z ij.}$  euphorbij.  $\text{z j.}$  omnia a lembico destillentur. Idem.

Alia potentior ad fistulas delendas, verrucasq; seu porros, Rx olei de lateribus  $\text{H. s.}$  calcis non extinctæ,  $\text{z iiiij.}$  ammoniaci puri tantundem, euphorbij  $\text{z s.}$  omnia cum olco mixta, alembico destillētur & stillatitius liquor ad usum seruetur. Idem.

Rx tartari albi, salis nitri ana, pulueris entur subtiliter super lapidem purificatum, postea fiat fouea in medio pulueris & impone carbonem ardente, & oleum quod inde fluit serua, & loca morpheatica cum eo inungas, & sanabuntur.

Aqua fortis (a Gallo empirico) Rx salis ni tri,

tri, vitrioli ana ℥. ij. aluminis vsti ʒ viij. omnia subtilissimè terantur, postea ponantur in eucurbiam vitream benè lutatam, hoc modo, da sibi ignem, per horas decem semper augendo.



Aqua fortis, & auripigmenti, floris æris ana ʒ ij. vitrioli Romani ℥. jf. salis nitri ℥. ij. aluminis ℥. iiiij. omnia puluerisentur, & fiat secundum artem destillatio.

Aqua fortis ad fistulam antiquam, & profundatam etiam in osse, mirabilis, ex lib. manuscripto vetustissimo. Ex salis ammoniaci, vitrioli, auripigmenti rubei & citrini, viridis æris ana ʒ ij. vel plus, vel minus, pro tua voluntate, ponantur in alembico vitro benè lutato, & fiat latus ignis, augendo donec alembicum fiat rubrum, destillatum seruetur in vase vitro benè obturato, quia aliter exhalaret. Tantæ enim virtutis est aqua ista, quod ossa penetrat, & ideo in concauo fistule

H 5

## EVONYMI

ponatur una gutta modica: statim cauterizat, sicut ignis. Postea remoueatur arsura cum albumine ouii, aut butyro, tunc adhibeatur cautela in generatione carnis.

Alia, & salis petræ, vitrioli Romani ana  
tib. ij. aluminis calcinati tib. s. puluerisentur  
hæc omnia, & ponantur in cucurbita & de-  
stillentur. Dealbat hæc aqua dentes nigros,  
si cum penna anserum, guttulam tantum ap-  
posueris dentibus, quos pura aqua fontana  
postea laua & ablue.

Species aquæ fortis ad vermes (verrucas)  
& tubercula & salis ammoniaci, vitrioli Ro-  
mani, æruginis ana ʒ ij. aluminis saccharini,  
calcis viuæ ana ʒ s. mixta destillentur.

Alia aqua mirabilis in fistulis, & dissol-  
tiens margaritas, & aurum in folijs. & salis  
ammoniaci tib. s. salis nitri ʒ iiiij taccari ʒ ij. sa-  
lis comuni ʒ s. omnia puluerizetur & destil-  
lentur per alembicum, in vase vitro seruetur.

Aqua quæ tingit equos, canes, pannos vel  
pennas in viridi colore. & cuperosæ tib. j.  
& smerilijs tib. s. subtiliter puluerizati, & per  
alembicum destillato, & quod fluit reserua  
in ampulla vitri bene clausa.

Ad tollendum cancrum, secretum magi-  
stri Francisci: & distillationem per alembi-  
cum argenti viui, argenti sublimati, vitrioli  
Romani, & utere.

Aqua fortis conueniens moro, Bertapal.  
cap. 16. de apostematibus. & vitrioli Roma-

ni.

ni, aluminis rochæ, salis ammoniaci, salis gemmæ, iiiij. iii. ii. & j. hæc sunt pondera secundum ordinem, & fiat destillatio ad alembicum vitreum aptatum cum luto sapientiæ & cum stercore bouis, & paleis mixtis, sicut faciunt dominæ, quando imboccant canistros. Ista aqua mirabilis est, & tangendo morum, destruit ipsum & omnem aliam carnem additam, & ista vocatur aqua fortis, & aurifices vel fabri dividūt aurum ab argento cum hac aqua.

Aqua fortis valens in fistulis, & est multæ virtutis & potentiae in ulceribus. Et salis nitri, vitrioli Romani, aluminis rochæ ana Hs. j. quælibet per se teratur subtiliter, & simul incorpora, & pone in alembico, fac lendum ignem, & accipe primâ aquam per se, donec rubescat alembicum, tunc remoue aquam illam, & collige aliam per se, quia prima nihil valet: & auge ignem donec incipiat rubescere, & tunc reduc cineres qui sunt in vase usque ad collum, & fac ignem fortem, donec rubeat alembicum, & cessabit fumus ille rubeus qui apparebit in vase vitro, & sigilla bene cum cera, & serua supradictâ aquam. Infrigato furno, in fundo vasis inuenies massam rubeam, quam serua. Aqua dicta, est fortior aqua mundi, & habet mirabiles operaciones in se. Nam hæc aqua soluit, corrodit carnem, & redigit omnia mundi in puluerem & aquam: sicut lapides & metalla. Si

## EVONYMI

calefiat, emitit fumum rubicundissimum & fortē. Hæc aqua si tangit per se carnem vel vestem, tingit eam colorē croceo, qui nunquam deleri potest: in carne durat color pluribus diebus, si laueris maculam cum lixiūio, fit valde rubeus color. Item si posueris paululū bonæ lung, hoc est argenti, in aqua ista, tingit colore nigro, qui deleri nō potest. Item si posueris aliquid Mercurij, hoc est, argenti viui, ita quod liquefiat, fit fortior igne. Nam si tangit carnem, cauterizat ad modum ferri igniti, & non sentitur: & est optima ad faciendum cauteria: mortificat omnes fistulas, & cancras & carbunculos, humores prauos & venenosos. Item si apponatur ferrum in dicta aqua, statim calefit, & bullit abs que igne, & facit de ferro aquam rubeam, per intromissionem ferri. Et si extraxeris aquam per Alembicum remanebit ferrum in fundo vasis, & erit puluis rubicundissimus, qui dicitur, crocus Martis. Item si in prædicta aqua posueris Venerem, bullit: & fit de ea, aqua viridis. Et si extraxeris aquam per Alembicū, remanebit Venus in fundo vasis puluis nigerrimus, qui est calx veneris. Nota quod si posueris in dicta aqua saturnū, facit aquam claram, & si extraxeris, remanebit sal albū, & amarus. Item si posueris in ea Iouem, faciet de eo pastam sicut butyrum: & si desiceaueris fiet puluis albus. Item si posueris in ea Mercurium, faciet de eo aquam claram: &

si di-

si dimiseris residere aquam Mercurij, cadet ad fundum ad formā glaciei : & si desiccaueris remanebit sal albus , sicut cera fortissimus. Et si volueris recuperare argentum tuum quando est in aqua , pone in illa aqua Mercurium crudum , & statim bona luna intrabit in mercurio , tunc vacua aquam, & accipe mixtionem & pone in pelle capreoli & comprime optimè , exibit Mercurius, quod vero remanebit in corio , pone in cubiculo ad fundendum : & inuenies bonam lunam. Item si posueris in ea solem , fit aqua crocea , & si siccaueris , fit sal aureus amarus ut terra , valet in desiccando fistulas. Item si dissolueris in dicta aqua partem vnam de bona luna, & tantum de Mercurio , & tantum de argento sublimato albo , & quartam partem vnius istorum de tutia Alexandrina , & extraxeris aquam per alembicum, remanebunt omnia ista in fundo vasis, ad formam lapidis : de quo lapide pone partem vnam supra quatuor partes aeris & fieri album, sicut argentum de xxij. solidis pro vncia, cum quod si posueris de bono argento, pulchra possunt fieri ornamenta. Item si posueris vel feceris fieri vas parua , vel annulos, vel alia facta de auro & medietate argenti , & si postea accepteris, panem rubeum, qui remansit in fundo vasis aquæ supradictæ & puluerizabis, facies mirabilia.

Aqua alia ad fistulas, porros, verrucas, &c

## EVONYMI

callos tollendos. Rx cuperosæ, id est, salis nitri, vitrioli Romani, calcis viuæ recentis ana partes æquales, terantur & destilla per alembicum. Prima aqua exiens est alba, valet ad lentigines, & non ad porros: altera rubea, quæ valet ad porros & verrucas, & ad omnia quæ supra dixi.

Aut. Rx calcis viuæ recentis 3 iiiij. arsenici 3 iiiij. euphorbij 3 i. tere & cum olei laterini 1*lb.* s. misce & destilla, serua ad porros & verrucas.

Alia Rx salis nitri 3 iiiij. vitrioli Romani 1*lb.* j. cinnabaris 3 iiij. tere, destilla per alembicū, & serua pro deauratione Martis.

Alia. Rx salis nitri, vitrioli Romani, salis ammoniaci, viridis æris, auripigmenti, calcis viuæ recentis, aluminis, salis alkali, tere, destilla, & ex eo madefac Martem, vel tenendo in madefactione, & corrodetur.

Aqua dissoluens solem. Rx salis petræ, vitrioli, gypsi, aluminis iameni ana quart. xij. cinnabaris 3 ij. aquæ salis \* 3 iiiij. pone in alembico & exhibit aqua prima dulcis, secunda & ultima est rubicunda & bona.

Vt autum ab metallo soluatur, Rx olei tartari partes ij. sulfuris partem j. & destilla, vngue metallum vel ferrum, postea igneat, & projiciatur in aqua frigida, & aurum forma arenularum cadet in fundum.

Aqua fortis separans solem à luna. Rx salis \* partem unam, vitrioli partem j. salis nitri partem

partem medianam, viridis Græci partem quartam vnius partis, hoc imbibet aceto fortissimo, in modum pastæ, & exicca, postea sublima aquam.

Alia operatio melior, quæ separat lunam ad unam partem & solem ad aliam, ad modum massæ: Rx regularum 3j. salis communis vsti 3 s. æris vsti, viridis æris ana 3 s. puluerisentur s. mul, postea pone materiam quamvis separare in istum puluerem in testa, & tegere eam cum alia, & cū dissoluitur, separatur unum ab alio.

Aqua & oleum ē sale ammoniaco. Rx sex vel decem oua decoctione indurata, aperiantur parte acuminata, & vitellum extirhe, vacuū verò spaciū cui repleas sale ammoniaco puluerisato. Ponātur in vas arena repletum, cuā modicū aquæ sit affusum, & mane in cortice aquā reperties, quam serua, postridie, rursus eodem modo aquam evacua, usq; totū sit resolutum. Sin oleum eius habere volueris, aquā per alembicū separa, et remanebit oleum, quod serua. Vsus eius præcipuus ad fixandū, & alia multa Alchymica opera. Marcell.

Aqua mollificans omnia metalla, vitrum, chalybem, electrum, Rx salem ammoniacum, & salem nitri cum tartaro ana, bulliant (an in liquore aliquo?) cu m pani igne, & mollificat omne metallum intus projectum.

Sal nitri & tartarū æqualiter sumpta, emolliunt metalla secundum aliquos.

## EVONYMI

Aqua fortis, & salis nitri, salis ana, fac aquam ad solem, Si solem & lunam in aqua separare volueris, & salis nitri ℥. i. alumina vsti & exiccati ℥. ij. destilla per alembicum, & in aquam pone laminas tenues foliatas super prunas, tunc bulliet, & cum bullire desinit, depone, & aquam infrigidatam moue & turbescet, tunc subtiliter effunde aquam in aliud vitrum, & videbis aurum nigrum in fundo residere: tunc & aquam modicam fontis, affundendo Soli, & laua, & aquam funde tū ad priorem aquam, tunc Solem in tegula super prunas pone & siccato: postea & modi salis nitri & sole cum ipso demulce (schmelz) & funde tunc in formam. Cum autē lunam habere volueris, & aquam effusam & destilla per alembicum, & manebit luna in vitro, quam tunc effunde, sicut de auro dictum est: tunc abluta prima aqua, posset fæcibus apponi, si plus de luna in puluere nigro foret, quod tunc etiam dissoluetur, & postea effunde iterum, & affunde aquam fontis, & laua ut prius. Lunam autem ultimo siccata poteris ponere in crucibulum, cum medio suo nitri obstruendo, & superiorius mittendo paruum foramen, sufflando ignem & habetur depurata.

Aqua Philosophorum, è scheda, lingua Gallica manuscripta. & vitrioli Romani ℥. i. salis nitri ℥. ii. cinnabaris ʒ. iii. pistentur subtilissimè, misceantur, destillenturque in alembico,

álembico, qui ponendus in olla è terra facta. Postea sumatur cinis cribellatus, & vas ter-  
reum impleatur usq; quo materiam in alembico contentā, penitus comprehendat. Excitetur deinde ignis lucidus & lentus subtus,  
& poste aquam cōperit destillare, colligatur  
aqua. Prima aqua destillans, tum perfecta di-  
cetur, cūm collum alembici parte superiorē  
flauū comparuerit, atq; tum secunda à prio-  
re erit separāda, & singulæ seorsim seruandæ.  
Virtutes huius aquæ multæ sunt. Deaurātur  
hac aqua calices, galeæ armorū, gladij, cultri,  
& similes res : scribendo literas, pingendo  
folia, aut alia ornamēta, hoc modo proceden-  
do. Primo vernice obducatur res deauranda,  
quæ postea iuxta ignē exiccketur. Deinde cūm  
stylo acuto ligneo è duro ligno, pingatur aut  
scribatur, quodcunq; placuerit. Demū aqua  
prædicta, madefiat locus depictus aut scrip-  
tus, ibiq; aliquandiū relinquatur, postea  
igni lēto admoueatur, paulò post valido: vbi  
benè incaluerit, detergatur panno lineo aspe-  
ro, & mundetur à vernice. Si aurichalcum  
dealbare volueris, bulliat in aqua hac, & ar-  
gentum videbitur. Si in aliquo vis curare por-  
tos, lentigines, aut carnē supex crescentē au-  
ferre, in quocunq; loco fuerit, aperiatur locus  
acu, & modicū aquæ immittē, & subito tol-  
letur. Sin fistulas, apostemata, cum tēta aqua  
imponatur, dissecabit fistulas, radicesq; earū  
aufert biduo, malam carnē auferendo, resti-

## E V O N Y M I

euendo bonam. Sin apostema sine ferro ap-  
riendum, sumatur cera alba & fiat ex ea em-  
plastrum in medio perforatum, & loco affe-  
cto imponatur, foramini postea aquæ præ-  
dictæ modicum indatur, & aperietur. Molli-  
ficat corallia: sumenda autem vna harū aqua-  
rum, vel ambæ simul, cui corallia imponan-  
tur, & post eius mollificationem, elaborabis,  
aut formabis ad libitum, ac tandem redibit  
ad suam naturam. Pota ab animali, interficit,  
Vinum, cui admiscetur, corruptitur, vbi re-  
parare voles, adde rorismarinum. Sed alias  
quoq; habet, non manifestandas facultates,  
propter impostorum & circulatorum ne-  
quitiam, qui eiusmodi aqua in hominis per-  
niciem abuti possent.

Aqua regalis dicta, ad multa utileissima. Rx  
sulphuris flavi, aluminis rochæ, salis gemmæ,  
ana ℥.ij. borraginis, masticis, ana ʒ ij. cōtun-  
dantur in mortario, & cōmisce in bocia cum  
capitello et recipiente, destilla secundū artem,  
in fine fortissimo igne omnē humiditatē ex-  
trahendo: quæ destillat aqua, alba est & turbi-  
da, quæ coletur per pannū subtile, & in am-  
pulla vitrea seruetur, adiungēdo musci soluti-  
carat. j. aquæ rosaceæ ʒ s. & vbi aliquantulū  
quieuerit, aqua fiet clara et odoratissima. Do-  
lorē aufert vulnerū, si vulnus ea madefiat. Ad  
dolorē dentiū, & gingiuarū corruptionē, &  
omnes morbos oris internos valet, tenendo  
huius parum in ore aliquādiu, ac postea ex-  
puendo,

puendo, quia mirabiliter sanat. Dentes dealbat, cum lineo panno eadē madefacto et affricato. Februm paroxysmos tollit, dando 3 s. cum brodio per os, mirabiliter certe iuuat.

Aqua preiosa ad oculos ex vitriolo. Rx vitriolum, & in cucurbita per destillationem aquam eius extrahe, in arena. Vitriolo calcinari nihil opus st, nec debet. Aliter.

Rx ouum recens & decoque ad indurationem, detrahe ei corticē, & in partes duas per mediū scinde. Ablato verò vitello, substitue vitriolum album magnitudine pisī, & vertetur in aquam, exprime per pannum in vittū, & serua ad oculos, est enim valde bona.

Aqua mirabilis, infallibiliter oculorū maculas delēs, & oculos clarificans, super omnia iuuentutem conseruat, & omnē maculam faciei delet: sed & guttæ rosaceæ, & lepræ non verè valet. Rx limaturam argenti, stanni, æris, chalybis, plumbi, auri, cachimiæ argenti & auri secundum diuitias & paupertatem ana, ponantur per diem & noctem in urina pueri virginis calida. Secundo die in vino albo calido. Tertio die in succo fœniculi, verbenæ & chelidonie. Quarto in albumine ouorum. Quinto in lacte mulieris puerum lactantis. Sexto in vino rubeo. Septimo in septem albuminibus ouorum, & hoc totum ponatur in vase in quo destillatur aqua ros. ad lentum ignem, & quantum destillauerit, reserua in vase aureo, argenteo vel vitro bene obturato,

## EVONYMI

ne respirare possit. Ex ipsa aqua oculis immittit ij. vel iij. guttas mane & sero lauando prius oculos, &c. Arnold. de Villa noua.

Aqua metallorum experta, ad omnem lepram, scabiem, fistulā, morpheam, serpiginē impitiginē & cancrum, & confortationē omnium membrorū corporis: & omnem morbum contagiosum paliat, & interficit omnem morbum solutionis continuæ. Et limatur ferri, chalybis, auri, argenti, gris, stanni, plumbi ana, myrrhe, aloës ana quantum de omnibus, terantur omnia simul & misce, & ponantur omnia in olla vitreata vel alchymica, quæ vas destillationis supra se habeat, & super ignem fornacis apponatur, & aquam quæ per alembicum destillat, in vase vitro collige, & usui reserua, quoniam est mirabilis ad omnia supradicta, ex eodem.

Aqua benedicta destillata cōtra podagrā. Et vitrioli Romani ℥. iiij. mellis destillati ℥. iij. destilla sicut scis, postea adde tertiam partem aquæ vitae rectificatæ, fiat mixtura, & usui serua, & cum penna columbina alba fiat inunctio, ut scis.

Aqua probata ad limositatem, & secundum colorem dentium, ex Guidone. Et salis ammoniaci, salis gemmei ana ℥. f. aluminis zuccharini quar. j. puluerisentur, & ponantur in alembico vitro, & fiat aqua de quæ dentes cum petia de scarlato fricentur.

Aqua flauos reddens capillos. Cineris ceri ℥. j.

ri ℥. j. aquæ fontis ℥. vj. diu concoctis, ad-  
dantur vitrioli Romani ʒ ij. & diebus tri-  
bus sub dio expositis vtitor.

Alia. Salis gemmæ, squammæ, seu batitu-  
ræ æris, alcannæ, partes æquas, omnia tria  
alembico destillato.

Alia. Salis gemmæ ℥. j. vitrioli Romani  
℥. s. salis nitri ʒ iiiij. radicum chelidonij vi-  
tidium, ad omnium pondus, ex contusis, &  
eritis, alembico aquam eximoto, quæ primo  
exit, abiçito, quæ secundo, capillos colorat,  
prius lotos & feruenti sole siccator.

Puluis per sublimationem factus fortissi-  
mus ad corrodendum & mortificandum car-  
nem mortuam, Lanfranc. in Antidotario.  
Et limaturæ ferri, vitrioli, aluminis iameni,  
antimonij ana ʒ ij. salis ammoniaci, arsenici,  
citrini, sulfuris viui, floris æris ana ʒ j. & s.  
calcis viuae ℥. s. hæc omnia terantur, & ad-  
datur ʒ j. argenti viui cum saliuâ extinti,  
temperetur cum aceto, vel aqua maris, vel  
lixiuio forti, quod erit melius, si erit de cines-  
ribus fabarum, & fiant inde trochisci & sic-  
centur, siccati ponantur in aludel, & subli-  
mentur. Modus autem sublimationis est ta-  
lis. Habeatur vas vitreum grossum, quod ab  
igne findi non possit, vel sit terreum interius  
uitreatum, & habeat operculum ita artifica-  
liter ei coniunctū, quod una pars operculi in-  
tret vas, quod erit inferius, & arctè sibi con-  
iungat, ne possit inde aliquid exhalare, &

## EVONYMI


cum hoc lutetur, luto sapientiae vel gypso.  
Puluis sublimandus ponatur in fundo vasis,  
& operiatur operculo, & orificia fortiter ob-  
turretur, & ponatur in furnello, in quo fiat  
ignis latus vel leuis per dimidiū diem, po-  
stea vas auferatur ab igne, & dimitte in frigi-  
dari, quo infrigidato, discooperiatur, et quod  
remansit in fundo inferius, abiiciatur. Quod  
verò operculo adhæret, remoueatur & serue-  
tur in frustis. Cum verò opus fuerit, operare  
cum eo cum cautela, quoniam comburit ut  
ignis, & putrefacit & corrumpit locum cui  
apponitur.

## DE MERCURIO PRÆCIP- TATO, PAUCA QUÆDAM, AQUÆ FORTI SUBNECTENDA.

**M**ercurius præcipitatus hoc modo fit.  
Et aquæ fortis t. s. j. Mercurij crudis  
iiij. dissoluatur in aqua, postea in arena euas  
poret aqua, aut destillatione separa fortiter,  
ut rubescat & exiccatur, teratur deinde in  
porphyrio, & affunde ei aquam vitæ destil-  
latam quinques vel septies, aceende etiam  
et sine ut consumatur. Postea rectificetur aqua  
rosacea optimè permiscendo, ac tandem per  
filtrum, aquam rosaceam separa, & relinque  
ut exiccatur. Tum rursus de aqua vitæ ut  
prius affunde, & accende ut exiccatur, idque  
tertia vice repetatur, & habebis quod voles.  
Tantum autem de aqua vitæ est affunden-  
dum,

dum, quantum ad cooperiendum solum sat-  
is sit, non ut multum excedat.

Mercurius precipitatus à Gallo empirico.  
Et argenti viui ℥. i. aquæ fortis ℥. quindecim,  
omnia simul ponantur in cucurbitam  
vitream bene lutatam, & destilla more aquæ  
fortis ut supra dictum est, semper augendo  
ignem.



DE MERCURIO PRAE CIP-  
tato, qui est remedium contra omnes  
infirmitates, causatas ex hu-  
morum putredine.

**R**Ecipe partes æquales vitrioli Romani,  
& salis nitri, & ex eis fac aquam cum ca-  
pello & recipiente, in quo recipiente pone  
sextam partem ponderis de Mercurio crudo,  
hoc est. Si vitrioli & salis nitri sint tres libræ,  
pone vij. ȝ Mercurij, postea permitte ut aqua  
cum suis spiritibus descendat in recipientem.  
Postea omnia quæ sunt in recipiente, euacua

I 4

## EVONYMI


in bociam mundam & lutatā : sub qua pone  
capellum cum recipiente, & iterum fac destil-  
lare, & cum aqua erit in recipiente, iterū po-  
ne in bocia in qua remansit Mercurius , &  
hoc reiterabis usq; ad Mercurij rubificatio-  
nem, & rubefacto Mercurio, accipe ipsum, &  
abluē in aquis cordialibus , ut borraginis &  
melisse & huiusmodi, sed primo abluē ipsum  
multoties in aqua fontis, vel putei destillata,  
quem Mercurium dabis ægrotis ad come-  
dendum isto modo.

Si corpus fuerit robustissimum, da x. gr.  
Si mediocre, da viii. Si debile, iiii. Si puerile,  
fac tu considerationem bonam. Sed aduerte  
quod miscere eū debes cum theriaca , postea  
dabis infirmo venenato, & hydropico, & pe-  
stilenti, vel alia infirmitate detento. Et plus,  
si sanus annuatim, vel triennio, ut opus fue-  
rit, hoc præcipitato vtetur, cum prudenti hu-  
morum digestione , hoc est præparatione  
purgationis, non infirmabitur.

*Puge*  
Nota quod loco Mercurij potes vti amal-  
gama, facto ex sex partibus arg. viui, & ex  
vna parte auri, & sic facies majora mirabilia.  
Et aduerte quod potes curare vulnera cum  
primo vel secundo præcipitato, quo vtere sic.  
Pone de ipso circa vulnera & intus. Lauda  
qui fecit totum, quia hoc est magnū secretū.  
Et scias quod in 4. destillationib. hoc facies,  
quo facto, pone in bocia munda in igne , ut  
spiritus quantum potest recedant, deinde fac  
vt supra.

Modus

Modus conficiendi pulueris rubei, id est, præcipitati, siue argenti viui calcinati, ex Mariano. Et aquæ, qua argentarij separant aurum ab argento 3 vj. argenti viui 3 iiiij. misceantur simul in alembico vitro, quod bene illutabis. Habet enim alembicū bociam, quæ illutanda est, (in qua ponuntur elambicada) & capellum & recipientem, cuius forma talis est.



Sed A. id est, bocia est illutanda. Punctus dicitur capellum. B. recipiens. Sic ordinato alembicum. In fornace, A. vndiq; argilla premunitum, ponito, & destilla igne (qui paulatim augeatur) temperato, donec tota defluxerit aqua: inde frangas phialam, &c. Aqua vero, quæ separat aurum ab argento, fit hoc modo. Et salis nitri, aluminis rochæ, ana 15. ij. misceantur in mortario molendo cum pistillo tam diu donec bene misceantur. Quo facto, puluis grosso modo factus, ponatur in bocia, quæ illius pulueris capax sit, & illutata. Verumetiam orificia omnia illutabis, ne aqua exhalet, sicque destillando aquam extrahes, qua recte uti poteris. Signum autem suæ bonitatis est, quod quando de ipsa parum in terram ceciderit, statim ipsam ebullire videoas. Sic habes modum pulueris & aquæ conficiendæ, quæ est

aqua separationis.

## EVONYMI

tantæ virtutis, quantum nemo existimabit.  
Hic puluis, intra corpus sumendus, præpara-  
tur etiā à Matthæolo: sumit autem aquæ for-  
tis partes quatuor, Mercurij partem j s. & nō  
cum capello, sed in retorta parat, &c.

mèrcuri⁹  
sublim.

Mercurius sublimatus à Gallo empirico.  
Recipe argenti viui. ℥. j. extingue in acero  
forti, vitrioli exiccati & puri ℥. iij. salis com-  
munis albissimi ℥. iiij. postea ponatur in cu-  
cubitam vitream bene lutatam, cum suo re-  
cipiente, ut supra, lutata iunctura, & da sibi  
ignem per horas sex, semper augendo, fran-  
ge postea cucubitam & habebis optimum  
sublimatum.

mercuri,  
plumbi.

Argentum viuum è plumbo ita extrahi-  
tur ab eodem. Ex plumbi minutissimè incisi  
℥. x. salis nitri, tartari calcinati ana ʒ. xii.  
simul ponantur in vas terreum deuitrea-  
tum, postea dissolvantur in aqua vitæ, collo-  
centur in calidore loco totius hypocausti,  
per quatuor vel sex dies, & habebis ℥. viij.  
argenti viui.

Mercurius crudus, in aquam fortem inij-  
citur, sic totum illud redigitur ad formâ olei  
ferè, hoc curantur polypi, caro putrida, &c.  
quod si autem malum interius in ore fuerit,  
præstat vnguentum Aegyptiacum.

Præcipitati cum auro, hic vtendi modus  
est, & hæc dosis, ex literis ad Ges. Dedi aliquo  
ties huius pulueris grana hordei quatuor,  
cum conserua rosacea, hora quarta vespertina  
na, ita

ma, ita ut nihil assumeretur in crastinum usq;  
de cibo. Usus huius in affectu durante bien-  
nium, triennium aut amplius, fœliciter se mon-  
strat. Quibus autem affectibus conferre vis-  
deatur, hoc meum est iudicium, quod ~~volu-~~  
~~sop~~ sit.

## DE OLEIS.

1. DE OLEIS IN GENERE.
2. DE BALSAMELAEIS, ET OLEIS  
COMPOSITIS.
3. DE OLEIS E PLANTIS, LIGNIS,  
AROMATIBVS, RESINIS, &c.
4. DE OLEIS EX ANIMALIBVS.
5. DE OLEIS EX METALLICIS.

DE OLEIS QUÆ DAM  
in genere.

**N**ON minus humana natura, ad  
sui conseruationem oleis indiget,  
quam aquis. Quum etenim eorum  
quæ possidemus, quædam sanis  
tantum ad conseruandam nimirum corpo-  
ris valetudinem maximè conducat, ut ea qui  
bus alimur, vestimur, calceamur, & in qui-  
bus habitamus, quædam verò ægrotatibus:  
alia verò sint eiusmodi, quæ utrisque ex usu  
sint, benè videlicet valentibus & ægrotan-  
tibus: oleum ipsum, Galeno etiam teste, est  
eiusmodi, quod tum sanis, tum ægris ex æ-  
quo, & intra corporis exhibendo, & forinse-  
cus adhibendo, utile est. Nam inter ea medi-  
camenta, quæ externis partibus admouetur,

## E V O N Y M I

non infimum locum tenent olea, tum sim-  
plicia, tum composita. Et horum quidem v-  
sas est frequentissimus, ita ut illis solis vta-  
mur aliquando, saepius autem ad vnguentor-  
um, ceratorum, emplastrorum etiam confe-  
ctionem usurpemus. Sunt autem olea & vnguen-  
ta, non tantum consistentia, sed etiam  
viribus tam propinqua, ut saepe olea vocen-  
tur vnguenta à Dioscoride, quale est vnguen-  
tum nardinum, mastichinum, & consimilia,  
quæ olea potius quam vnguenta dixeris. Ca-  
terū oleorum multiplicia sunt genera. Oleū  
enim simpliciter & propriissime Galeno di-  
citur, quod ex maturis oliuis est expressum,  
omnis ferè excedentis qualitatis expers. Ob  
id non solum ad multorum medicamentorum  
compositionem utilissimum, quod eoru qui  
bus permiscetur facultates facile suscipiat,  
sed etiam per se ac solum intra corpus, ad quo  
rundā morborum curationem exhibeat.  
Nonnunquam ex immaturis oliuis exprimi-  
tur, quod Omphacinum appellant, & ὄμφατις  
fir, refrigerandi & astringendi facultate præ-  
ditum, quod iam aliorum medicamentorum  
materia, ut dulce, esse non potest. Hæc duo  
olea, propriè & verè sunt olea nuncupata.  
Reliqua verò, de quibus hoc libro institui-  
mus sermonem (oleum enim hic nobis dici-  
tur, quicunq; succus oleaginus & pinguis) p  
quandam similitudinem olea dicuntur: qua-  
les sunt succi oleaginosi & fluxiles, expressi,  
destili-

destillati, aut quocunque alio modo facti ex fructibus, seminibus tritis, ut amygdalis, nucibus auellanis, nuce Indica, balano myrepsi ca, semine sinapi, lini, ricini, & similibus.

Fiunt autem huiusmodi olea multis modis: quædam enim expressione, alia verò im pressione, ut vocat Mesue, quando nimis simplicia medicamenta in oleo communi in cocta, macerata, insolata, suas vires in oleo re linquunt. Quædam verò fiunt resolutione Chymistica, ut cum id quod oleosum in singulis partibus, per destillationem resoluitur vi ignis. Et hæc quidem olea vehementissima sunt in agendo, & tenuissima. Potest autē ignis beneficio, fermè ex omnibus oleis quid elici, ex alijs tamen largiori, ex alijs pauciori copia: quib⁹ hoc est peculiare inter reliqua, qđ essentiæ tenuitate admirabili, quā ab igne acceperunt, celerrimè in partes profundas penetrant, & vires suas citissimè exerunt, qualia sunt olea, quæ Alchymistis ex sulfure, vitriolo, lateribus & consimilibus educuntur. Habent enim hæc omnia vires maiores, quam illa, à quibus extrahuntur.

Eliciuntur autem hæc olea per destillationem, in arena potissimum, ita ut tusa aromata, aut semina, iniijciantur trita in cucurbitam vitream luto intectam optimè: vna au tem vice, ad 3 iii. iniijciantur, secundum capacitatem cucurbitæ, infundantur deinde circiter ℥. vij. aquæ clarissimæ, ac misceto dili

## E V O N Y M I

genter. Pone deinde cucurbitam in capellam aptam fornaci, & arena imple, ut non attingat fundum, sed intersit arena. Cucurbita impone alembicum vitreum, cuius rostrum desinat in stanneam vel ferream fistulam, (stanno) intus & foris illitam. Ea fistula transeat in obliquum per vas, quod habet in se aquam frigidam, ut inter destillandum vapor egrediens cum oleo, refrigeretur, clauderuntur accuratè, madefacto papyro vel linteo, & suppone exceptorium. Postea accende ignem lentum, & vide ne nimium surgat, & ebulliat in alembicū, quod in cucurbita continetur. Semina enim quædā ut anisum, propter raritatem substantiæ suæ, simulq; viscosum quod habent, largiter ebulliunt, ideo statim alembicum imponere debemus: sed postea quā bullas excitari videris, & vaporē sursum ferri: depone alembicum, & immisso baccillo agita, ita resoluetur invaporē spuma quæ postea mediocri igne moderari, cōpisci & exiccari potest. Quo facto impone rursus alembicum, & circumlutato satis ac destilla sine cessatione, donec conieceris nullum amplius intus contineri oleum: quod visu & gustu statim percipies: nam cum gustu destillantes guttæ, non amplius resipiant iniecti aromatis saporem, desistendum est, ne aroma fundo cucurbitæ inhæreat, & exuratur. Deinde segregā contentum in destillata aqua oleum, optimè, ut inferius dicetur. Porrò nō tandem

tandum est, quædam ex his oleis, aquæ innatate, quædam fundum petere. Innatant peris nigri, & recentis cardamomi, & anisi: fundum petunt, cinnamomi, macis, & caryo phyllorum, &c. Aqua cinnamomi & anisi cum destillantur, lacteum habet colorem, & lacteum hoc paulatim in oleum conuertitur. Hactenus Cordus.

Rursus est intelligendum, duo præcipue in extrahendis oleis requiri: primum, ut materia copiosa aqua perfundatur, ut ea tanquam vehiculo ad superiora feratur, minusque aduratur, aut consumatur. Deinde ut vel capitelum, vel tubus, vel nasus, continuè aqua frigidissima, refrigeretur. Quæ duo hunc usum præstant, ne olei spiritus, qui subtilissimi & calidissimi sunt, quiq; quamprimum capitellum inflammant, reprimantur & in oleum abeant.

DE OLEORVM DESTILLATIO  
ne per vesicam vocatum instru-  
mentum.



**P**rimo fiat vas  
figulinū, cras-  
titudine digiti, ut  
firmius sit, ouali  
figura, oui supra  
medium paulo se-  
eti, hoc modo. cas-  
pax pro arbitrio:

## EVONYMI

sed quoniam pro duabus libris specierum,  
H. aquæ xx. ponit debent (& vas æneum re-  
plendum est ita, ut tertia pars vel paulò mi-  
nus sit vacua) prout hac quantitate, quæ me-  
diocris videtur, plus minùsue destillare vo-  
lueris, vasis figulini magnitudinem facito: in  
cuius fundo arena ponatur ad duos digitos  
vel vnum, & circumquaq; pro oleis ex aro-  
matibus ac seminibus: pro herbis verò non  
opus est.

2. Parato vase ex terra electa, purgata, opti-  
meq; subacta, siccata, &c. ut solent figuli (vix  
autem ante tres septimanas fiet) pro eius cir-  
cumferentia fornacem extrues ex lateribus,  
(nam figulinum dum assatur, contrahitur  
multum, proinde id prius est faciendum) ba-  
sim altam habentem: foramine sit rotundo,  
cum craticula, supra quam per dimidiū pe-  
dem sint duæ virgæ ferreæ transuersæ paru-  
distantes, quibus imponatur figulinum, &  
fornax supra fundum figulini, hoc est, supra  
virgas ferreas emineat, pedem vnum, cum di-  
midio, paulò minus.

3. Figulino impone vas æreum amplum,  
pro quantitate aquæ: (nempe pro H. ii. spe-  
cierum, ponantur aquæ fontanæ H. xx.) ita  
ut vndiquaq; sesqui digiti vacuitas sit replen-  
da arena. Hoc vas cum capitello dimidio pe-  
de eminebit forte.

4. Capitellum esto rotundum supra, non  
acuminatum, ut vapor non recidat deorsum:

neq;

neq; aqua capitellum refrigeretur, neq; limbum habeat ullum. Sic vapor omnis mox in canalem abibit. Si capitellum refrigeretur, animis citò densantur vapores, & recidūt etiam vel etiam aliter improbat hoc, in oleis hoc modo destillandis. Dispiciendum autem quæ naso curuitas esse debeat, pro situ & spacio loci, ut canalis ei commissus, transmitti per dolium commodè queat, &c.

5. Canalis sit longus, sex non bene pedes, transeatq; per aquam frigidam.

6. Ignis primū maiusculus fiat: deinde paulatim remissus, in æquali vigore seruetur. Oleum simul cum aqua & phlegmate transibit, &c. aliud subsidit aquæ, aliud innatet. Separetur oleum. Tum rursus aqua destilleatur, & quod primum fluxerit, erit suauissima aqua, reliquum phlegma. Destillatio perfici octo horis potest, hæc Ges.

I N S T R U M E N T U M A P T I S S I=  
mum, pro extrahendis oleis è radicibus,  
herbis, seminibus, aroma-  
tibus, &c.


A. Vesica continens materiam.

B. Venter hic collo adhæret, ut commodius collum, amplo vesicæ ori accommodetur, quod commodè collum non admisisset, nisi hoc intermedio.

C. Collum oblongum, ut minus cito incale-

K

# EVONYMI



scat capitellum,  
 D. Capitellum.  
 E. Vas circundā,  
 capitellum , in  
 quod continuē  
 aqua frigida illa  
 bitur.  
 F. Recipiens ob,  
 longum.  
 G. Epistomium,  
 aquam calefactā  
 educens.

Hanc fornaci  
 figuram , accepi  
 nuper à Felici Pla  
 tero Medico Basili  
 ensi.

## DE OLEORVM EXTRACTIO:

*ne per destillationem aquæ bul=*

*lientis.*

**A**ccipe ollam ex cupro factam , decem  
 aut quindecim mensuras capientem, eā  
 imple vino aut aqua, aut mixto ex vtrōq; , vt  
 tertia tantum pars vacua relinquatur. Aquā  
 impone rem tuam, extrahendis oleis aptam,  
 crassiusculè puluerisatam , & stet in infusio  
 ne horis tribus , quatuor , aut etiam sex.  
 Deinde ollæ suppone alembicum , perlutes  
 tus

tut optimè , fac aquam fortissimè bullire, tunc cum vapore aquæ , ascendunt spiritus oleaginosi , qui per fistulam, per aquam frigidam transeuntem , descendunt in vitreum recipiens , & vertuntur in oleum , quod deinde in furno digestionis , separabis ab aqua, cum cochleari argenteo. Ad hunc'modum , poteris extrahere oleum è nuce moschata, macere, aniso, fœniculo, cinnamomo, caryophyllis , baccis iuniperi , & alijs. Fur-nus digestionis est vas , in quod infunditur aqua & oleum simul , in loco temperatè ca-lido , ut separantur ab inuicem. Quomodo autem separatio fieri debeat, mox dicetur.

M O D Y S E X T R A H E N D I O L E A  
per torcular.

**A**ccipe torcular, cuius vtraque latera, la-mina sint obducta, quæ calida sit satis, non tamen ignita : inter latera comprima-tur res quælibet, ex qua oleum est extrahe-n-dum , imposita in panno lineo, raro, & pro-dabit oleum. Quod si res fuerit siccior & aridior, humectetur, affuso tantillo aquæ vitæ optimæ. Oportet autem res omnes, crasso modo prius esse contusas.

Aliter parat huiusmodi olea quidam prin-ceps : Accipit flores camomillæ , aut alterius herbæ adhuc recentis & viridis, incidit, & de-coquit in oleo: ubi refrigeratum fuerit, expri-

# EVONYMI


mit, & recētibus alijs floribus superaffundit,  
ac tandem ad solem reponit.

**Q V O I N G E N I O O L E V M**  
*quod inter destillandum simul cum aqua  
 effluxit, sit separan-  
 dum.*

**S**eparatio olei ab aqua fieri potest, aut  
 cochleari, presertim si oleum in superficie



aqua natauerit: aut  
 quod magis indu-  
 strium est, parato  
 ad id peculiari in-  
 strumento, quale  
 est hoc appositū,  
 quod in fundo fo-  
 ramen habeat ce-  
 ra obturatum: aut



vase habente tres fistulas, imam, medianam, su-  
 premam. Fusius hæc docet Bessonius in lib.  
 de Extrah. oleis, ad hunc modum. Primo, in-  
 quir, da operam ut receptorium fundo sit a-  
 liquantulum acuminato, & præterea instar  
 puncti perforato, pluribus claviculis ictibus.  
 Hoc demum foramen tempore destillatio-  
 nis cera tractabili diligenter obturatur. De-  
 inde aqua & oleo destillatis, ac ijs in refrige-  
 rato aëre aliquandiu seruatis, obserua accu-  
 ratius in receptorio perspicuo, quem locum  
 occupet oleum in aqua. Hoc aut cernes ex  
 diuersi-

diuersitate coloris. Quod si imum occupat; ablata cera è receptorij foramine, praesto exhibet oleum in admotam phialam , & aqua residuebit, si libeat eam seruare occludendo foramen. Sin autem supremum teneat, patefacto rursum foramine, exhaurietur sensim tota aqua in vas subiectum , & reseruabitur oleum in fundo receptorij, nisi forte per imprudentiam, ipsum effundatur citius in vas subiectum, quam in phialam adhibitam. At si oleum cum aqua vehente in nubes confundatur, percolabitur tota aqua per lineum pannum in aere, dico, frigido, & destillatione refrigerata: tum demum omne oleum sic coactum in panno residuebit, quod postmodum cultello facilè colliges, indeque in phialam coniicies, per quam tandem, si opus est, in subtilem liquorem resolues, vel minimo calore, &c.

## DE RECTIFICANDIS

*oleis è lachrymis, lignis, seminibus,  
atque etiam balsami.*

Oleum quod semel vi ignis extractum est, siquidem rectificandum sit, infundendum erit in aliam cornutam mundam, & lentissimo igne, in cineribus destillandum, qua destillatione perfecta, habebis oleum

K 3

## EVONYMI

purissimum, penetrás, & in profundum sub-ingrediens.

Nota, quod è cinnamomi libris ij. vix colligitur ʒ l. E lib. duabus caryophyllorum, ʒ ij. vel j. s. E fœniculi semine, ʒ ij. E nuce moschata vnciae fortè iiij.

## DE OLEORVM vſu.

**M**Ultiplex oleorum destillatorum vſus est, ut patebit inferius. Sed & sic commodè usurpantur. Saccharum dissoluatur in aqua violarum aut rosarum, aut cinnamomi, aut alterius aromatis, & eo dissoluto affordatur una aut altera gutta olei, cuius quantitas vſus, & singantur tabellata.

## DE BALSAMO, ET BALSAME oleis destillatis, ex paucis non destillatis, & alijs oleis compositis, Balsa- num artificiale refe- rentibus.

**Q**Vid Balsamum verum, & utrum etiā hodie nobis cognitū, parte huius operis priore, capitulo proprio dictū est. Nobis hoc loco de artificiali sermo est, quod imitatione quadam Balsami veri à veteribus est inuenatum. Etenim cum animaduertirent, ab impostoribus nunc hos, nunc illos liquores, qui tamen neque substantia neque facultatibus ullo modo vero Balsamo responderent,

derent, vendi, hominibusque obtrudi: coacti sunt ne tanto thesauro diutius, magno cum dispendio, carendum esset, in eam cogitationem incumbere, qualiquorem, huic pretioso, quam simillimum, substitueret. Quod ut commodius praestarent, generalem quandam ceu ideam, qualitatum & facultatum veri & naturalis Balsami, ob oculos posuerunt. Itaque cum natura, Balsamu sit calidissimum, penetrans & exiccandi facultate non mediocri praeditum, ideoque etiam à corruptione aut putredine corpora inuncta, quam diutissime conseruare possit, & senectutem arcere: selectorunt eiusmodi medicamenta simplicia, quae easdem intentiones simul mixta præstarent. Eius generis sunt, quae præ cæteris primum locum tenent, myrrha, thus, & aloë. In secundo ordine terebinthina est, & aqua vitæ. Tertium gradū occupant, gummi hederæ, galbanum, storax liquida, lignum aloës, &c. Sed nec à proposito aliena sunt, galanga, nux moschata, caryophylli, & multa eius generis alia. His omnibus in unum collectis, artificiosa accedente conjectura, factum est, vt iusta proportione omnia commixta, chymistica arte, oleum extraxerint, factatibus, & consistentia, vero Balsamo quam simillimum. Hæc ferè è libro Italico Leonhart. Fierauanti. In conficiendo autem Balsamo artificiali, utile est, vt terebinthina per se cum essentia (vini) destilletur in balneo:

## EVONYMI

deinde reliquæ species dissoluantur in essen-  
tia, & cum superiori oleo terebinthinæ per  
balneum rursus destillentur. In cinere enim,  
etiam leuissimo igne ascendit oleum crassum  
quod introsumptum, nihil valet.

Si balsamum verum aut bonum, à malo  
secernere volueris, inquit in secretis Fallop-  
pius, proijce balsamum aut instilla in aquam  
limpidam, & cum bacculo agitato: quod si  
aqua turbatur, non bonū: sin verò clara man-  
serit, perfectum est, & sese colligit semper in  
vnum locum.

Notandum autem, quod ex tribus libris  
terebinthinæ admixto salis M. j. & essentiæ  
vini parum, destillantur olei terebinthinæ in  
balneo Mariæ, vnciæ quatuor cum dimidia.  
Possunt tamen prius per aliquot dies, in plu-  
trefactione stare. Præterea, quod terebinthi-  
na plus olei de se dat, si per cannā destilletur,  
quām per bullientem aquam. Incertus.

Balsamum arte factum, laudatissimū, Le-  
onh. Fierauanti Medici, lib. Capricciorum,  
cap. 3. Et terebinthinæ finissimæ † h. j. olei lau-  
rini ʒ iiiij. galbani ʒ tres, gummi Arabici,  
ʒ iiiij. thuris, myrrhæ, gummi hederæ, ligni  
aloës ana ʒ iij. galangæ, caryophyllorum,  
consolidæ minoris, nucis moschatæ, cinnamomi,  
zedoariæ, zingiberis, dictamni albi,  
singul. vnciam j. musci, ambræ, ana drach-  
mam j. contundantur omnia simul, & re-  
tortæ imponantur, quibus adde, aquæ vita  
optimæ

optimæ H. vij. In aqua vite madefiat pannus, qui accensus imponatur retortæ, ut aqua ardeat, commiscendo materiā, sicq; relinquantur omnia in infusione nouem diebus, ac tandem in cineribus fiat destillatio: ita destillabit aqua candida, vna cum oleo, semper procedendo cum igne lento, donec colorem olei mutatum animaduerteris ad nigredinem quandam. Quo viso, mutetur recipiens, & adaucto igne, destillatio perficiatur. Finita destillatione, aqua ab oleo separanda, & singula seorsim seruanda, id quod etiam de prima aqua est intelligendum. Aqua prima candida, vocatur aqua balsami, & oleum primum separatum, dicitur oleum balsami. Secunda aqua nigricans, vocatur mater balsami, liquor vero separatus ab aqua nigra, est id quod balsamum artificiosum vocat, quod ceu pretiosissimum, est diligenter custodiendum. Prima aqua clarificat oculos & visum conseruat. Facies lota ea aqua, reddit eam pulchram & conseruat iuuentutem, calculos renum rumpit, vrinam propter carnositatem impeditam, mouet: omnis generis vulnera, partium qualiumcunque sanat mirabiliter, si ea lauentur, & plumaceoli in eadem madefiant, & imponantur. Hecticis, catarrholisis, tussientibus subuenit: dolorem ischiaticum auffert subito fomentata. Altera aqua mater balsami dicta, scabiem sanat facillime: idem facit in tinea, lepra, & omnibus ulceribus,

K 5

## E V O N Y M I

modo sine corrosione sint. Oleum balsami, infinitis morbis succurrit, imprimis capitis vulneribus, cum ossium læsione, & membra natum, idoneum est. Mirabiliter pleuriticis prodest, si cum aqua bibatur 3 j. pro vice. Balsamum verò ipsum miraculū est huius mundi. Dolorem iliorum, pondere duarum 3. sumptum, subitō leuat: tussi, catarrho, capitis refrigerationi, & stomachi, vulneribus capitis, semel in die perūcto toto capite, prodest, penetrat enim facile etiam ad partes longius remotas. Tumores corporis omnes dissolvit: Quartanam curat, vñctione totius corporis, ita ut nulla pars intacta relinquatur. Infirmitates omnes tum calidas, tum frigidas, proprietate quadam occulta, sanat, quod ipse expertus, attestari possum.

Modus destillandi balsamum artificiale  
D. Ioh. Mag. Primo omnium destillentur resinae terebinthinae 15 xiiij. cum aqua ardente rectificata, & excipiatur illud oleum, quod per balneum ascendit, nempe clarissimum, tenuissimum, & leuissimum. Huius olei 12 15 j. & quartarium vnum, florum borraginis, rosarum, buglossæ, stœchados arabicæ, spicæ hortulanæ, rosmarini, lauendulæ, chamo millæ ana P. j. sem. anisi, basiliconis, paeoniae ana 3 s. radicū angelicæ, enulæ, phu, ireos acrii veri, dictamni, glycyrrhisæ, pæoniæ, spæcæ, ana 3 j. corticis citri, arantiorum, ana 3 ij. herbarum

herbarum saluiæ, maioranæ, lauendulæ, ro-  
rismarini, hyssopi, mentæ, betonicæ, folio-  
rum lauri ana P. j. Hæc omnia contundan-  
tur & incidentur secundum artem, proijcian-  
tur in bociam vitream perlutatam, aut bo-  
ciam cupream, vnâ cum destillato iam tere-  
binthinæ oleo, hisq; omnibus affunde aquâ  
anisi, aut caryophyllorum, aut postremam.  
illam in cinnamomi destillatione, ita vte-  
pleatur quasi bocia. Deinde huic capitellum  
impone, & iuncturam luto obline. Tum  
excitato igne fiat destillatio eo modo, quo  
anisum, aut aqua cinnamomi, transiente ca-  
nali per aquam, destillatur. Quo facto, hoc  
est, vbi aqua ascenderit, auferantur fæces  
herbarum, florum, & radicum & denuo in  
bociam immittatur styracis liquidæ quar-  
tarius unus, eiique affunde, quicquid proxia-  
ma destillatione extraxeris, & rursus destil-  
letur, ut prius. Quòd si aqua prioris destilla-  
tionis, in quantitate fuerit imminuta, plus  
erit affundendum. Vbi iam secundo ita de-  
stillatio fuerit peracta, bocia rursus mundet-  
& imponantur storacis calamitæ, myr-  
rhæ ana vnciæ ij. masticis, thuris, assæ dulcis  
ana vncia j. s. quibus puluerizatis & impo-  
sitis, affundatur iam destillatum oleum &  
aqua. Si non sufficient, adde aquam, ut su-  
pra, donec satis videbitur, & fiat destillatio  
ut supra de herbis dictum. Quo facto, au-  
ferantur quæ in bociae fundo fuerint, &

## EVONYMI

& sequentia in locum reponantur. Notandum tamen hoc obiter, quod nonnulli styram liquidam simul cum gummis iam dictis commiscerent, ut peculiari destillatione non sit opus. Sunt autem haec species, accipe zingiberis, zedoariæ, galangæ, sing. 3 ij. rhubarbari 3 f. gentianæ, cubebarum ana 3 j. f. croci 3 f. cinnamoni 3 j. nucis myristicæ, macis, caryophyllorum ana 3 vj. calami odorati 3 f. puluerizentur aromata haec, & cucurbitæ imponantur una cum oleo & aqua postremæ separationis, & destillentur ut primavice. Quo sic peracto, separa oleum ab aqua, & serua oleum balsami artificialis in vitro, quo uteris, ut sequitur. Potest in postrema hac destillatione nodulus fieri ex sequentibus speciebus, & simul destillari, ut odor ei concilietur suauior. Et musci in aqua rosarum dissoluti gr. v. camphoræ gr. ij. cinnamoni, caryophyllorum ana 3 j. misce ut dictum est. Quater repetita est huius balsami destillatione, primo cum herbis tantum, secundo cum styrace liquida, tertio cum gummis, quarto cum aromatibus. Vim habet confortandi omnes neruosas & exangues partes, quales sunt stomachus, intestina, vesica, uterus. Peculiariter stranguriæ admodum confert & calculosis, si de eo octo vel decem guttæ, in aqua filicis, aut vino, bibantur. Omnes internas oppilations aperit, sanitatem præsentem tuetur in statu, qualibet septimana bis, mane aliquot guttæ,

guttæ, in brodio sumptæ, &c. Brevis huius destillationis recapitulatio. Accepit ℥. j. olei terebinthinæ, & addidit species herbarum, florum, seminum, & radicum superiorum, & miscuit omnia in vitro lutato, & addidit ℥. v. ( aquæ ) caryophyllorum & simul destillauit per cannam. Altero die accepit styracem liquidā & alia gummata, & rursus destillauit, & hæc destillatio, difficilis est, facile enim ebullit, ideo carbones sunt subtrahendi, quādo venerit ad ebullitionem. Tertio die destillauit aromaticas species cum balsamo per cannam, &c. & sic habuit præparatum balsamum.

Balsamū G. à Fle. Terebinthinæ bonæ & claræ ℥. j. olei laurini ʒ ij. & simul ista duo misce, thuris albi masculi, ligni aloës boni ana ʒ ij. masticis ʒ f. myrrhæ, ladani, castorei ana ʒ ij. omnia ista tere & cum supra scriptis misce, & stent per dies triginta in oleo prædicto. Accipe præterea, galangæ, caryophyllorum, cinnamomi, nucis moschate, zedoariæ, cubebarum ana ʒ f. diptâni, consolidae maioris ana ʒ ij. omnia ista collige & pone in ʒ iiiij. aquæ vitæ bonæ, & misce, & sic stent simul diebus quatuor, quibus expletis, omnia simul permisce, & pone in alembico vitro benè obturato, tum lento igne destilla. Primo sequetur aqua, quæ dicitur aqua balsami. Postea exhibet liquor citrinus in modum olei, quem cum videbis, remoue

## EVONYMI

ampullam aquæ balsami, & statim appone aliam, & collige pretiosissimum liquorem in modum olei, qui dicitur mater Balsami. Postea destillabit liquor magnus, & tunc rursus muta recipiens, & collige seorsim liquor rem nigrum, & emittitur vna gutta per magna interualla, post aliam, & hic liquor est prioribus multo pretiosior. Serua hos tres liquores in ampullis vitreis bene obturatis cum cera, quæ cera tamen ex fortitudine virutis eius, tandem efficitur mollis ut pasta. Secundus liquor est citrinus, qui est mater balsami. Tertius niger est, qui xylobalsamu dicitur, ut & primus, opobalsamum. Primus est bonus, melior eo est secundus, longè verò præstantissimus est horū tertius. Vidi paralyticum, cui vna gutta posita fuit in frōte, alia super vmbilicū, & sanatus fuit subito. Alius paralyticus amisit sensum brachij & pedis dextri, vnxit simul iuncturas, spatulas, cubitos, manum mancha, genu, collum pectus, quolibet loco tres guttas consumendo, qui paucis post diebus ē lecto surrexit, & sanatus est. Monachus deferens trabem Papiæ, strinxit manum inter columnam & trabem, & statim denigrata est manus ut carbo, cum intolerabili dolore & spasmo, vbi hoc oleo matris balsami inunxisset, cessauit dolor: & mane & serò iterum vnxit, et sic est alba facta manus & restituta. Ego digitum incidi profundo satis vulnere, & hoc oleo sanavi.

Aliud

Aliud balsamum in retorta destillandum, cum facultatibus, tūm compositione, prēdenti haud multum dissimile. Rx terebinthinae ℥. j. olei laurini ʒ ij. misce, addendo galbanum, gummi elemi, gummi hederæ, thus, lignum aloës, item aromata varia ana ʒ ij. Usus hoc balsamo est quidam nobilis habēs manum retractā ut mouere non posset, illitis iuncturis & manu (panno calido cooperata) diebus 15. curatus est.

Alius habens duritiē in gula, ut non posset exire saliua ex ore, illito gutture hoc oleo, maxime dilatum fuit totū collū: & postridie illito loco lęso rursus omnino fuit curatus.

Alius habens carbonē pestiferū in inguine illito hoc liquore, curatus est. Valet etiam ad eructationem stomachi & dolorem, spasmi, colicā, puncturas: autium surditatē, instilando guttam j. mane & sero: neruos cōtractos & omnes plagas: cancrū, fistulas, cōfusiones, pestem, omne apostema durū resoluit. Nosta, memorię confert, si guttā sincipiti illinas, contra paralysim illinatur spina & iuncturæ.

Balsamum magistrale, incerti authoris. Rx xyloaloës, masticis, macis, galangæ, nucis moschatæ, spicæ nardi, zingiberis, cinnamomi, cardamomi, cubebarum, caryophyllorū, zedoarię, gummi arabici, santali muscellini, thuris, croci, olibani, ana ʒ ii. Hæc omnia conquassentur subtiliter & subigantur cum aquis terebinthinae & mellis, videlicet,

## EVONYMI

**E**t terebinthinæ, mellis ana ℥. s. destillentur simul scorsim, sine specierum commixtione. **E**t aquæ vitæ semel rectificatæ ℥. i. misceatur cum confectione supra scripta, putrefiat in sole, in vase benè sigillato cum cera, diebus octo, vel ad placitum. Post fiat separatio per alembicum, ut moris est, & prima aqua vocatur, aqua balsami. Secunda oleum balsami. Tertia balsamum artificiale, & in fine aromatizetur cum musco & ambra, & ille modus plurimum placet, & tenendus in omni confectione balsami.

Mater balsami simplex. **E**t terebinthinæ optimæ ℥. iii. thuris masculi, ligni aloës ana ʒ. iii. caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, nucis moschatæ, cubebarum, gummi elemi ana ʒ. ii. pistentur & incorporentur omnia hæc, & ponantur in alembico lutato, & rem in fermentatione per dies quinque, vel sex, & postea destillentur in cineribus, primò lento igne, deinde augmentando, donec totum stillauerit, & hoc est, mater balsami prima. Pone igitur de ipsa matre balsami & dñe elixir vitæ tantundem in alembico, & dum fermententur ut supra, postea in balite o Mariae fiat destillatio, & primo destillabit aqua clarissima, quæ vocatur mater balsami coniuncta seu composita.

Balsamum Romæ factum. **E**t terebinthinæ ʒ. solibani ʒ. vj. aloës succo citrini, masticis, galangæ, cinnamomi, croci, nucis moschatæ,

schatae, caryophyllorum, cubebarum ana 3 j.  
gummi hederae, 3 ij. puluerisentur, & mis-  
ceantur cum terebinthina, & ponantur in  
alembico vitreo, & addantur camphorae,  
ambræ griseæ ana 3 ij. & destillentur lento  
igne. Prima aqua est alba & clara, & vinum  
balsami, secunda crocea & vocatur oleum,  
tertia magis crocea, & est balsamum verum.

Descriptio quædam balsami seu aquæ Pro-  
tomedici cuiusdam, de qua plura prædicauit,  
& dedit ei titulum, Reuiuscens & iuuenes-  
cere faciens. Ex terebinthinae ℥. j. mellis pu-  
ri ℥. s. aquæ vitae ℥. ij. ligni aloës benè triti,  
santalorum omnium ana 3 iiij. s. olibani, gum-  
mi hederæ, ossis de corde cerui, zedoariæ, pie-  
peris longi, ana 3 iiij. gummi arabici 3 j. nucis  
moschatæ, galangæ, cubebarum, cinnamo-  
ni, carui, masticis, caryophyllorum, spicæ-  
nardi, croci, zingiberis, ana 3 iiij. 3 j. moschi  
fini pondus denarij, destillentur, vt lento pri-  
mum igne elicias primam aquam, quaæ clara  
est, vt aqua fontis, secunda erit ignita vt car-  
bo, & tum auge igne, & tertia elicetur nigra.

Liquor Balsamites Iohan. Mesuæ, longè  
optimus & ad multa utilissimus, recipit myr-  
rhæ electæ, aloës hepatici, spicæ nardi, sanguis  
draconis, thuris, mumiæ, opobalsami,  
bdellij, carpopbalsami, ammoniaci, sarcocolle,  
croci, masticis, gummi arabici, styracis liqui-  
dæ ana 3 ij. (aliâs 3 ij. s.) ladani electi, succi ca-  
storei ana 3 ij. s. muschi 3 s. terebinthinae opti-

L

## E V O N Y M I

mæ ad pondus omnium, puluerizanda puluerizentur, & omnia misceantur cum terebinthina, reponanturq; in furnibulo, seu distillatorio, quod alembicū vocant, & illa ingeniosè ac lento igne, ut decet, destillentur: liquor autem per destillationē sublimatum, vase vitro forti excipe. Hic liquor proximè accedit ad verum succum balsami. Guido à Cauliaco quandoq; huic pretioso liquori, addebat herbas dicatas paralysi, & tum generosius atque efficacius multò (ut ipse testatur) experiebatur auxilium. Hoc liquore Mesuæ in paralysi solo, aliquando erat contentus, illinens eo curuicem, totamq; spinam dorsi, atq; etiam affectam ipsam particulā. Confert namq; hoc pæto mirificè roborādis membranis medullā spinalem obuoluentibus, substantię spirituali, qua viuimus, neruis quoq; & ossibus. Proinde paralysi, omnibus neruorū egritudinibus, cordis palpitationi & tremori, atq; etiā manifestæ lassitudini, mirè & supra humanā opinionem prodest. Adde quod nullū medicamentum eo præstantius inueniri potest, ubi cor celeri festināue eget refectione ac refocillatione, si saltem ipsi Mesuæ credimus.

Oleum Philosophorū è terebinthina & cera: est autē balsamum quoddā occultū, infinitis præditū facultatibus, superans oēs eius generis liquores, propterea quod conficitur ex duobus simplicibus quæ corruptioni minus sunt obnoxia, ex Capricc. Leonh. Fierauati. Recipit autē terebinthine claræ Abiegnae, 3

xvij. ceræ flauæ odoriferæ, 3 xij. cinerū vitis,  
 3 vi. ponantur singula in retortā lutatam, de-  
 stillētur in cineribus, donec nihil amplius se-  
 quatur. Vbi destillatio fuerit finita, videbis  
 ceram circa retortæ collū, & hoc ipsum si-  
 gnum est, finitæ destillationis. Quod destil-  
 larit, seruetur in vitro diligentissimè clauso.  
 Qui vñcti fuerint bis in mense hoc oleo, iu-  
 uentutem quam diutissimè conseruabunt,  
 omnia imposita à corruptione, aut putredi-  
 ne custodit. Vulnera qualiacunq; ter quater  
 que eo illita, sanat. Cui vrina fuerit retenta,  
 3 ij. datæ per os, vrinam prouocant, & similis  
 modo datur cōtra vermes, puncturas lateris,  
 tuisim, catarrhū, febres pestilentes, & similia.

Aqua seu balsamū Hermetis, ex fine libelli  
 Trotulæ de passionibus mulierum: recipit  
 terebinthinæ tribus vicibus destillatæ: ul-  
 timo coniunctim, H. j. ligni aloës similiter tri-  
 bus vicibus destillati, H. j. ambre crude, H. j.  
 nucis muschatæ tritæ super lapidem, ad mo-  
 dum liquidi vnguenti, cum eiusdem superad  
 dito oleo, ut fiat vnū corpus. Et destilla nouē  
 vicibus. Balsamum hoc conserua, quoniā est  
 perfectum & sustinet omne iudiciū ignis &  
 aquæ: penetrat manum, vngendo faciem, iu-  
 uentutem conseruat, omnē incisionē consoli-  
 dat, oculos mirè purificat: vngendo cum eo  
 totum corpus, nunquam putrescere ferunt,  
 nec vermes ipsum ascendere. Ego, inquit au-  
 thor, feci & probavi, & est verissimum.

L a

## EVONYMI

Oleum balsami magistrale, ex dispensatorio Medicorum collegij Florentini: recipit terebinthinæ ℥. j. olei veteris ʒ vj. olei laurini ʒ iiiij. spicæ nardi, cinnamomi ana ʒ iiij. regularum recentium benè coctarum ʒ viij. tritis triturandis, per alembicum destilla. Vrnam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitus à flatu crasso, paralysi, spasmu cynico, ischiadi, gonagre, & cæterarū iuncturarū doloribus prodest, potum aut inunctum, sed parua eius portio, aquæ affectui aptæ mixta, bibatur.

Oleum balsami Petri de Ebano. Ex myrræ, aloës, spicæ nardi, sanguinis draconis, thuris, mumiæ, opopanaxis, carpobalsami, bdellij, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi arabici, styracis liquidæ ana ʒ iiij. ladani, castorei, ana ʒ ij. s. moschi ʒ s. terebinthinæ ad pondus omniū, tritis conterendis, miscantur omnia, & alembico destillentur, secundum artem. Eadem potest quæ & præscriptum, & efficacius.

Oleum Balsami optimū, contra dolorē ex gutta tā frigida, quam calida, vel alio accidente, immediate valet: recipit terebinthinæ venetae partes duas, masticis nouę partē vnam, opopanaxis & corticum granatorum, singulari modicum, & pone ad destillandum.

Balsamum ad podagram frigidam, vngendo partes dolentes, post vniuersalia, à quodā sene Chymico, accipit ℥. iij. terebinthinæ, thuris,

thuris, masticis, myrrhæ, ladani ana 3 j. de-  
stilla per retortam & oleum serua.

Balsamum cuiusdam Empirici, maximæ  
apud nos authoritatis, recipit terebinthinae  
3 iiiij. thuris 3 s. ligni aloës, 3 ij. masticis,  
caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, zedoar-  
iæ, nucis moschatæ, cubebarum ana 3 ij.  
gummi elemi 3 j. s. Mira hoc balsamo præsti-  
tit, lepram à duobus depulit, intra & exira-  
dando: & multos alias incurabiles morbos,  
ut cancrum & fistulas, & eiusdem generis.

Aliud cuiusdam Angli, quo curat vulnera  
linteo imposito, febres, ventriculū infra co-  
stas tumentem, asthmaticos, phthisicos, tu-  
mores, præter hydropem. Contusiones sedat  
spasnum & paralysim ex frigore, moribun-  
dos data gutta recreat. Recipit autē terebin-  
thinae 1*lb.* ij. myrrhæ electæ, castorei, masticis  
ana 3 iiiij. olibani, aloës succocitrini ana 3 iiiij.  
radicum consolidæ minoris 3 j. tormentillæ,  
gummi hederae, nucis Indicæ (quid si moscha-  
ta pro ea) zedoariæ ana 3 s. cubebæ 3 j. (de-  
stillentur) prius ad lentū ignem, per biduum  
fortè macerata.

Aqua composita destillata iunctutis, quæ  
est magnū secretum in natura, & dicitur Me-  
dicina medicinarum, & cura omnium infir-  
mitatum. Rx ligni aloës, caryophyllorū, ga-  
langæ, cardamomi, cubebarum, granorum  
paradisi, rhabarbari electi, cinnamomi, nucis  
minoris (muscatæ) calami aromatici, macis

## E V O N Y M I

ana; ij. omnia subtiliter terantur & cribellentur, deinde succi chelidonij  $\frac{1}{2}$ . j. succi salviae, bryoniae, rutae, betonicæ, mentæ, florum borraginis, & buglossi, succi fœniculi, ana  $\frac{1}{2}$ . l. misce & pone omnia in alembico vitro & destilla aquam. Et de illa aqua sume omnime in die vnum cochlear in estate, hyeme vero duo. Hæc enim aqua iuuenibus & senibus quibuscumq; est utilis, nam stomachum in virtute magna conseruat, & bona virtute ducitur, si non est cerebro & hepati magna caliditas, & liberat ab hebetica & icteritia, & hydrope: maximè conseruat & iuuat visum, & auditum confortat: valet contra venenum, & confortat omnia membra, sanguinem in bono colore & ab omni putrefactione præseruat, & destruit foetorem anhelitus.

Balsamu mirabilissime virtutis in tremebus, paralysi, quam quidam maximus medicus tenuit pro maximo & pretioso secreto in abscondito cordis sui: sumit galbani,  $\frac{1}{2}$ . j. gummi hederæ, 3 iiij. minutim coterantur & miscentur terendo simul, & mittantur in bovisa vitreatâ, cum suo alembico, & destilletur in balneo Mariæ: hoc destillatum commisce cum 3 j. olei laurini, & terebinthine  $\frac{1}{2}$ . j. tunc distilletur, & separetur aqua ab oleo. Visus est, ut collocetur paties paralysim, contractionem, spasmus et tremorem, resupinus, & infunde de hoc oleo calido temperate in fundo umbilici sui, & videbis mirabilissimam operatio-

nem,

nem, potius diuinam quam naturalem, & confert valde paralyſi post colicam.

Oleum ſive balsamum, cui non reperitur ſimile, contra tremorē & ſpasmus, torturam & stuporem. Rx myrrhae electae, aloēs hepatici, ſpicæ nardi, ſanguinis draconis, thuris, mumię, opopanacis, carpobalsami, croci, masticis, gummi arabici, storacis liquidæ, storacis rubræ ana 3 ij. l. musci fini 3 f. herbæ paralysis M. ij terebinthinæ ad pondus omnium, puluerizentur & misceantur & deſtillentur ingenioſe, iuxta modum declarationis, eft enim de elegantibus medicinis, qua spina, nucha, vngatur ſpasmoſi, tremuloſi, paralyti ci, ſtuporiſi, & tortutæ.

Balsamum pretioſiſſimū adparalyſim & alia multa ex Leonello. Rx ligni aloēs lotones ij. opopanacis, resinæ pineæ, bdellij, galbani, myrrhae, masticis, ſarcocollæ ana lotonem j. olei benedicti, lotones num. iij. ladani lotones ij. carpobalsami, xylobalsami, opobalsami vel balsami artiſcialis ana lotonem j. olbani, daphnelæi, \* ſanguinis draconis, castorei, ſpicæ nardi, galangæ, cubebarū, maceris, cinnamomi, cardamomi, melicetorum, corti cum citri ana lotonem j. olei de terebinthina ad pondus omniū, oliui veteris H. j. f. pisten tur gumi ſubtiliter, deinde ſuperfundetantū vini aduerti, vt alia obruat, aut obtegat, poſtea ponatur in balneū Mariæ per triduū ad dige rendū, poſt reliq adde. Puluerizāda pulueri-

## EVONYMI

sentur, & addito oleo de terebinthina & oleo  
comuni, iterum digeratur in balneo Mariæ,  
vel in fimo equino per xiiij. dies, demum de-  
stilletur in cinere lento igne secundū artem.

Aqua pretiosa & mirabilis, quæ valet invul-  
neribus, ulceribus & fistulis, & valet contra  
pestē, & eius virtus est mirabilis, sed hoc totū  
debet destillari per alembicū vitreum. Nam  
in tali destillatione resultant tres liquores ha-  
bentes diuersos colores, & sic quilibet distin-  
ctè debet colligi in suo vase. Et nota quod pri-  
ma aqua valet contra pestem, & debet potari  
tempore pestilentiae; confortat cerebrum per  
tares trahendo, destruit polypum & omne  
vitium narium, tangendo polypum cum di-  
cta aqua. Si tempora, pulsus, tangantur cum  
aqua, & spina dorsi, in loco calido, curabitur.  
Si aliquis esset de aliquo loco lapsus, vngas-  
tur cum dicta aqua. Si quis haberet cerebrū  
vel memoriam debilem, vngatur caput, par-  
te anteriore rasa plures, curabitur. Contra  
venena subitō potata destruit illa. Valet con-  
tra vulnera & ulcera. Contra paralysim lin-  
guæ vel membrorum, si sint apostemata vel  
cancremata, & contra omnem ægritudinem  
corporis. Secunda vero aqua quæ exibit, assi-  
milatur oleo, & est oleum quo veraciter pos-  
sumus vti loco balsami: nam si proijcies v-  
nam guttam in aquam, ista gutta vadit usq;  
ad fundum, & potest iterum colligi. Item si  
proijcas acum in dicto liquore, supernabat  
acus.

Item coagulat lac, & habet omnes virtutes quæ videntur esse in balsamo. Tertia aqua potest dici balsamum, cuius virtutes sunt infinitæ. Bertapalia. Et olei de vico seu lachryma, quod idem est, (paulo post cap. 2. de vulneribus nerorum scilicet, videtur explicare quid sit oleum de vico. Glutamen inquit, alio botim, debemus intelligere de lachryma, & non terebinthina, ut affirmauit Dynus, siue oleum vicij, quod idem est) ℥. ii. vel terebinthinae loco lachrymæ, mellis despumati ℥. ii. aquæ vitis ardentis ℥. i. ligni aloës fini, santali muscati, macis, cubebarum, galangæ, nucis moschatæ, caryophyllorum, spicæ nar di, masticis, zingiberis, cinnamomi, croci, granorum paradisi ana 3 ij. gummi Arabici 3 iiiij. musci fini 3 s.

Ad diuersos morbos oleum, Balsami virtute, à D. Gesnero, ut puto, descriptum. Et vi ni albi optimi mensuras ij. s. lactis recenter emulsi 3 ij. mellis 3 viij. radicis gentianæ 3 viij. astrantiæ 3 iij. angelicæ 3 ij. baccarum lauri selectarum 3 j. s. rutæ, iuniperi, rosar. rubraturum aridarum ana M. j. enule campang 3 j. caryophyllorum, corticum citri dulciū, calamii aromatici, cinnamomi, anisi, fœniculi, masticis, belzoini ana 3 s. concisa & contrita macerentur in phiala vel phialis vitreis lutatis, per dies 7. vel 8. loco calido. Deinde destillentur cum alembico lutato, cucurbitæ pars tertia aut amplius vacua sit. Destillentur in

L 5

## EVONYMI

cineribus cribratis lento igne demum augēatur ignis. Puto tamen in alio vase seorsim, & primo vinum & lac simul destillādo. Ex hac destillatione tres quoq; liquores colliguntur. Valebit hæc aqua contra venena, peſitem, calculum, quartanam, quotidianam, ad sudorem mouendum, &c. ad asthma & viscerum obſtructiones, ad omnes phlegmaticos, ad epilepsiam quoque & præſeruandum ab apoplexia. Existimat idem, Balsamum hoc, pro conficienda theriaca, non incōmodè substitui posse.

Liquorem Balsamo parem, describit author Viatici noui, capite de Paralyſi. Rx thuris albissimi, masticis ana ʒ ii. ligni aloēs ʒ i. caryophyllorum, galangæ, cinnamomi, zedoariae, nucis moschatæ, cubebarum ana ʒ vi. myrrhæ, aloēs, ladani, sarcocollę, castorei ana ʒ i. baccarum lauri, nucleorum pini ana ʒ i. gummi elemi, opopanaxis, belzoi mi, an. ʒ ii. succorum iuæ, herbæ paralyſis ana ʒ iii. rebinthinæ ad pondus omnium, destilla in vitro. Exhibit primo aqua, secundo oleosum quid, tertio quasi mel.

Oleum Aristotelis compositū, contra podagrum calidā & frigidam, & contra incurvationes neruorum, dummodo nerui non sint incisi, ex lib. manuscripto Italico. Rx aquæ vitcis ter destillatæ, succi betonicae ana ʒ iiiij. croci ʒ iiij. succi artemisiæ, succi ebuli, succi \* capreolæ, aut caprellæ an. ʒ iiiij. succi maluauisci ʒ viii.

viiiij. caryophyllorū, carpobalsami, xylobalsami ana ȝ iiij. cerusæ, thuri s, tartari vini albā ana ȝ iiiij. vrinæ pueri, mellis boni ȝ viij. olei terebinthinæ, ȝ iiiij. olei ouorum ȝ iiiij. olei sulfuris ȝ ij. olei lumbricorum ȝ vj. olei rorismatini ȝ s. olei laurini ȝ iiiij. omnia destillentur per alembicum, & prima liberat à podagra calida, secunda à frigida, & omnem dolorem sanat, in quacunq; corporis parte fuerit.

Oleum siue aqua, quæ virtutis dicitur, & potus iuuentutis, è lib. Germanico Michaëlis Schrick. Rx foliorum saluiæ quartaria iiij. cinnamomi, cubebarū, galangæ, piperis longi, anisi, macis, nucis moschatae, zingiberis, granorum paradisi, ana ȝ s. misceantur singula, & commisce de vino optimo sexies tantum, quantum est de omnibus, in vase staneo, & cooperi diligenter, ne quid euaporet, stent ita in loco calido diebus quatuordecim.

Quibus peractis separa à speciebus vinū, per colatorium, & contunde species subtiliter, ut fiat instar pulmenti, & tum denuo cum predicto vino coniunge, ac tandem destilla. Hęc aqua carnibus aut piscib⁹ affusa, à putredine custodit: vino verò cōmixta, corrupti id nō sinit, sed clarescit, & si iam corruptum fuerit, in integrum restituit. A ieuuno pota, consumit apostemata & omnes internos morbos, & sanat morbos quoq; externos, illita: oculorū quoescunq; affectus emendat, vulnera illita, intra octiduū vnit, Pota alacritatem, &

## EVONYMI

juuentutem conseruat. Valet morbis capititis  
& apoplexiæ. Hęc aqua comparari Balsamo  
potest, & supernatat cuius humori permixta,  
excepto oleo; admoto igne ardet. Facie  
maculas curat, & pota lepram retardat.

Sublimatio quædam quasi Balsamum, in  
memoria excitada, è Michaële Angelo Blon-  
do de Memoria. Factis que præmittenda sunt:  
circa ventris solutionem, contundito thuris,  
cubebarum, caryophyllorum, nucis mosca-  
tæ, galagæ, baccarum iuniperi ana 3 s. cinni-  
momi 3 iiiij. castorei pinguis 3 iiiij. costi, piperis  
longi ana 3 j. & tritis omnibus admisceto a-  
qua vitæ opportunitatem. Hæc demū cun-  
cta in vitro vase suppones fimo, spacio dierū  
vndecim & ultra, dum libuerit; post tempus  
hoc, sublima hæc etiam in balneo Mariæ, &  
sublimationi addes, mellis anacardini uncio-  
las duas vel tres, & sublimato hæc cum mel-  
le, iterum in vitro vase sepeliatur sub fimo  
per spacium duorum vel trium mensiū, sed  
fimus iste singulis octo diebus mutetur, ne ni-  
mia caliditate discutiat vas ipsum, hoc tan-  
dem tempore sublimatio hæc erit perfecta ad  
acuendam memoriam. Usus eius est huius-  
modi, priusquam memoriam exercere volu-  
eris per diem vnum, illine tempora & occipi-  
tium, infunde & naribus guttam, demum de  
gluties guttas aliquot mane, priusquam reci-  
tare volueris orationem, vel quoquis modo  
exercere memoriam, nam hoc est præstan-  
tissimum.

tissimum excitandæ memoriae medicamen-  
tum.

Oleum sanctum, quod ad diuersos mor-  
bos est optimum, præcipue verò valet con-  
tra omnem cancrum & fistulas, & omnes mor-  
bos antiquos, ex lib. manuscripto secretoru.  
Et olei antiqui ℥. iiij. vini albi antiqui, & o-  
ptimi ℥. iiiij. terebinthinæ claræ & optimæ  
℥. j. seminis hypericonis ℥. iiij. 3 j. diptamni  
albi, tormentillæ, gentianæ an. 3 j. omnia sint  
puluerisata, & simul mixta, pone in vase vi-  
treo & bene obturato cum pasta, ne respiret,  
fac isto modo bulliant. Ponatur vas dictu in  
caldario aquæ pleno, & plena palea, et bulliat  
suauiter tantum, postea eleua ab igne, & cum  
infrigidatum fuerit, pone illud vas in can-  
tharo pleno arena, & tale vas sit circunda-  
tum & totum coopertum usq; ad collum de-  
dicta arena, & collocetur in loco ubi à Sole to-  
to die percutiatur, ibiq; dimitte per dies 40.  
Postea è dicta arena remoueatur, & arenæ  
impone vas, ita & taliter, quod sol per octo  
dies totum circundare possit; ac deinceps co-  
la per pannum lineum nouum, & expreme  
fortiter in torculari, postea oleum à vino se-  
para, illudq; seorsim seruato. Fieri autem hæc  
destillatio debet mense Julio vel Augusto.  
Valet hoc oleum cōtra fistulam & cancrum,  
si prius lauetur cum prædicto vino, & postea  
vngatur cū dicto oleo, cirò sanabitur. Itemq;  
valet ad omnes ægritudines & dolores ner-

## EVONYMI

uorum. Valet & guttæ sciaticæ & doloribus  
 iuncturarum, & podagræ frigidæ. Et si fiat  
 emplastrum ex eo & ammoniaco, dissoluit  
 apostemata splenis, & duritiem eius, breui te-  
 pore: similiter ad omnia apostemata dura.  
 Valet omnibus passionibus aurium ex cauſa  
 frigida, vermes earundem interficit, & sanat  
 sibilum & surditatem. Valet paralysi & tor-  
 curæ oris, si saepius vngatur. Prouocat men-  
 strua, si in matricem projiciatur, & educit genitum  
 bryonen viuum vel mortuum. Si de eo pa-  
 rum bibatur, dissoluit sanguinem coagula-  
 tum. Si syrupo rosato aliquid huius olei com-  
 misceatur, purgat pulmonem humoribus  
 grossis & viscosis, & anhelosis. Valet mira-  
 bilem ad omnes ægritudines oculorum, &  
 maximè cataractas. Valet contra venena &  
 potum: si de eo parum biberis, extinguit ve-  
 nena. Contra quartanam & tertianam fe-  
 brem, itidem utile est, si ex eo vngatur dor-  
 sum & medulla spinalis iuxta ignem, in prin-  
 cípio accessionis. Immediate tollit spasmum  
 vulnerum, si tepidè loco apponatur. Sanat o-  
 mnia vulnera tam antiqua quam recentia,  
 melius ac verius uno die, quam nulla alia in  
 mense.

Linimentum, ut vocauit Michaël Ange-  
 lus Blondus libello de Memoria, quod virtu-  
 te balsamo comparari potest. Cōmisceto, in-  
 quirat, terebinthinæ electæ vnciolas triginta,  
 olei laurini, vnciolas vj. demum contundito  
 gumihi

gummi elemi, resinæ pini ana 3 vj. sarcocolla 3 ij. gummi hederæ, ammoniaci, bdellij, thuris, ana 3 ij. mastiches, aloës hepatici, castorei, ladani, ana 3 j. galbani 3 vj. xyloaloës vnciolâ cum dimidia, cinnamomi, caryophyllorum, nucis moschatæ, macis, zingiberis, piperis, galangæ, granorum paradisi, cubebarum, zedo ariæ, ana vnciolam, xylobalsami, carpobalsami, tormentillæ, diptamni albi, matrisyluæ, chelidonij, vt riusq; consolidæ, ana vnciolam cum dimidia, & tritis omnibus cōmisce, addendo aquæ vitæ in vnam formam & corpus reducendo, & sic relinquâtur tribus diebus, verū die quarto, addes terebinthinâ, oleum, & resinam, & alia ex gummis quæ teri non possunt, tandem sublimato hæc in vitro vase secundū artem, lento supposito, sed continuo igne: & quoniam tres species succorum inde sublimâtur, propterea cum primus apparuerit, qui subcroceus erit, alter verò oleaginosus, tertius tandem fusti coloris, in mutatione colorum, vasa mutanda erunt, singuli deum per se seruandi sunt, præfecti ne euane scere possint: hoc autem monemus, ut studiose curetur ignis, donec perfecta fuerit sublimatio omnium: nam compresso vel interposito igne, liquores non extraherentur exactè. Hi tandem succi, vel hæc triforis sublimatio, eadem dotati sunt proprietate, verumtamen iuxta gradus ipsos. Primus namque succorum, minus potes est altero, alter verò imbecillior

## E V O N Y M I

tertio, tertius tandem præstantior est duobus. Fertur autem quod citra memoriam, comprimunt caua vlcera, debellat cancrum cum non haeret ossi: sternunt etiam conuulsionem, stillicidia frigida componunt, languores stomachi vincunt, & frigidos corporis cruciatus, præcipue iliorum, curant etiam sonitum aurium & dentium dolores, nervis opitulantur contractis, soluunt & duros abscessus, demum plurimos languores frigidos sternunt: memoriam vero amissam concitat, illitum occipi, eductis succis peccantibus, cum caput purgatio ex radice cyclamini, naribus supposito, ut retulimus. Post hoc, gluties, pillularum de hiera cum agarico 3ij. & postero die subiuncto naribus aliquot guttas huius olei, & naribus absorbeto, quoniam hoc excitat virtutes cerebri, concitat intellectum & ipsam memoriam. Postremo sunt illinenda tempora & occiput, hoc autem est faciendum aliquot diebus.

Est & haec quasi quædam Balsami compositione. Rx terebinthinae claræ 3 vij. laua vi no benè, deinceps Rx mellis albi H. iiiij. despumando igne lento cum modico vino, & clifica benè, tunc adiunge terebinthinam optimè commiscendo, quo facto affunde aquæ vitæ H. iiij. & rursus commisce in cucurbita benè lutando. De hinc Rx buglossi, borraginis, melissæ, saluiæ, lauen dulæ ana M. j. hyssopi, chamomillæ, millefolij, rosarum rubearum

rum ana M. s. absinthij 3 j. rorismarini M. ij.  
 Deinceps R̄ ligni aloēs, xylobalsami, triumpho  
 santalorum ana 3 j. macis, nucis moschatæ,  
 cinnamomi, galangæ, caryophyllorum, cu-  
 bebarum, zingiberis albi, piperis longi, croe-  
 ti, spicæ nardi, granorum paradisi, cardamo-  
 mi ana 3 j. zedoariæ 3 s. squinanthi 3 s. cort.  
 citri, semeni citri, stœchados ana 3 j. calami a-  
 romatici 3 s. carlinæ, id est, cardopaciæ 3 ij.  
 bistortæ, 3 ij. ireos 3 s. baccarum lauri, valee-  
 tianæ, polypodij, ana 3 s. liquiritiæ, anisi ana  
 3 s. fœniculi 3 ij. coriandri præparati 3 s. sile-  
 ris montani, cymini, ana 3 j. amygdalarum  
 excorticatarum 1 1/2. s. vuarum pastarum mæ-  
 iorum cum vino lotarum 1 1/2. s. omnia ista  
 contusa pone in prædictam cucurbitam cum  
 melle & alijs. Et si aqua vitæ nō sufficit, tunc  
 plus appone, & stent sic septem diebus benè  
 obstructa, postea destilla in igne citteris, ita ut  
 cucurbita in latitudine trium digitorum, nō  
 tangat fundum inferius, & cineres circum-  
 ponantur, lutato alembico optimè cum cu-  
 curbita, supponendo vitrum, quod cum ro-  
 stro alembici lutetur, & ad quatuor horas  
 sublimetur lento igne, ne mel bulliat, & fluat  
 aqua clara: tandem ignem auge, & cum a-  
 quam croceam videbis, tunc aliud vitrum  
 appone, quod etiam lutabis cum rostro cu-  
 curbitæ, & primam aquam serua seorsim, &  
 vigora ignem. Vbi croceus color in aqua de-  
 sierit, iterum ignem intende, & exhibit aqua

M

## EVONYMI

nigra, & cum videbis fumum, tunc sufficit,  
 & illam quoq; aquam separatim serua, & cu-  
 curbita stet in fornace ad refrigerationem.  
 In primam aquam pone folij indi 3 j. ambræ  
 3 j. musci totidem, & quindecim folia auri, &  
 misce custodiēdo. Si vis ad caput, **R**et betonicae  
 vel buglossi 3 j. & aquæ (albæ puto) misce  
 & bibe ieiunus. Fortificat omnia membra,  
**R**et maluatici vel vini boni 3 j. aquæ huius  
 cochlear vnum, misce & erit alba vt lac, quā  
 bibe ieiuno stomacho duabus horis ante ci-  
 bum, & præseruat omnia membra. Ad he-  
 par, cum aqua saluiæ vel cichorij, vel moro-  
 rum, vel endiuixæ 3 j. Ad pectus & iussim de-  
 catarro frigido, cum aqua hyssopi, vel levi-  
 stici. Ad cor, cum aqua buglossi vel borragi-  
 nis, vel millefolij. Cum absinthio vel balia-  
 mita, ad stomachum. Pro pulmone, cū aqua  
 pulmonariæ, vel adianti, vel polypodij. Pro  
 splene, cum aqua scolopendrij. Contra verie-  
 ginem & apoplexiam, cum aqua radicis pæ-  
 oniæ, vel hypericonis. Pro calculo, cum a-  
 qua raphani, vel aqua alkekengi. In retentio-  
 ne vrinæ, cum aqua nasturtij, vel petroselini,  
 vel saxifragiæ. Ad oculos, cū aqua fœniculi,  
 euphragiæ. In retentione mensium, cum a-  
 qua arthemisiæ, cum aqua rad. & herbæ tu-  
 biæ tintorum. In fluxu nimio mensium,  
 cum aqua plantaginis, vel solani. In læsione  
 matricis ab obſtetricie, vel ex frigiditate, un-  
 de amplius nō concipit, vtatur ea, cum aqua  
vale

valerianæ, vel betonicæ, vel matrisyluæ. In maculis faciei, & aquæ pimpinellæ partes 4. aquæ huius partem i. misce & vnge faciem mane & sero, bibe etiam eam in septimana, bis vel ter cum aqua endiuia. Curat cancrum inuncta, & fistulæ instillata: confert in arthritica frigida, inuncta. In febribus, asari M. s. pone in vitrum & adiunge aquæ aluminis quartar. j. stent tribus diebus obstructa, postea effundere in aliud vitrum, de his ante accessionem febris per horam, bibe cochlear j. & tempora inunge & nasum, & pulsus, dorsum & splenem. Citrinum oleum habet virtutes multas, si fuerit inunctum. Oleum nigrum est magnæ virtutis in arthritica, in modum balsami, & alba dicitur aqua aurea.

& lauendulæ 3 viiiij. saluiæ totidem, cinnamomi, macis ana vnciam j. zingiberis, nucis moschatæ, caryophyllorum, ana 3 j. & 3 j. rhabarbari, galangæ, ana 3 j. passularum paruarum 3 ii. granorum paradisi, santali rub. ana 3 s. cubebarum 3 ii. passulæ contundantur seorsim, & species ponantur seorsim, tunc totum pone in cucurbitam, & adiuce vini maluatici, vel alterius boni, mensurâ j. s. obstrue, pone in terra recentiversus solem quindecim diebus, postea per alembicum, receptorio lutato, destilla lento igne. Recipe terebinthinæ 3 vj. diagridij 3 v. zingiberis 3 ii. masticis, santali albi ana 3 j. sacchari 1 1/2. s. farinæ albissimæ 1 1/2. j. fieri pasta tenuis, &

## EVONYMI

coque in modum hostiarum de quibus mæ-  
ne sumas j. vel ij. cum brodio carnis, vel piso-  
rum, &c. cum aqua buglossi.

Oleum excellentissimum pro memoria de-  
bili, propter humiditatem & frigiditatem ce-  
rebri, quod experientia comprobatum est. Et  
florum rorismarini quantum videbitur. &  
ex ijs destilletur aqua, huius aquæ  $\frac{1}{2}$  ℥. j. &  
in vinali ponatur destillatorio, optimè lue-  
tato: postea  $\frac{1}{2}$  nucis muschatæ, caryophyllo-  
rum, granorum paradisi, cinnamomi, cubee  
barum, macis, zingiberis ana 3 j. musci carat.  
iiij. piperis longi 3 j. croci 3 iiij. galangæ 3 iiij.  
puluerizentur omnia, & cum aqua rorismarini  
commisce, & putrefiant simul per tri  
dies, postea per cineres destillentur, perseu-  
rando in destillatione ad secum adustionem.  
Postea habeas aquæ ex folijs rorismarini  
destillatae  $\frac{1}{2}$  ℥. j. & cum iam dicta commisce,  
& in vase vitro decoquantur ad medietatis  
consumptionem. Quo facto  $\frac{1}{2}$  olei oliva-  
rum antiquissimi  $\frac{1}{2}$  ℥. j. olei de beén 3 j. eu-  
phorbij, castorei ana 3 iiij. sinapi 3 vij. olei  
sesamini, olei de tiro, olei hypericonis, olei  
citri, olei de spica, olei ex cibeto ana 3 iiij. &  
omnia supra scripta, ponantur in bociam ui-  
tream & occludatur ita ne respiret, & pone  
in fimo equino calido, diebus quadraginta,  
postea extrahatur, & insolletur per tres men-  
ses continuos, & habebis oleum paratum ad  
intentionem prædictam. Hoc oleum omne  
impe-

Impedimentum memoriae soluit, vngendo noctu, quando cubitum itur, caput & stomachum. Hoc tantum est notandum, quod usus huius olei est suspectus, tribus mensibus aequaliter, alioquin toto anno, tuto uti poteris. Hoc oleo ego & in me ipso & in multis alijs certa experientia sum usus, nec undequam alio praeter hoc ipsum, utaris: reliqua enim omnia, si ad hoc respicias, vanissima sunt, Leonhart. Fierauant.

Oleum mirabile & diuinum, eiusdem, quod quasi e mortuis suscitat eos, qui sumpserint eius guttam unam aut alteram per os, cum vino, vel brodio, aut simili liquore. Et sanguis humani, spermatis cetti, medullae tauri, anas. j. musci 3 j. cineris oleae 3 ij. misce & in retorta destillentur secundum artem, separando elementa. Nam primo aqua destillabit alba: secundo oleum citrinum: tertio liquor quidam rufus maximae facultatis, qui ad diversa utilissimus est.

Balsamu quomodo faciendum, ex Fallop. secretis. Et terebinthinæ 3 f. xylobalsami tamdem, caryophyllorū 3 ij. destillentur, & primum quod destillat aqua est, secundum oleum, tertium balsamum.

Aliter, ex eodem, Et 1b. j. terebinthinæ, aloës hepatici 3 j. myrrhæ 3 f. terantur & miscetur omnia, & ter destillentur, & habebis balsamu, ad omnia, praeterquam ad conservationem corporum (mortuorum) optimum.

## EVONYMI

Oleum, corpus incolume seruans, & ingenium acuens, quo vtendum est post exactam corporis euacuationem & decens victus regimen. Olii philosophorum ℥. iiiij. olei oliuarum antiqui, aut saltem alembico sublimati, olei de alcana, vtriusque ℥. iiij. pinguedinis talpæ & mustelæ, vrsiq; sing. 3 ij. castorei 3 iiiij. succi acori ℥. iiiij. succi anthos, succi betonicæ, vtriusq; ℥. iij. succi gallitrici, succi cyperi, vtriusq; 3 iiiij. vini cretici ℥. iiij. aquæ ardantis ℥. iij. s. omnia igne coquito suavi, ad consumptionem quandam, additoque ladanii, austero prius vino macerati, tritiquez j. s. nucis moschatae 3 s. maceris, caryophyllicorum, euphorbij, trium piperum, singulorum 3 ij. trita omnia in vase optime clauso, diebus triginta conseruata, alembico destillentur. Vsus cius est hyeme, semel in hebdomada: æstate autem semel in mense, capite prius loto, & posteriore capitris parte, & temporibus prius inunctis. Fuman.

Descriptio Balsami Christi, è Theophrasto Paracelso. Accipe olei oliuæ ℥. i. vini ℥. iiiij. misce in phialam, pone in balneum Mariæ ad mensim, & fier ex oleo liquor: cause ne nimium vitrum repleas, satis sit, si quarta pars plena fuerit. Emendatio Theophrasti. Recipe olei oliuarum ℥. i. vini negerrimi pontici ℥. iiiij. destilla, deinde ad vte hypericonis 3 vj. liquoris de mumia unitas iiiij. iterum destilla ad mensim, & serua.

Valer

Valet articulorum vulneribus.

Oleum pretiosissimum, pro vermicibus və  
bicunque locorum, Bertapalia de Ulceribus  
capite quinto. Recipe nucleorum persico-  
rum, amygdalarum amararum, gentianæ,  
absinthij, prassij, vel lupinorum, seminum  
caulium, foliorum persici, calamenti fluua-  
lis, oleandri, pyrethri, ellebori albi, radicum  
graminis ana M. l. omnia pistanda pisten-  
tur, & imponatur intus fel vituli, & succi  
pororum, mentæ ana ʒ ij. olei nenupharini  
ʒ j. olei de absinthio ℥. ij. hæc omnia mi-  
scere, & dimitte in fimo per vnum mensēm  
marcescere, in vase vitro benè obturato, po-  
stea destilla hæc omnia ad alembicum, & ha-  
bebis aquam & oleum, lumbricosos viuifi-  
cantia, sumendo aquæ per os, ʒ ij. cum vino  
maluacico: & cum oleo vngendo tempora,  
& pulsus pedum, & manuum, & vbi cunq;  
& os stomachi & circum spatulas, & vidi  
multos pueros, quasi mortuos viuificari,  
& cum aqua & oleo isto, multa ulcera sa-  
nari.

D E B A L S A M I S Q V A B . E X  
tra corpus usurpantur: quorum alia per de-  
stillationem, alia citra distillationem parantur.

Balsamum artificiale, ad omnia vulnera  
antiqua, & contra ariditatem membroꝝ

M 4

## EVONYMI

rum & ad membra contracta. Rx galbani, amoniaci, masticis, myrrhae albæ, gummi elemi, bdellij ana 3 s. terebinthinae 3 j. s. vel ij. quod melius est, olei oliuæ H. ii. viridis æris 3 ij. s. puluerisentur omnia & imbibantur in aceto fortissimo per sex vel octo dies, post de stillentur per alembicum, primo die per bal neum Mariæ, post per arenam, & si vis fortius habere, & melioris saporis, tum adde subscripta, & fiat eo modo, quo supra. Rx storacis calamitæ, gummi hederæ, spicæ nardi, carabe, colophoniæ, tragacanthi, serapini, opopanax, ana 3 s. euphorbij 3 s. viridis æris 3 ij. terebinthinae H. j. Hoc balsamum curat omnia vulnera antiqua, in causa frigida & calida. Valet etiam contra ariditatem membrorum & contractionem, si inuncta fuerint cum illo balsamo.

Contra tremorem manuum, oleum de stillatum. Destillentur olei laurini, rutæ, & salviae ana partes æquales, pone post decem dies in vino potenti, & in alembico destillentur: cum aqua collecta, vngantur manus & pedes & membra tremula.

Aliud contra tremorem capitis. Res prescriptas Rx, & pone eas in aqua vitæ 14. diebus, postea per alembicum destillentur, & hac aqua vngantur tempora mane & sero. Vbi intelligendum est per res prescriptas non intelligi olea, sed baccas lauri, rutam & salviam.

Balla-

Balsamum destillatum ad vulnera & ulcera profunda. Rx terebinthinæ ℥. vj. olibani ʒ. Ligni aloës, masticis, ana ʒ j. caryophyllo-  
rum, cinnamomi, zedoariæ, nucis moschatæ,  
cubebarum, galangæ ana ʒ iii. olei oliuæ ʒ vj.  
misce & destilla lento igne, valet ad venena  
frigida bufonū, fistulas, & noli me tangere,  
& paralysim, & vulnera venenosa cum ten-  
ta. Est autem obiter hoc loco, ex Theophrasti  
Paracelsi opinione, monendum, balsama  
per destillationē præparata, minimè vulneri-  
bus esse imponenda, de quo iudicent alij.

Oleum efficax & expertum ad neruorum  
mollificationē, seu paralysim & ipsorū con-  
tractionē, spasmūmue, morbū comitiale,   
vel epilepsia, tremorē, omnemq; morbū fri-  
gidum, memoriā etiā auger atq; intellectum.  
Rx Galbani ʒ s. gummi hederæ ʒ v. terito, &  
alembico destillato, & cum ℥. j. sebesten  
commixta, denuo destillato, & occiput, cer-  
uicemq; somni tempore, cum eius momento  
linito, Fumanellus.

Oleum optimum ad omnes neruos & ad  
iuncturas, coxendicem vel sciaticam, chir-  
agram, podagram, arthritimque valdè cele-  
bre, corpore prius euacuato post morbi ini-  
tium, liniatur autem locus affectus ad ignem  
vel solem bis in die. Sume puerorū vrinā ad  
pondus ℥. xx. sulfuris ℥. j. calcis non extim  
etæ ℥. ii. trito sulfure atq; calce, cum vrina  
per palmum supernatante, omnia coquito,

M 5

## EVONYMI

donec in colorem peruererit viridem, & per  
colato, & partes crassiores fæcalésue denuo  
cum alia coquito vrina, hocq; ter, quatérue  
peracto, & donec vrina in suo exierit colore,  
ad mellis quod superest crassitiem coquito,  
& infrigidatum alembico destillato vitro,  
quodque primo in colore exierit aquæ, abi-  
cito, & quod secundo in solis colore, auctio  
igne, seruato. Idem.

Vnguentum ad neruorum intercisiones  
præstas, in quacunq; extiterint corporis par-  
te, inflationes discutiens, omnesq; durities,  
cancrum, ignem sacrum, omnemq; plaga-  
rum dolorem, & contusionem, & vna hebdo-  
mada plus operatur, quam quodlibet aliud  
per mensem. Medicus quidam gregalis mul-  
ta promittens, se plures sanasse professus est  
morbos, hoc vno medicamento, vlcera scili-  
cket neruorum quæcunq;, iuncturatum dolo-  
res, convulsiones, & tumores, & ut vno di-  
cam verbo, plura facere, quam scribi possint:  
cuius hæc est conjectura. Suman tur H. iii.  
ceræ nouæ depuratæ, macerentur in H. xij.  
vini albi potentiæ: cera macerata comprima-  
tur, manu ducatur, & in aliud proieciatur  
eiusdæ capacitatæ vas, cum vini pari pôdere,  
terq; alebico destilletur vsuiq; seruetur, Idæ.

Oleum ad cancrum & fistulam optimum,  
Ex olei antiquissimi H. ii. vel iii. destillati  
igne satis tenui, diebus duodecim, quodenim  
stillauerit, doloribus iuncturatum benefacit

& do-

& doloribus neruorum : quod vero resideret,  
vt fex in vasis fundo , cancris opitulatur , &  
fistulis , & admixta caphura perfectius opera-  
tur , Idem .

Aqua siue oleum magnæ efficaciæ ad vul-  
nera sananda . Rx terebinthinæ lotæ , florum  
hyperici , quantum libet , libani triti , olei oli-  
varū , butyri ana parū , alembico destillentur ,  
quodq; primo effluit , ad vsum reponito , igne  
que ad auctio , quod exibit vulnera sanat , Idē .

Oleum benedictū ad vulnera , Fallopij in  
secretis Italicis . Rx olei abietis , quod est spe-  
cies terebinthinæ clarissimæ ℥. i. albuminis  
ouorum per decoctionem induratorum , ex-  
tracto vitello , ℥. i. resinæ pini pinguis ʒ vj.  
gummi elemi ʒ ij. ponantur omnia simul in  
retorta perlutata , & fiat in cineribus destilla-  
tio , quæ 36. horis perficitur , & oleum quođ  
destillat colore est nigrū , quod ubi quieuerit  
rubescit obscurè . Hoc oleum à Fierauante  
quoq; est descriptum , qui tamen id ex oleo  
abietis & albuminibus ouorū tantum destil-  
lat , reliqua vero ,( inquit Fallopius ) ego addi-  
di . Et quo mitior fuerit ignis , eo oleum erit  
melius , vt ipse sum expertus . In vulneribus  
contusis , maximè capitidis , valet .

Balsamum artificiale ad sananda vulnera ,  
eiusdem . Rx terebinthinæ claræ ℥. i. s. olei  
laurini , galbani , gummi arabici , gummi he-  
deræ ana ʒ j. thuris , ligni aloës , galangæ , cas-  
ryophyllorū , nucis moschatae , consolidemino-  
ris cinnamoni , zedoarie , zingiberis , an. ʒ vj.

## E V O N Y M I

dictamni albi, storacis liquidę ana 3 iiij. musci  
orientalis, ambre ana 3 j. pistentur omnia, &  
ponantur simul, & in octo h. aquae vitæ in-  
fundantur, quæ quater fuerit destillata, stent  
que simul diebus octo, in retorta vitrea. Post  
octiduum in fornace venti, fiat destillatio,  
primò quidem igne lento, & sequetur aqua  
alba ut lac est. Vbi attentè animaduerteris,  
videbis paulò post, aquam fieri clariorem,  
tunc permuta recipiens, & aquam clarę seorsim  
collige: In hac aqua continetur oleum  
albicans, quod etiam est separandū & seruan-  
dum. Aqua hæc, dicitur aqua balsami, &  
oleum, oleū balsami. Post hæc prodibit aqua  
alia, albicans ut communis, quæ vbi nigresce-  
re cœpit, muta recipientem, & hæc vocatur  
aqua balsami secunda. Post augmēta ignem,  
& sequetur balsamum nigrum colore, cuius  
fumus fœret, vbi absolueris, separa aquam  
nigram à balsamo nigro, quæ hæret in fun-  
do vasis, & serua in vitro. Hæc temporis diu-  
turnitate fœtorem amittit, & fit odorifera.  
Prima aqua capiti inūcta, catarrhis prodest,  
surditati, lepræ, debilitati visus, vulnera mi-  
biliter sanat. Oleum balsami concusiones re-  
soluit subito, faciem decorat, iuuentutē con-  
seruat, & diuinū est in vulneribus penetrans-  
tibus, si inungatur, & in vino potū. Aquas e-  
cunda faciei docorem præstat, si semel in die  
ea lauetur. Balsamum tandem, naturale bal-  
samum facultatibus superat. Aqua nigra se-  
paratu

parata à balsamo, prodest omnibus vulneris  
bus à materia frigida, &c. Est in vniuersum  
res prætiosissima & certissima ad multos  
morbos.

Oleum magnæ efficaciae & potentiae, in  
consolidandis vulneribus, bonū & expertū.  
Accipias terebinthinæ ℥. ii. florum hyperi-  
ciz x. thuris triti ʒ ii. olei communis ʒ iiiij. bu-  
tyri recentis sine sale, ʒ iiiij. omnia commixta  
alembico destillentur, & quod prius stillat  
collige ad usum: quod vero in vasis remanet  
fundo, igneq; austro destillat, ad vulnera sa-  
nanda potentius est, Fumanellus.

Oleum optimum ad neruorum ac iunctus  
rarium dolorem, Rx olei de terebinthina ℥. i.  
gummi hederæ recentis ʒ vi. thuris, vernicis  
liquidæ limpidæ, utriusq; ʒ ii. omnia alembi-  
cico destillato, Idem.

Oleum, seu vnguentum ingeniu acuens,  
& memoriam augens, Fumanelli, Rx stœcha-  
dis, florum rorismarini, florum buglossi, flo-  
rum borraginis, florum chamæ meli, maios-  
tanæ, saluiæ, melissæ, violatum, rosarum ru-  
bearum, foliorum lauri, sing. ʒ i s. omnia in  
bocia optime lutata cum vini potentis ex  
Creta aut Rhetici, Græciue aut aquæ ardoris  
℥. iiij. diebus quinq; macerata destillentur,  
& destillato, addantur terebinthinæ optimæ  
℥. i. s. thuris masculi, myrræ electæ, mastis-  
ches, bdellij, gumi hederæ, sing. ʒ ii vernicis  
integræ ʒ i. mellis anacardi. ʒ iiij. tufa omnia,

## EVONYMI

& diebus quinq; cum prædicta destillatione  
macerata in vase operculato, denuo destilla-  
to, additoq; cinnamonū, caryophyllos, ma-  
cerim, nucem moschatam, cardamomum,  
grana paradisi, piper longum & rotundum,  
zingiber, xyloaloën, cubebas, de quocun-  
que ȝ j. tritam, moschi, ambari, viriusq; ȝ ij.  
omnia simul commixta destillentur ( post  
quam in vinum collecta in priori destillato  
diebus manserint quinq;) igne in principio,  
imbecilliori, aucto verò in processu. Usus est,  
ut hyeme semel in hebdomada, æstate autem  
semel in mense, capite prius loto, posteriore  
capitis pars & tempora inungantur.

Oleum benedictum ex inuentione Leonis  
hardi Fierauanti, quod super omnia alia,  
vulnera curat, eoq; nomine Benedictum  
est appellatum. Omnis generis vulnera cer-  
tò curat, sed capitis præcipue, cum fractura  
ossis aut panniculorum: & aliarum par-  
tium, maximè neruosarum, musculorum,  
venarum, partium nobilium, breuissimo  
tempore & tutissimè curat. Paratur autem  
sic. Rx: albuminum ouorum decoctione in-  
duratorum ȝ xij. terebinthine claræ ȝ xiii  
myrrhæ electæ ȝ iii. misce & in retorta de-  
stillat, primo quidem igne lento, ac deinceps  
magis magisque fortificando, ad finem de-  
stillationis perge. Post destillationem sepa-  
rato ab oleo aquam, & seorsim quodque  
diligenter serua. Hoc cuiuscunq; qualita-

tis aut conditionis vulnera, vti dictum est, perfectissimè curat. Prolongat præterea caecillos & deperditos breui tempore restituit & barbam quoque cadentem, inunctione. Dolores iliorum, & vires retentionem subito sanat, quia dissecat.

Oleum terebinthinae & ceræ, quod vehementer exiccat, & penetrat. Rx terebinthinae puræ & claræ ℥. j. semis, ceræ flauæ odoriferæ ℥. j. nucis moschatæ, caryophyllorum ana vnciam j. cineris communis, vncias vj. ponantur simul in retortam lutatam, & fiat lento igne destillatio. Post distillationem ponatur in bocia cum capitello & recipiente, ejusq; impone de lateribus tritis ʒ. iiiij. & rursus distilla, & habebis oleum coloris rubini, quod mirabile est in vulneribus nervorum: curat omnes catarrhos frigidos, prodest tussientibus, pectori inunctum, & alijs multis rebus, Falloppius in secretis Italicis.

Oleum contra podagrum, ex lib. manuscripto. Rx carpopalmami, xylobalsami, coraliorum tubeorum, piperis longi, nucis moschatæ ana vncias iiij. croci vnciam j. pinguedinis castorei, pinguedinis vulpis, seu castri de renibus, medullæ osium tibiarum asinæ ana vncias iiii. terebinthinae vncias vj. olei communis antiqui ℥. j. ceræ virginis ʒ. iiiij. vini Gregi veteris ℥. ij. ranarum aquaticarum viuarū numero xxx. succi summitatum cannarū, succi hederae muralis, quæ facit

## E V O N Y M I

grana crocea, succi rad. verbenæ ana 3 iiiij.  
pistentur omnia seorsim, & postea ponan-  
tur in alembico ad destillandum suaui igne.  
Prima aqua erit clara, & valet podagræ hu-  
midæ: tertia erit rubea & valet podagræ fri-  
gidæ, & recorderis quod ranæ debent poni  
viuæ in alembico, & hoc est probatum &  
expertissimum.

Oleum mirabile ad paralysem & contra  
ctionem nervorum, epilepsiam, spasmum, &  
ad omnem morbum frigidum, vel ex frigi-  
da causa generatum. Rx galbani 1*b. s.* gummi  
hederæ 3 iij. terantur & misceantur simul,  
& in vase destillationis ponantur, & aquam  
& oleum, quæ inde destillauerint, collige, &  
misce ea cum 3 j. olei laurini, & 1*b. s.* terebi-  
chinæ, & iterum destilla oleum & aquam,  
deinde separa oleum ab aqua, & oleum serua  
sicut balsamum, nam æquipolle in omni-  
bus virtutibus suis balsamo. Quidam posuit  
vnam guttam in fronte illius olei, & aliam  
in umbilico cuiusdam paralytici, & statim  
surrexit, ut stupidus: & fuit liberatus post  
horam in loco in quo fuit dolor ex vulnera  
& contractus nervorum inunxit, & liber-  
tus fuit patiens. Et in alijs ægritudinibus, di-  
uersimode probatur hoc oleum esse max-  
imæ efficaciam. Occipitum vngustum ex eo in  
introitu lecti, qui & in manæ 3 s. vuarum  
passarum comedat, subtiliat memoriam.  
Valet contra surditatem, & omnem mor-  
bum

bum ex frigida causa , & contra amissionem olfactus. Ex Breuiario Arnold. de Villa noua, cap. de paralysi.

Oleum multarum virium , maxime vero  
praestans in vulneribus , ex secretis Italicis  
Falloppij. Rx terebinthinæ claræ ℥. ii. olei  
lini ℥. i. resinæ pini , ʒ vj. thuris, myrrhæ,  
aloës, masticis, sarcocollæ, ana ʒ ij. macis, cro-  
ci, ligni aloës, ana ʒ ij. ponantur hæc omnia  
in retortam , destillentur primo lentissimo  
igne , & destillabis aquam claram , paulo  
post verò sequetur oleum rubicundum, tum  
augmenta ignem , semper magis magisque  
intendendo, ad finem destillationis. Quo faz-  
eto separa oleum ab aqua , & vt runque  
seorsim serua. Aqua succedente tempore  
rubescit , & oleum acquirit rubini colorem.  
Valet oleum vulneribus, præcipue vero parti-  
tum neruosalrum , ossium , venarum , citò  
enim vnit hæc & consolidat , & sine dolore.  
Hoc solo oleo curaui iuueniem scholarem  
quatuordecim vulnera habentem , ex qui-  
bus octo erant mortalia & omnes suturam  
requirebant , & fuit spacio tredecim dierum ,  
in integrum restitutus.

Modus parandi oleum , qui mirabiliter  
valet in curandis cuiuscunque generis vul-  
neribus, ex eodem. Rx terebinthinæ ℥. i. thu-  
ris , masticis , myrrhæ , sarcocollæ ana ʒ ij.  
aquaæ vitæ ʒ viij. ponantur omnia in retor-  
tam lutatam luto sapientiæ , & destillentur

N

## EVONYMI

in cineribus. Post destillationem separa oleum ab aqua, & utrumque serua seorsim in vitro. Curat & consolidat breuissimo tempore sine dolore omnia vulnera, praesertim capitis, claudendo eo vulnus, & in superficie imponendo, prohibet eorundem putrefactionem, & a corruptione defendit, id quod nullies est probatum.

Balsamum artificiale ad cicatrices : Si ex iectu manserit signum magnum in facie, vel alibi, cum sequenti balsamo potes cicatricem remouere, non totam quidem, sed ne videatur tanta, & appareat modica. Rx mastices 3 j. corticum granatorum dulcium, gummi arabici, ana 3 s. croci 3 ij. cyperi 3 j. canopobalsami 3 s. aloës 3 x. thuris 3 j. myrræ 3 j. terebinthinæ abietinæ 1 h. s. olei olivæ sum antiquissimi 3 j. terenda tere, miscet in cornuta vitrea bene lutata, & gradatim destilla. Et postea receptorium bene sigillatum pone in balneo vel fimo diebus x. tum extrahe & vtere. Praestat eadem, quæ balsamum, ad omnem probationem.

Balsami confectio, quod balsamum Græcum dicitur, ex Tarquinio Schnellenbergio. Rx turbiti. 3 ij. s. rhabontici 3 iiiij. rhabarbari 3 j. s. piperis longi, caryophyllorum ana 3 ij. zingiberis 3 j. 3 ij. zedoariæ 3 j. s. & drach. ij. nucis moscatæ 3 vij. cardamomi 3 j. s. 3 ii. cubebarum drach. viij. cinnamomi 3 iij. rad. pimpinellæ 3 j. anisi vncias vj. sacchari candi 3

di 3 iiiij. 3 ij. puluerisentur singula seorsim, postea accipe olei oliuarum ℥. iiiij. olei linii ℥. j. succi absinthij ℥. f. Calefiant olea primum, postea adde pulueres, ita ne nimium incalescant. Postea destilla in cucurbita vitrea tribus vicibus.

Aqua reputanda secreta, quæ delet vestigia, & dealbat cutim, & aufert pannos, rugas, & lentigines, & claram & splendidissimam reddit faciem, Bertapalia. Et terebinthinæ benè claræ ℥. ij. & de ea facias aquam per alembicum, & deinde ei quod destillatū fuerit ex illa terebinthina, misce ista puluerisata. Et masticis electi 3 f. thuris albi 3 iiiij. tragacanthi 3 f. & omnia simul bene misce cum prædicta aqua, pone in alembico, & destilla aquam cum facilis igne, & quod fluit serua in ampulla. Et postea axungiæ porcinæ colatæ per pannum spissum ℥. j. zingiberis electi 3 j. caryophyllorum 3 ij. nucis moscharæ numeri iiiij. cinnamomi electi, euphorbijana 3 f. spicæ nardi 3 ij. cubebarum drach. semis, camphoræ drach. iiiij. omnia subtiliter puluerisa, & misce benè cum dicta axungia. Item.

Et mercurij crudi ℥. iiiij. argenti fini 3 j. & fac argentum subtiliter limare, deinde incide, & cum dicto mercurio misce, & de istis duobus fac argenturā, tum incorpora benè omnia cum mixtura axungiæ, & pone in vesica vitrea, & alebico superposito destilla lenito igne in principio, & in fine da fortiore, &

E V O N Y M I

quod destillaueris serua. Postea Rx de prima aqua terebinthinæ ℥. f. & de ista alia, mixta cum axungia ℥. j. & istas duas simul bene misce, & serua in vase vitro. Cum autem mulier vti voluerit hac aqua, abluat primo bene faciem, cum aqua decoctionis furfuris, deinde tergat benè faciem, & dimittat per horam, & fiet ibi magna albedo, & durabit per multos dies.

Oleum balsami vices gerens ex lib. manuscripto. Rx terebinthinæ electæ ʒ iij. rad. consolidæ mai. & symphyti petræi, per tabellas incisarum ℥. j. cort. rad. vimi ʒ vij. foliorum arbuti, caudæ equinæ, millefolij, & herbz iudaicæ ana M. ij. dactylorum maturorum, cum suis nucleis parum contusis, paria x. gtimmi elemi ʒ f. myrrhæ electæ, belzoimi, & styracis calamit. ana ʒ iiij. thuris, masticis ana ʒ iiiij. nucis mosch. ʒ jj. f. lumbricorum in vitro rubro diligenter lotorum ʒ jj. f. ros. rub. spicæ nardi, & flor. hypericonis ana pugill. j. folliculorum vimi cum suo liquore num. ii. oculorum tauri in puluerem redactorum ʒ iiij. reponantur omnia in alembico vitro diligentiss. tecto, deinde lento igne destillentur. Primo tenuis liquor educitur. Secundo oleum, balsamum viribus representās, quod est efficacissimum ad vulnera recentia glutinanda, & sinus carne implendos, aut etiam ad alia ulcera magna, ad dolores veteres, & ad alia permulta. Est autem id oleum vase diligens

diligenter tecto reponendum , ne virtus  
exhaleret.

D E B A L S A M I S N O N  
destillatis

**O**Leum balsamum referens, ad omnes plagas, ex libro manuscripto. Rx florū & herbarum hypericonis quantum voleas, repone in ampullam vitream, quam repleas oleo communi, deinde repone ad solem per xv. dies, quo factō adde dimidium cyathi vini albi, & per xv. aut xx. dies repone in simo equino , è quo vbi abstuleris, cirsundetur fœno, & adjiciantur myrrhæ, masticis, terebinthinae venetæ , resinæ ana 3 ij. pro quantitate olei faciendi, omniaque sint puluerizata, deinde claudē ampullam, ne perspirare possit , & ponas in lebete aqua pleno super ignem, bulliatque per aliquod tempus, & postquam satis ebullierit, colla per pannum stamineum, & fæcem abijce, & oleum reserua in ampulla , quod quo fuerit vetustius, eò maioris est efficacie, cum uti volueris, modice calefacias.

Aliud pro plagis. Rx gummi hederæ & myrrhæ ana 3 j. gummi elemi, colophoniæ, thuris, masticis, storacis calamite, ligni aloës, croci, sanguinis draconis ana 3 f. sarcocolla, ammoniaci, opopanaxis, bdellij, amicti ochie longæ, castorei , gummi arabici , nutr. mo-

N 3



## EVONYMI

schate, caryophyllorum, gallarum ana drach.  
j. ladani, styracis liquidæ ana vnciam semis,  
aquaæ vitæ vncias iiiij. terebinthinae ff. j. olei  
antiqui lib. ij. olei perforatæ cum simplici  
flore, lib. semis, omnia fiant, ut decet, in bal-  
neo Mariæ.

Balsamum bonum multarum virtutum,  
peculiariter vero vulnera consolidat recentia,  
sine vestigijs cicatricum, mundificat os-  
culos, conseruat carnem à putrefactione, &  
mirabiliter valet ad inflationem iunctura-  
rum, & ad dolorem podagræ calidæ, ex lib.  
manuscripto secretorum Italico. Recipelis  
quorem vesicarum ulmi, & cola eum cum  
panno lini, & pone in vase vitro in arena  
per dies quindecim, & cola de tertio in ter-  
tium, postea fac stare eū per duos menses in  
sole, & nota quod fieri debet à medio mensis  
Martij, usque ad medium Iunij.

Aliud. Recipe olei oliuarum vncias iiij. pi-  
cis albæ vnciam j. galbani drachmā semis, li-  
quefiant omnia cum olei vitrioli Romani  
drach. j. cum olei papaveris albi vncijs iiiij.  
cum olei amygdal. amararum vncijs iiiij.  
cum olei olibani vncia j. puluerizentur &  
misceantur simul, Incert.

Aliud ex Fallopij secretis. Accipe suc-  
cum porri, succum mentæ, pone in ampuli-  
lam, & diebus canicularibus insolentur, en-  
tus optimum balsamum.

Aliud

Aliud Tarquinij Schnellenbergij. Recipe masticis, olibani, ana drach. ij. ammoniaci drach. j. galbani drach. iiij. bdellij drach. vj. opopanacis, drach. j. ladani vnciam semis, assæ fœtidæ vnciam j. semis, drach. iiij. gummi hederæ drach. ij. gummi arabici drach. semis, terebinthinæ vncias ij. semis, camphoræ vnciam semis, olei oliuarum lib. ij. dissoluantur omnia in cacabo igne lento, fortiter agitando, postea adde viridis æris minutim triti vnciam semis, bulliant parum ad coloris in viridem mutationem, postea expime per pannum, & serua in vitro, & obtura bombace.

Aliud quod recipit omnia ea quæ ad verum balsamum requiruntur, penetrat facillime omnia vulnera, & quibuscumque accommodatur, quam citissime sanat. Et resinæ albæ drach. ij. dissoluatur in vino bono, postea per pannum lineum exprimatur, expressio coquatur ad vini consumptionem: postea accipiatur olei oliuarum lib. i. in quo dissoluatur iuxta lentum ignem resina, postea accipe gummi ammoniaci, galbani, opopanacis, ana ȝ j. gummi elemi ȝ ij. quæ omnia permisce tandem, quod satis sit.

Aliud eiusdem. Et galbani, ammoniaci, bdellij, ana ȝ semis, myrræ, masticis, olibani, ana ȝ ij. terebinthinæ vncias ij. viridis æris vnciam semis, olei oliuarum lib. j. s. gummæ per triduum in aceto vini macerentur,

ut cooperiantur ab aceto, postea decoquantur cum oleo, in olla inuitreata, ad acetum consumptionem, postea sola per pannum, & fortiter exprime, tum viride aeris subtiliter puluerizetur, & diligentissime cum oleo oliuarum teratur, & expressioni addatur, ubi iustum viriditatis colorem acceperit, in vitro serua.

Aliud ad omnia recentia & antiqua vulnera, praecipue ad capitum usum. Rx terebinthinae 3 xii. gummi clemi 3 v. resinae, 3 iiiij. liquefiant simul, & ubi erunt liquefacta, ade pulueres sequentes, aristolochiae longae 3 ii. sanguinis draconis 3 iiiij. & fiat massa.

Balsamum non destillatum ad omnia vulnera & vulnera, & pro tentis faciendis, mundicat & sanat. Rx oleorum terebinthinae de lino, amygdalarum dulcium, rosarum ana 3 j. oleum rosarum bulliat in vitro, cum viridi aeris, quantum cultri cuspide caperes, & cum bullierit modicum, sola per pannum tunc misce cum reliquis oleis.

Aliud. Rx 3 j. terebinthine, succi limonum maturorum 3 ij. ponantur in cyathum, & ignis excitetur ita, ne attingat cyathum, & decoquantur ad unciae unius consumptionem, postea accipe parum cum spatula ferrea, & lapidi frigido guttas instilla, donec coloris rubri fuerit, & hoc utere tanquam perfracto balsamo, Fallopius.

Ad neruorum puncturas atq; vulnera, Inter-  
cert. Rx resinæ pini ȝ ij. olei communis ȝ j. s.  
terebinthinæ ȝ j. fundantur omnia simul, co-  
lentur, post addatur thuris, masticis, ana ȝ j.  
gummi elemi drach. ij. applicetur calidum in  
bombace.

Descriptio balsami in vulneribus ossium.  
Theophrasti Paracelsi. Rx axungiæ de muc-  
mia, succi hypericonis, centaurij, sophiae ana  
ȝ vij. liquoris myrrhæ, masticis, thuris ȝ s.  
lithargirij præparati de liquoribus centau-  
rij, \* trebanæ, spicariæ, patonicæ ana ȝ j. olei  
de baccis lauri ad pondus omnium, reduc in  
balsamum.

Oleum compositum, experientia certa cō-  
probatum contra venena, Leonhardi Fiera-  
uanti. Rx olei communis antiquissimi, tib. j.  
aloës hepatici, rhabarbari, spicæ nardi, myrr-  
hæ, ȝ iiiij. tormentillæ, dictamni albi, gentia-  
næ, bistortæ, consolidæ maioris, rubiæ tin-  
ctorum ana ȝ iiiij. theriacæ, mithridatij ana ȝ  
iiiij. scorpionum viuorum numero sexaginta,  
primo scorpiones decoquantur in oleo qua-  
tuor horis, postea adde reliqua, & ebulliant  
in balneo horis quatuor, postea colato & co-  
laturam in vitro seruato diligenter. Utendi  
modus est talis: Si cui venenum esset propria-  
natum, statim hoc oleo est inungendus, & ȝ  
ij. eius sunt per os exhibendæ, cum aceto al-  
bo, idq; mane & vesperi, & curabitur à quo-  
cunque veneno, excepto sublimato, aut ada-

N 5

## EVONYMI

mante quod mineralia hæc sint.

Oleum optimū , quo mediante scrofulæ nouæ & recentes in pueris specialiter, citò sa- nantur, ex Breuiario Arnoldi de Villa noua. Ex radicis tarsi & rhaphani an. 3j. olei cōmu- nis veteris 3 ij. ponatur hoc oleum ipsiſis radi- cibus tritis in eo positis, in ampulla, vel in va- se aliquo , & illud vas in caldario aqua pleno bulliente, ponatur sic, quod semper in ipsa a- qua iaceat, quo vſq; medietas ipsius aquæ co- sumatur, & de hoc tepido oleo ij. vel iiiij. guttis instillentur in aurē patientis, in illa parte ubi sunt scrofulæ , & hoc fiat pluribus vicibus. Et si propter illud oleum , auris fuerit calefa- ſta, vel tumuerit, ita quod aliqua putredo ex halare incipiat, ſciās tunc quod ſolum ponen- do ſic qualibet nocte parum de illo oleo cali- do in ipsa aure , curari poterunt huiusmodi scrofulæ , & earum materia per illam eu- cuabitur : & tunc cum eo inſiſte, ſecundum modum prædictum , quo uisque patiens fue- rit liberatus. Si verò auris non intumuerit, vel aliq[uid] non emiserit, tunc alijs remedij utaris.

Oleum ſue liquor quidā magnus Leonh. Fierauanti , diuersarum facultatum. Ex olei communis †b. xx. vini albi lib. iij. decoquan- tur ſimil ad vini conſumptionē. Postea po- nantur in vas terreū in uitreatū, optimè clau- ſum & duorum cubitorum latitudine ſub ter- ram defodiatur, ibi q[ui] per mēſes ſex relinqua- tur,

tur: tempus autem quo defodi debet sit dies  
 j. vel ij. mensis Augusti, & rursus extrahatur  
 mense Februar. & erit oleum, tanquam si esset  
 vetustissimum, 50. quasi annorum. Cum sub  
 terrā abscondere volueris, imponas ei sequen-  
 tia, florū rorismarini lib. iij. ligni aloës 3 vj.  
 thuris, bdellij ana 3 x. Postquā ē terra extra-  
 xeris, Soli exponatur, & addantur hęc, saluig,  
 rorismarini, rutę, betonicę, millefolij, radicis  
 cōsolidae maioris, tamarisci, viticellae, ana M.  
 j. galangę, caryophyllorū, nircis moscatae, spī  
 cę nardi, croci ana 3 i. sarcocolla, sanguinis  
 draconis, masticis ana 3 ij. aloës hepatici, resi-  
 næ pini, ana 3 viii. picis græcae lib. j. ceræ fla-  
 uę, axungię porci ana 3 xvii. hyperici cum  
 semine lib. ij. musci. 3 j. misceatur simul, deco-  
 quātur in balneo, vsq; quo herbæ exiceantur,  
 tū extrahe ē vase, & per pannum cola, eiq; ad  
 de balsami artificialis nostri, pro omni lid. j. 3  
 vj. In mense verò Septemb. huic adde lib. ij.  
 fructus herbę balsaminę rubę, & habebis li-  
 quorem magnū paratum, seruetur in vase ne  
 respiret, & quo fuerit vetustior, eo est melior.  
 Sanat hepticos & hydropicos, exhibedo sem-  
 per mane 3 iiiij. cum 3 j. syrapi rosati, calidę, &  
 diebus 40. curantur. Hoc liquore curātur pe-  
 techiae, si inungantur. Sanātur eo breuissimo  
 tēpore vulnera venarū, netuorū, ossiū, vntio-  
 ne, te instillatione calida Curat prætreata tinea,  
 capiti inunctus. Capitis refrigerationi, & ca-  
 tarthrosis cōfert, si naribꝫ inungatur, mane &

## EVONYMI

sero, odor enim eius dissecat, & consumit corruptionem humorum in capite, & stomacho. Si inungatur stomachus eo, digestionē cibi promouet, vrinam retentā à carnositate, aut gonorrhœa, aut alia quauis de causa mouet. Pilos crescere facit, barbam conseruat nigram, & valet contra vermes. His omnibus dictis iam morbis succurrit, ut experientia est cognitum. Cæterum nocet vehementer doloribus à morbo Gallico excitatis.

Oleum secretum, & expertum ad crura ex ulcerata, omniaq; vlcera, tam antiqua, quam noua, præter ea quæ sunt capitis. Valet & ad cancrum, & fistulas: quod habet. Rx apij, rosmarini, millefolij, plantaginis, absinthij, sing. M.j. saluiæ, rutæ, tarsi barbati, chelidoniæ, lanceolæ, sing. M.ij. sepi castrati, 3 j. s. herbæ laurentiæ, florum omnium mensiū, sing. M.iiij. olei communis 1/2.ij. resinæ terebinthinae 1/2.ij. galbani 3 ij. succi hederæ, quæ in arboreibus reperitur, 3 ij. s. aluminis rochæ 3 j. s. resinæ pini 1/2.ij. viridis æris 3 ij. thuris, dia chylonis, theriacæ, sing. 3 j. gentianæ, aristochiæ rotundæ, vtriusq; 3 j. s. vitrioli, tartari, agarici, salis vsti, sing. 3 ij. succi pulicariæ 3 iiij. rad. iridis 3 j. sarcocollæ 3 s. minij, pulueris plumbi 3 iiij. ex herbis omnibus succus extractus, in vase æneo condatur cum rosaceo, resina terebinthina, & galbano, coquaturq; donec succus consumptus fuerit, continuè agitando, cum rudicula, seu spatula ad ignem carbos.

carbonum: post percoletur, & addatur viri de æris tritum, continuo agitando, donec frigescat, quæ & in aqua ardenti decoqui possunt, seruetur autem in vase vitreo. Fumnellus.

Oleum pretiosum, auroq; comparandū, quoniam omnia sanat crurum mala, & incisos neruos, carnem creat, & vlcera conglutinat, dolorem remouet, fistulam curat, cancrum, omniaq; antiqua vlcera, præter ea que capit is sunt. Mense Maij sumātur apij M. j. rosmarini tantundē, salviae atq; rutæ vtriusq; M. ij. herbæ, quæ a vulgaribus laurentia appellatur, florum omnium mensum, vtriusq; M. iii. tapisi barbati, lanceolæ, chelidonij, sing. M. ij. absinthij M. j. olei com. ℥. ij. resinæ terebinthinæ ℥. j. galbani ʒ ij. resinæ pini ℥. ij. viridis æris, aut diphrygis triti ʒ ij. ex omnibus herbis succum percolato cum oleo, resinaq; terebinthina, semper commouens, ad succorum consumptionem, ad ignem carbonum coquito, & cocta cibrato, additoq; vi ride æris commotum, donec ab igne depositum refrixerit, & usi in vase seruetur vitreo, bene clauso.

Balsamum artificiale citra destillationem factum, valet ad vulnera, curat ea sine puris generatione, paralyticis membris confert, & sanguinem fistit, & aquam, quæ ex vulneratis articulis emanat: ex lib. manuscripto Germanico cuiusdam Empirici, ℥ rhabarbari ʒ

## EVONYMI

ij. scindatur in taleolas, huic adde campho-  
ræ 3 j. s. ponantur hæc in scutellam è stanno,  
quibus affunde cyathum cōmunem olei oli-  
uarum, & insoletur diebus 14.

Balsamum expertum aliud, ex eodem li-  
bro. Ex vitrum quod semimensuram capiat,  
repleatur spica nardi, & affunde dimidiam  
mensuram olei communis boni, stent per  
mensem in loco calido, semper agitando.  
Postea adde olei violacei vncias ij. olei spi-  
cæ tantundem, olei camomelini, olei rosacei  
ana 3 ij. commisceantur omnia, & per men-  
sem stent.

Aliud non contemnendum eiusdem. Re-  
cipere galbani, ammoniaci, bdellij, singulorum  
3 s. myrræ electæ, masticis, thuris albi, ana  
3 s. infundantur omnia per triduum in ace-  
to fortissimo, & dissoluantur: deinde ponan-  
tur in pelum intus vitro obductum, & car-  
bonibus imponatur sine flamma, ijsque ad-  
iace terebinthinæ 3 ij. & olei communis 15.  
ij. s. decoquantur simul, agitando, donec fæ-  
ces fundo adhærent. Quo facto, adde viti-  
dis æris triti 3 s. & ab igne depone, & refri-  
geratum ubi fuerit, coletur per pannum &  
seruetur in vitro. Valet ad omnia vulnera, ma-  
defactis licinijs & impositis.

Aliud Balsamum nobile. Ex lib. s. olei com-  
munis, cui commisce violas in vitro, & inso-  
lentur, & idem facito cum floribus genista,  
& eiusdem folijs. Post accipe galbani 3 ij. s.  
bdellij,

bdelliij, ammoniaci, myrræ ana 3 s. masti-  
cis 3 ij. gummi omne in aceto dissoluatur, po-  
stea accipientur flores, cum suis oleis, & co-  
lentur in ollam inuitreatam, & eam carboe-  
nibus impone, & ubi oleum incaluerit, ad-  
iace terebinthinam calefactam, & gummina  
dissoluta continuo agitando ne adurantur,  
cauendo ne exunderet. Tum accipe viridis æ-  
ris triti subtiliter 3 s. aut drach. vj. & impo-  
ne, rursus igni admouenda, postea serua in  
vitro.

Aliud ad membra contracta, Theophrasti.  
Ex terebinthinæ destillatae ℥. j. gummi gal-  
bani, diptamni ℥. s. misce, & adde olei lau-  
rini 3 i. fiat balsamum, cum quo inungan-  
tur membra contracta, per menses multos.  
Item oleum benedictum mixtum cum pin-  
guedine taxi, & eo vngantur membra.

Aliud eiusdem ad vulnera. Ex olei oliuæ  
℥. j. hypericonis, betonicæ, centaurij, pru-  
nellæ, ana M. j. contundantur & miscean-  
tur, destilletur ad solem per æstatem, deinde  
exprime, & serua: nobilis non extat ad vul-  
nera, nam curat sola inunctione mane & se-  
ro, sine omni alio medicamine, humores  
expellit, & omne contrarium, plus quam  
dicendum est, & quæcunque factu sunt  
impossibilia, huius beneficio perficiuntur:  
pro omni incarnatione, consolidatione, tam  
in fracturis, quam contusionibus & simi-  
libus,

## EVONYMI

## DE OLEIS EX

## floribus.

**O**leum de spica fit, si maceretur in vino, & destilletur, primo oleum sequitur, cum alioquin aqua destillatione (in arena puto) separetur. Renibus inunctum, gonorrhœam sanat. Amicus quidam uxori suæ sub inde valetudinariæ, olei de spica destillati guttas ij. ex vino propinavit, babit illa, & de vita periclitata, multos lumbricos excreuit.

Oleum de spica nardi vulgari, quod ex Gallia affertur, Brassauolus commendat; inceptius verò esse ait, quod in Italia quidam ex lauendula parant: id, inquit, nonnulli balsaminum vocant, & pro opobalsamo vtuntur. De oleo de spica quo balsami loco vtuntur plerique, eiusque facultatibus, dictum est supra.

Oleum de floribus verbasci fit, floribus contritis, positisq; in vitro bene obturato ad solem, per quinq; aut sex septimanas: hoc oleum utile est ad guttam in membris, vulgo gſüchte. Curat etiam vulnera recentia, & si temperetur oleo oliuarum, ad multa utile rit. Oportet autem flores cum siccii fuerint colligere.

Oleum factum ex floribus rapsi barbari cum oleo & vino, soliq; expositum, vel in duplice vase decoctū, sicut oleum hypericonis, valet in dolore sciatico.

Oleum hyperici calidum est & siccum,  
stipti-

stipticum, ob id vulnera incisorum netuorū,  
& combustionem ignis consolidat: sedat do-  
lores femoris, & vesicæ, & vrinam mouet.  
Confectio eius hæc est, ex Adami Leoniceri  
naturali historia. Rx summitatū hyperici iam  
iam murexentis ʒ iij. macerentur in vino  
odorifero diebus tribus, bulliant deinde in  
vase dupli, obturato orificio vasis: hinc ex-  
prime & recentis hyperici par pondus ini-  
ce, & iterum macera, & coque, & exprime,  
idque tertio facito, & si vinum minuatur,  
aliquid adde: Rx deinde terebinthinæ claræ ʒ.  
iij. olei veteris clari ʒ vi. coquantur in vase  
dupli ad vini consumptionem, postea ex-  
prime, & à sedimento purgatum oleum re-  
pone.

Oleum hyperici Iohan. Tanwyler iunio-  
ris, Chirurgi Augustæ. Rx florum hyperici ʒ  
iiij. infundantur in vino rubro per dies 14.  
postea bulliant modicum, & alia vice ponan-  
tur, florum hyperici ʒ iiij. olei optimi 15. s.  
stant rursus octo dies infusa, deinde cola &  
adde succi millefolij. ʒ ij. vermium terrestriū  
ʒ ij. terenbinthinæ ʒ j. & s. croci ʒ s. mastiches  
ʒ vij. myrræ, olibani ana ʒ ij. opopanaxis, sa-  
cocolæ ana ʒ ij. s. rubiæ tinctorum ʒ iiiij. bul-  
liant omnia ad consumptionem vini & suc-  
ci, fiat oleum secundum artem.

Oleum hypericonis compositum, Leons-  
hart. Fierauanti, valet mirabili modo in vul-  
neribus, maximè partium nervosarum, con-

O

## E V O N Y M I

Solidat, & cicatricem inducit sine vestigio.  
Qui febre pestilentiali fuerit affectus, vnguis  
toto corpore, hoc oleo, curatur. Hypericum  
consumatur cum folijs, ramulis, floribus &  
radicibus, & in mortario contundatur, po-  
stea vino optimo maceretur una cum oleo  
communi, ut cooperiatur herba, & in Sole  
stent Iunio & Iulio mensibus. Postea acci-  
pe hypericon cum seminibus maturis, tur-  
sus in mortario contundatur, & in oleo com-  
muni infundatur: quantitas autem hyperi-  
conis sit, primo ℥. ii. & postea cum semini-  
bus similiter ℥. ii. & omnibus in bocia vi-  
trea positis, adde terebinthinæ ʒ. vi. croci  
drach. iiiij. myrræ uncias iiij. nucis moschatae  
uncias iiij. viticellæ uncias v. betonicae, mil-  
lefolij, rosarum, ana uncias iiiij. Quibus om-  
nibus in cucurbita existentibus, olei com-  
muni quantitas sit ℥. x. Vbi igni appli-  
cueris, tum adde ceræ flauæ, resinæ pini, ana  
ʒ. vij. in balneo Mariæ decoquantur, cum suo  
capitello, & recipiente optime obturato. Si-  
gnum autem perfectæ decoctionis est, quan-  
do nihil amplius destillat, id quod viginti cir-  
citer horis fit: iunc extrahe bociam & ad-  
huc calidum colato, & in vitro serua dili-  
genter. Usus eius est, ut sit calidum, &  
vulneribus tantum in superficie impone,  
&c.

Oleum hypericonis multis licet fiat mo-  
dis, hic tamen est perfectissimus, ex Fallopis  
pijse

pij secretis Italicis. Accipe bdelliij, opopanaxis, galbani, serapini, gummi elemi, ana drachmam j. terebinthinae, resinæ pini, masticis, ana vnciam j. vermum terrestrium vi no ablutorum vncias ij. antimonij, florum & foliorum hypericonis, plantaginis, virtusque consolidæ, virtusque centaurij, millefolij, caudæ equinæ, ana 3 iij. ponantur omnia in vas vitreū cum oleo communī, aut, quod melius est, rosato, ut cooperiantur, & ponantur ad Solem per dies quindecim. Postea in retorta, lento igne extrahatur primo aqua, ac tandem fortiori igne, & permuto recipiente, colligatur oleum. Post destillationem peractam, aqua & oleum simul ebuliant per horæ spaciū. Postea accipias rubiæ tintorum vnciam vnam, granæ finæ vnciam semis, croci drachmas ij. & florum hypericonis Manipul. & in priore vase, quo insolatae sunt, coniungantur. Ex his si volueris oleum pretiosissimum parare, defode in terram per menses sex, tum habebis oleum ad omnia vulnera utilissimum: dolorem sedat vulnerum, exiccat, abstergit, confortat, & præcipue vulneribus nervorum vtile est. Usus est eius, ut calidè apponatur.

Eiusdem authoris compositio alia magistralis, pro vulneribus. Olei communis, dulcis, & grati saporis quantum placuerit, in eo maceretur hypericon cum floribus

O 2

## EVONYMI

bus & seminibus tandiū, quoad oleum rubrum colorem contraxerit, postea his addeterebinthinae 3 j. pro libra olei, nucis moschatæ, croci, belzoitni ana 3 j. pro olei 1 lb. j. axungiae porcinæ 3 ij. millefolij, ros. rub. consolidæ maioris, cuminii, ana 3 j. s. pro olei 1 lb. i. vini optimi 3 ij. pro 1 lb. olei, stent hæc in infusione per mensem, postea in circunbita vitrea decoquantur in balneo ad consumptionem vini, & herbarum exiccationem, tum colato, & seruato in vitro optimè clauso. Hoc oleum mirabile est in vulneribus, si calidè cum petia imponatur. Valet contravena, & petechias.

Oleum ex floribus mali arantij. Ex seminum melonum benè contusorum q. u. horū pars ponatur in vasculo vitreato, aut vitro, ac superponantur flores arantiorum, tum rursus cooperiantur seminibus melonum. Quibus factis, stent per diem, crastino flores abijciantur, & seminibus, recentes flores, predicto modo addantur. Sicq; singulis diebus flores permutentur. Tandem semina, florum arantiorum facultatibus & odore imbuta, in sacco lineo, aqua rosacea prius madefacta exprimantur, & oleum seruetur.

Oleum ex floribus rosarum Damascenarum, Ex amygdalarum cultro excorticatis q. u. secentur in partes, & fiat, ut cum oleo ex floribus arantiorum dictum est, & postea oleum exprimatur,

Oleum

Oleum ex floribus iasmini, fit eodem modo, quo præcedens.

Oleum rosatum ex insolatione fit ad hunc modum, ut docet Rogerius Tract. 4. cap. 8. Accipe flores rosarum viridium, & repleatur phiala floribus & oleo, ita quod pro lib. j. rosatum, sint duæ lib. olei, obturetur vas & exponatur Soli per dies 40. & singulis diebus moueat se mel. Post huiusmodi decoctionem, coletur per pannum album, & oleum super aqua frigidam proiecitur, & moueatur cum virga corili excoriata, & iterum ponatur in aliam aquam frigidam & moueatur, & ita fiat decies, ex ista enim lauatura maiorem acquirit frigiditatem, & minorem siccitatem. Quare magis infrigidat & humectat. Itē ponatur in phiala vitrea & apponatur Soli, usque quo humiditas quæ poros intrat consumatur. In frigida regione, ubi ex lento calore aëris non potest decoqui, ponatur in vas plenum aqua, & bulliat per ij. vel per iij. dies ad tertiam partem olei: & si non habeas oleum olivarum, extrahes oleum de nucibus recentibus excorticatis, & fiat oleum rosaceum: vel excorticentur nuces veteres, & infundantur per duos dies in aqua frigida, deinde extrahatur oleum. Vnde dico quod lac nucum recentium, potest dari febricitantibus continuè, in frigida regione, sicut lac amygdalarum in calida. Specialia huius olei sunt: si fiat inunctio febricitantibus conti-

## EVONYMI

nuè, vel interpolatè, circa frontem & tempora, & volas manuum, & pedum, & super venas pulsates, dolorem reprimit, calorem alterat, somnum inducit, sed hoc non debet fieri die critico, ubi speras de vniuersali vel particulari. Singulare, terantur vitella ovozum cum oleo rosaceo, & fiat emplastrum super regionem hepatis, vel super ignitum apostema, una vel altera appositione, dolorum mitigat, & fumositatem & acumen materiae obtundit, locum decumescere facit, ruborem à loco remouet. Item mixtum cum æquali pondere succi plantaginis pro clysterे in dysenteria: potenter vulnera cicatrisat, dolorem mitigat reprimendo materiam.

Hæc modo posita olea, licet citra destillationem, sed vel per expressionem, vel insolationem parentur, omittere nolui, quod nūm faciles, tūm verò egregij & industrij videantur modi, & olea sic parata, ad hominū utilitatem sint comparata.

Oleum violaceum è violis, eodem modo fit, quo oleum rosaceum (ex Rogerio) & ad eadem valet ad quæ rosaceū, sed hoc insuper laxatiuum est, cum aliud sit constrictiuum. Si cum æquali pondere succi mercurialis per clysterem iniiciatur, in acutis, continuis, & interpolatis, suauiter emollit intestina, & suauiter superfluitates expellit, Rogerius.

Olcum ad faciei maculas quas lentigines voca-

vocamus. Et florū rorismarini quantitas debita, & in vitro vase recondito, sub fimo à pluia tuto, diebus triginta seruetur, quod queliquatū erit, soli diebus nouem exponatur, puluere polypodij commixto, quantum tribus digitis capi potest, de quo singulo die per mensē sumatur.

Oleum ex floribus rorismarini non distillatum, sit secundum sequentem modum ex libro quodam manuscripto Italico meo. Florum rorismarini, accipias bonam quantitatem, & pone in ollam fortiter comprimen do cum bacculo. Post superaffunde olei oliuarum quod satis est, ut aliqua pars ollæ vasea relinquatur, tum clade diligenter ollam cum pasta, ne quid respiret. Quo facto sepi liatur in fimo benè calido, non ex feno facto, ita ut super se habeat trium digitorum al titudine fimum, per dies quadraginta, tum extirhe & serua. Cum usus eius fuerit colato oleum. Valet doloribus lumborum, ischij, brachiorum, & aliarum partium. Est ad hunc modum paratum, à comite de Alta Villa.

DE OLEIS BX<sup>o</sup> 8 E=

minibus.

**Q**uoniam ut aromata quædam, ita omnia vmbelliferarū herbarum semina ferē, constant magna ex parte, calida, tenui, & aërea substantia: ideo necesse

O 4

## E V O N Y M I

est, aliquid de oleaginosa substantia habeat,  
Nam talem habet mixturā propemodum o-  
mne oleum. Destillantur autē ex seminibus,  
tam calidis quam frigidis olea, hoc modo.

Eliciuntur hæc olea per destillationem in  
arena, ita ut tusa semina injiciantur in cu-  
curbitam vitream, luto intectam optimè.  
Una autem vice vñciæ sex, vel septem, vel o-  
cto injiciantur seminis alicuius triti, secun-  
dum capacitatem cucurbitæ. Affundantur  
his singulis vicibus, quinque, aut sex, aut se-  
ptem libræ aquæ clarissimæ, ac misceto dili-  
genter. Quod si ita diligenter permixta, in  
infusione, loco aliquo calido, dies aliquot, vel  
octo, vel decem, seu digerenda aut putre-  
facienda, aut infusa, stare permiseris, po-  
ne deinde cucurbitam in capellam aptam  
fornaci, & arena imple capellam, & cucurbi-  
ta fundum nō attingat, sed intersit vndiq; are-  
na. Et destilletur oleum eo modo, & iisdem  
vasis, vt inferius docebimus, vbi agemus de  
destillādis oleis ex lignis & aromatibus. Hoc  
tantum monendum, vt ignis latus succenda-  
tur, & videoas ne nimium insurgat & ebulliat  
in alembicum, quod in cucurbita cōtinetur.  
Semina enim quædam, vt anisum, propter  
raritatem substantiæ suæ, simulq; viscosum  
quod habet, largiter ebulliūt: ideo nō statim  
alembicū imponere debemus: sed postea quā  
bullas excitari videoas, & vaporē sursum ferri,  
depone alembicū & immisso bacillo, agita-

lta

Ita resoluetur in vaporem spuma, quæ postea  
mediocri igne moderari, compesci, & excita-  
ri iuxta libitum potest. Quo facto impone  
rursus alembicum euestigio & circumline  
commissuram luto, & destilla, donec conie-  
ceris nullum amplius intus cōtineri oleum,  
quod visu statim percipies & gustu. Nam  
cum gustu destillatæ guttæ nullam amplius  
resipient manifestam iniecti aromatis qua-  
litatem, desistendum est, ne materia in fundo  
cucurbiæ adhæreat & exuratur, Ex Cordo.

Oleorum ex seminibus, ut fœniculi, ani-  
si, &c. præparatio ad hunc modum fit, ut ex  
literis, Germanica lingua scriptis ad Gesne-  
rum, collegi. Primo accipio, inquit, semina  
ea quantitate quæ placuerit, verū semper t̄b.  
quinq; aut sex, ea ego contundo grosso mo-  
do, videndo ne vllum integrum semen relin-  
quatur, & in cucurbitam pono. Huic affun-  
do aquam feruentissimam ut cooperiatut  
semen, & imposito alembico, optime & ro-  
strum & iuncturam, ne quid transpiret, ob-  
struo, sic putrefiant, tribus aut quatuor die-  
bus: postea lento igne destillo, & sequetur  
oleum limpidum, (dummodo aqua per  
quam transit, sit valde frigida) ut vidisti. Hoc  
tamen est animaduersione dignissimum, quod  
oleum anisi, & statis tempore destillari planè  
nequeat, propterea quod spiritus eius plus  
satis sint subtile, & multo ipsis fœniculi sub-  
tiliores, qui per calorē euaporant, ut vt lente

O s

## E V O N Y M I

destillationem suscias, ignemq; regas: sed tempus destillationis cōmodissimum est hibernum, quō enim aēr fuerit frigidior, eō citius, ubi in recipiente extillarit, coagulatur, instar camphorae. Vbi postea per pannum nitidum colaueris, aquositas omnis perfluat, oleum verò in panno relinquatur, quod postea in amplio vitro dissoluo in hypocausto, & phlegma facile separatur.

In destillandis huiusmodi oleis, primo est sciendum, quod pro vice ultra libræ dimidiaz pondus destillari non debet. Deinde, ut materia destillanda, in mortario contundatur grosso modo, non in puluerē subtilem. Huic materiæ affunditur aquæ puræ quantitas debita, ut superemineat, & commiscentur simul in cucurbita cuprea, cum alembico eiusdem materiæ, quæ in iunctura perlutantur, ne spiritibus detur exitus. Destillatio fieri debet per vas aqua frigida plenum, transeunte canale stanneo vel plumbeo, ne oleum adulteratur. Quibus paratis ignis succeditur lente, usq; dum incandescat fornax, tū augetur ignis, magis magisq;, ut destillare incipiatur, ita enim cum aqua oleum destillat, quod secundum artem est separandum. Vbi cœperit destillare, potest de igne detrahi nonnihil & obseruari, utrum in eo tenore igne existente, nihilominus destillatio pergaat, tum relinquendus eo vigore ignis & conseruandus: sin minus, eiusdem adiiciatur. Tertio est intelligendum, oleum

oleum quod primo destillat, omniū esse effacacissimum, ideoque secundo vel tertio permutari recipiens poterit. Ferè intra horæ spaciū, 3 s. destillari potest. Vbi in cucurbita nihil supererit, nihil quoque destillabit amplius, sicque finitum erit opus.

Anisi oleum hoc modo fit. Ex anisi, (est autem hęc forma communis, ad reliqua quoque ex seminibus, destillanda olea) 15 j. posne in cornutam, cum suo recipiente, in furno cinerum, lentissimo igne, labijs bene sigillatis, destilla, & aquam & oleum simul accipies. Aquam per reuolutionem extrahes, remanebitque oleum, cuius ad colicam passionem & dolorem intestinorum usus est. Cæterum ex aqua fit electuarium cum saccharo, id post prandium, vel cœnam posse exhiberi, tabula j. Stomachum & digestionem roborat, flatus discutit. Prodest quo cunque tempore sumptum, sed in aurora præcipue, confert pulmonibus, tussientibus, obstructionibus, cholere, & sanat partes internas. Usus eius in guttis est.

Anisi oleum multò est, quam ipsum anisum, in agendo fortius. Etenim naturalis calor, nunquam ita exactè potest, de aniso integro, veram substantiā elicere, aut separare, ac ipsa artificiosa præparatio potest, & humana industria. Quemadmodum enim omnis cibus siquidem innoxie sumi debeat, præparatio exterma indiget, ita cuiam necesse est,

## E V O N Y M I

in medicamentis fieri, ut subtiliores partes à crassioribus separentur, priusquam intra corpus sumantur, ita enim facilius potest, quodcumq; medicamentū, in corpore actionem propriam perficere sine noxa. Usus huius olei est in vertigine, asthmate ex catarrho suffocatiuo, in stomachi debilitate & ventositate, in hydrope, & alijs morbis frigidis & à flatibus excitatis. Valet autem præcipue membris exanguibus & neruosis, ut stomacho, venis, vesicæ, vtero, fluxum vteri album exiccat. Sumi potest per guttas, dando aliquot eius in vino, in iusculis, mane, & tempore necessitatis.

Oleum fœniculi capiti conducit, præcipue autem oculis, renibus, vesicæ: fieri ex e tabellæ possunt, ad eosdem usus, aut per se quocunq; tempore, mane & vesperi aliquot gutte sumi possunt. Fit autem hoc oleum, ex semine siccо extractum, sine vlla alia additione, per quam odoratum & suaue, ut ipse gustauit: colore autem est album, quod primo destillat.

Cumini oleum, utile est vulneribus ad lie nem pertingentibus, inflationibus corporis ex frigiditate, quæ aliquando causa existit, cur urina retineatur: ad huc usum gutta una, aut altera, in aqua filicis sumi potest, aut enī in tabellis, si cum eo fiant.

Oleum ex seminibus hyoscyami, eodem quo rosaceum oleum, modo paratum, ex præscripto

præscripto Rogerij, idem valet, quod oleum ex pomis mandragorę. Valet in arthritica calida, dolorem mediocriter reprimendo, & stuporem inducendo: in arsuris & in excoriationibus, subtilem cicatricem facere potest, & arsuras mitigare. Idem.

Aliter fit, & fortius in prædictis arsuris operatur. Accipe in vigilia Iohannis Baptiste, summitates flores, & folia, & impletatur noua olla, inferius habens angustū foramen, & cooperiatur os ollæ superius, & tunc supponatur alia olla, & ligetur fundus superioris, cum ore inferioris, cum argilla, & tunc sepeliatur sibi terra, & sit ibi per annum, & facta anni revolutione extrahatur, & in inferiori olla inuenietur oleum clarum, quod per calorem fumositatum terræ, extrahitur ab hyoscyamo. Modus hic habetur perfectior in descriptione olei ex baccis hederæ. (Alias relinquitur in terra per spacium sex mensium. ) Hoc inunguntur membra, ex diuturnis defluxionibus laborantia.

Oleum compositum ex seminibus, soporiferum. Rx sem. lolij, hyoscyami, papaueris albi & nigri, seminis lactucæ & seminis portulacæ, de uno quoque P. iiij. seminis fabæ inuersæ, quæ telephium est, P. ij. elam bicentur omnia, quod stillauerit detur ad pondus 3 ij, cum modico opij.

## EVONYMI

DE OLEIS EX  
fructibus.

**O**leum è baccis iuniperi, destillatur eo modo, quo aqua vitæ, affundédo aqua, citò & facile stillat. Primo quidem oleum, deinde vero aqua, quemadmodum quando spica destillatur. Oporret autem prius baccas contundere. Quidam destillant etiam in boëcia. Valet ad multa, ad tormina, ad pus virgæ quod est quasi gonorrhæa, ad colli dolores ex catarrho. Agyrtæ mira de eo prædicant, quæ legi apud eos possunt, si quis velit. Modus autem quo destillari debet, est. Accipio modium baccis iuniperi plenum, quas contundo minutissimè, ijsque affundo aquam puram, ea quantitate, ut optimè cooperiantur, postea in aheno cupreo, velut hoc est, in quo aqua vitæ destillatur, vna cum canali cupreo per aquam frigidâ transente, distillo, canali adaptò recipiens magnum, quod quantum mensuras possit capere, & sic destillat oleum cum aqua. Verum aliud instrumentum capitello adaptatū habeo, aqua frigida plenum, ad refrigerandos spiritus ne adurantur. Ex prædicta baccarum quantitate, supra vñcias iiiij. olei non extraho.

Per expressionem quoq; hoc modo non male oleum extrahimus. Et baccas iuniperi contusas, mixtas primum aqua ardente, dein de etiam oleo oliuarum: bulliant parum, vel saltē simul maneat, sèpe agitando spatula, per

la, per dies octo, in cucurbita ad fornacem, tum exprime prælo: & oleum supernatans collige: potes etiam angelicam, vel aliquid aliud addere prius contusum.

Poma mandragoræ per partes diuidātur, & decoquantur in oleo, in duplice vase, in fri gida regione, ut de oleo rosaceo ex Rogerio dictum est, vel ad solem. Olei huius specialia sunt in febribus continuis & interpolatis, ea dem, quæ & olei rosacei: sed quia istud oleum narcoticū est & fortius alterat, quam oleum rosaceum, debet reprimi cum lacte mulieris mixto: valet idem contra guttam calidam & podagram, Rogerius.

Oleum è baccis lauri, multis modis fieri docet Rogerius. Accipe baccas virides, terantur, & decoquantur in oleo, & colentur. Aut accipe baccas lauri maturas, easque teras, & cum folijs decoquantur, & colentur. Aut terantur baccæ lauri, & infundantur in vino, & dimittantur computrascere per iij. dies, & tunc ponantur in torculari, & fit oleum. Aut terantur baccæ lauri recentes, & maturæ, & ponantur in sacculo, & oleum exirahatur. Valet contra colicam & iliacam & sciaticam passionem.

Oleum è baccis hederæ, ijsdem modis fit, quibus oleum è baccis lauri, valet contra causas frigidas, imprimis contra arthriticam frigidam. Vnde dico, (inquit Rogerius) quod quicquid in hedera est, valet contra

## E V O N Y M I

artheticam, vnde oleum, quod fortius operatur sic fit de hedera. Accipe ligna siccata hederae, & grana, & gummi, si poteris habere, & frustatim decisa, ponantur in vas terreum perforatum in fundo, duobus vel tribus locis, & tunc supponatur alia olla, & ponatur in terra, & ligetur fundus superioris, cum orificio inferioris, bene sigillabis cum argilla vel pasta, & ita disponantur, ut olla superior tota sit super terram, cooperto orificio, & fiat ignis circunquaq; & destillabit oleum nigrum in vas inferius.

Oleum rapum per expressionem. Rapa partem internam excauato, seruato operculo, partem vacuam oleo communi repleto, & clauso orificio impone cineribus calidis prius inuolutum stupris madefactis, & cum paucis carbonibus per horam dimidiam ibi relinquitorum auferas, & remoto operculo, oleum colatum seruetur, ac simul etiam rapa per pannum exprimatur lineum. Valet ad manuum scissuras, & rimas ex frigore, E lib. manuscripto.

E nucleis pineis, vidi quādoq; oleum (per descensum) extrahi, ad erugandas mulierum cutes, Manardus.

Oleum ē cepa & theriaca, sudorem euocans in peste. Accipiatur cepa alba, in medio evacua, cuius vacuitas theriaca impletatur, & foramine obturato, circundata panno lineo madente, per horae dimidium cineribus ca-

lidis obruta, alembicō destilletur, & liquoris stillatitij, dentur patienti 3 ij. Idem efficiunt, liquoris stillatitij nucum viridium, vnciae vj. Fumanellus.

## DE OLEIS EX AROMATIBVS:

*Cinnamomi verò oleum vel aquam,  
inferius inter cortices  
quære.*

**G**enerale hoc præceptum, obseruandum  
est in destillatione omniū penè aromas-  
tum. Aromata quæcunq; volueris, cōtunde  
in puluerem, & superaffunde aquam fonta-  
nam, quæ vbi colorata fuerit effundatur in  
aliud vitrū, & nouia aromatibus affundatur,  
idq; tandiū, donec aqua nullo colore inficia-  
tur, postea destilla in balneo Mariæ, & sepa-  
ra aquam ab oleo, G. Rast. Sed & aquæ, &  
olea, quæ ex aromatibus parantur, fieri de-  
bent per infusionem in aqua simplici, non  
in vino, aut aqua vitæ: quia illa cito ascen-  
dunt, nec ferunt secum aromatum vim: aqua  
autem, non sine aromate ascendit. Et in vni-  
uersum huc sunt transferenda, quæ supra,  
inter olea ex seminibus, à principio obser-  
uanda diximus.

Oleum è caryophyllis, nuce muschata,  
pipere, macere, & cinnamomo, fiunt contu-  
sis aromatibus, & in cucurbitam vitream  
aut cupream perlutatam impositis, cum  
**P**

## EVONYMI

alembico, & destillabis cū refrigeratorio, ita ascendet cum aqua oleum, quod postea separabis, oleum enim semper supernat aqua, præter quam oleum caryophyllorum, quod fundum petit.

Oleum nucis muschatæ ad imitationem huius generalis regulæ, penè præparari docet quidam incertus. Recipe tertiam aut quartam partem aquæ vitæ destillatae, & nuces muschatas minutim conscinde, imponantur bocia omnia, ita ut per tres digitos aqua vitæ, nucis muschatæ partes copieriantur, relinquuntur in infusione horis viginti quatuor, & aqua vitæ colorem flagrum acquiret, quam in aliud vitrum effunde: tunc aliam aquam vitæ de novo affunde, ut prius, idq; repetito toties, quo ad colore non inficiat aquam vitæ. Quo factō, aquam vitæ sic coloratam omnem, in bocia, in balneo Mariæ secundum artem destilla, ut ascendat aqua vitæ, & oleum nucis muschatæ remaneat in priore bocia in fundo, & sic habebis oleum nucis muschatæ paratum. Eodem penitus modo, potest ex omnibus aromatibus oleum destillari.

Vidi, inquit quidam ex Gesneri amicis, destillationem olei nucis muschatæ, factum oleum odoratissimum, & in magna copia ab Alchymista, in hunc modum. Accepit nuces muschatas & puluerisauit, & affudit duas

duas mensuras aquæ simplicis, posuit in cu-  
curbita vitrea luto sapientiè optimè perluta-  
ta. (Lutum autem erat factum ex simplici  
luto, cui permixta erat lana, quæ de pannis  
detonsa erat,) ut solent iij cucurbitas perluta-  
re, qui aquam fortem parant, postea capitello  
imposito, eodem luto perlutauit, similiter  
& recipientem (tantum in iunctura) ne spi-  
ritus euanescerent. Tum ita ad ignem posuit,  
& primo fecit ignem lentum, secundo maio-  
rem, tertio fortem, eo modo quo solent a-  
quam fortem destillare: & factum profectum  
est oleum optimum, supernatans aquæ in  
recipiente, quod collegit, & erat magnæ  
virtutis.

Oleum macis, calidæ est facultatis, ideó=  
que commodus eius usus est in colica à cau-  
sa frigida, & à catarrho à capite descendente:  
confortat cor, ventriculum, & matricem.  
Imprimis maximum auxilium sensi huius  
olei, in tremoribus cordis ex timore, aut ex  
vesicæ obstructione, aut matrice: valet in  
stranguria, & quicunque à frigiditate or-  
tum habuerint, morbi. Possunt eius tres vel  
quatuor guttæ, per os summi, in cochlearia  
ferreo, cum offa, aut in primo haustu vini,  
Incert. ex Germanico.

Oleum ex macere fieri potest per expres-  
sionem, eo modo, quo dicitur inferius, in ra-  
tione parandi oleum caryophyllorum,

## E V O N Y M I

Oleum è pipere destillatum, omnibus fa-  
cilitatibus, quibus & ipsum piper, præditum  
est, nisi quod ignea illa vis, quam linguae im-  
primit piper, in oleo eiusmodi non senti-  
tur. Est enim oleum piperis nihil aliud,  
quam elementum aëreum separatum à re-  
liquis elementis, quemadmodum etiam in  
oleo vitrioli & sulphuris destillato, idem  
probauimus. Eodem planè modo oleum pi-  
perinum, à suo igne est separatum, & maio-  
ribus facultatibus ipso pipere constat, pe-  
netrandi facultatem habet eximiam. In co-  
licis & partibus multa teriaci pituita &  
lenta repletis, dantur duæ vel tres eius gut-  
tæ cum iusculo, ad incidentam eam, & dis-  
sipandam. Exhibui, inquit quidam, in ter-  
tiana febre, post purgationem & venæ se-  
ctionem, dando huius olei guttas tres cum  
scrupulo vno miuæ, duabus horis ante pa-  
roxysmum, frigus & tremorem ipsamque  
etiam febrem prohibuit inuadere, si non  
prima vice, at saltem secunda.

Oleum de caryophyllis, paratur vi &  
oleum de baccis iuniperi, non ut oleum cin-  
namomi. Multò citius & facilius oleum  
habebitur, si cum aquis destillatio fiat, vi  
pluiali vel lacustri, aut alijs mollioribus.  
Humiditatis præterea multò plus habent ca-  
ryophylli, quam cinnamomum habent.  
Sunt nonnulli qui per expressionem ita  
parent.

Accipe

Accipe caryophyllorum quantum videbitur, persistentur grossō modo, & macerentur in aqua rosacea tandiu, quoad facultates caryophyllorum penitus aqua extraxerit. Tum accipe amygdalas decorticatas cultro, incide leuiter, easque in prædictam aquam impone, vt odorem & saporem caryophyllorum imbibant, tum exiccentur seorsim: quibus exiccatis rursus in eādem aquam ponantur, denuoque exiccentur, idque est quater reiterandum. Tum demum oleum exprimentum, quod vbi expressum fuerit, in sole rectificetur. Et hoc quoque modo multa alia olea non incommodè fieri possunt, vt ex musco, ambra, belzoimo, storace, cinnamomo, macere. Ex lib, manucripto meo,

Oleum caryophyllorum vt & ipsi caryophylli, calidum est & siccum, tertio gradu, confortat stomacho, hepati, cordi, diarrhoeæ à causa frigida, & stomachi morbis omnibus frigidis. Spiritus melancholicos dissipant, & clarificant crassos illi: sed oleum hæc omnia multò præstat efficacius, & quod verè affirmare possum, omnes virtutes habet balsami. Extrinsecus vulnera recentia sanat, Vulnerum sanguinem fluentem & aquam sistit. Intrinsecus partes naturales confortat, sanguinem melancholicum purgat, confortat cor & caput, præsertim conuenit vertigini, et debilitati visus, si mane tres vel qua-

## E V O N Y M I

euor guttæ à ieiunis in cochleari cum offa,  
aut vino sumantur.

De oleo caryophyllorum, inquit alias;  
hoc affirmare ausim, quod balsami virtutes  
obtinet. Vidi inquit, vulnus eo, per loachi-  
mum Rhœticum, absque suitione coniun-  
ctum atque conglutinatum fuisse. Taceo  
reliquas effectiones, quas in corroborando,  
& restaurando collapsas vires potissimum  
obtinet. Oleum caryophyllorum haustum,  
quantitate duarum aut trium gutterum in  
brodio seu iuscule caponum, valet in colica,  
& uteri suffocationibus. Tabellæ ex oleo  
caryophyllorum paratæ, maneque & sero  
comestæ, capiti conferunt robur, & catar-  
chos sustinent.

## D E O L E I S E' G V M M I S,

*lachrymis, seu liquoribus den-  
satis, & resinis.*

**O**lea de gummis seu lachrymis sic de-  
stillari possunt: Accipe de gummis,  
quantum videbitur, pone in cornutam in  
cinerę, primum igne lento, deinde sensim  
aucto, donec nihil destillat amplius, & oleum  
extrahe, quod sic rectificandum est: Recipe  
aliam cornutam mūdam & impone oleum,  
deinde lentissimo igne in cineribus destilla,  
*tempore nocturni* & habe-

& habebis oleum purissimum, penetrans, & multo melius poros subintrans. Eodem modo rectifica quoque oleum e lignis, balsamo, & seminibus. Lullius gummi & gomosa destillat bene trita, & in agrestam vel acetum imposita j. die ante.

Oleum e mastiche, sit per descensum, in retorta, ita ut ignis supra infraque sit, & habebis oleum masticis, quod postea rectificetur. Augustæ Vindelicorum quidam destillat, accipiendo masticen integrum, & solam in retorta lutata, usque ad partem eminentem extra fornacem, quæ quatuor ventilia habeat, & superius tegatur, lento igne, destilletur, balsamum est mirificum ad vulnera. Nota, destillaui, inquit, quidam ignotus, masticen per cannam, sed quicquā dare noluit, nisi odorem & saporem: Fuit tamen ipsa mastiche, nihilominus leuis & porosa in fundo. Aqua item, quæ mansit in fundo cucurbitæ, fuit subcitrini coloris & subamara. Et summatim mastix inter decoquendum deponit virtutem per alembicum, in eam rem, in qua decoquitur. Cum essentia, maiorem virtutem præstet per alembicum.

Confectio olei ex thure & carabe, forte etiam ex assa dulci, camphora, styrace calamitæ, &c. Sume primo bociam perlutatam, haud ita longam, sed resecto ut cunque collo,

## EVONYMI

ut orificium sit amplum ( huic enim ins-  
tendum aliud ) in quam infunde puluerisati-  
thuris, aut carabæ  $\text{Hs}$ . semis. Deinde habeas  
aliud vitrum album , cuius generis sunt ea, e  
quibus bibitur & formam habent mogollæ,  
( forte boccalis vocati , aut angesteri ) in  
quod infundas aquam calidam, hocque im-  
ponas priori cucurbitæ, ut in medio cōsistat  
erectum. Tum claudere cucurbitam suo ca-  
pitello, in summitate perforato. Foramini  
adaptato infundibulum , quod foramine  
paulo altius habeat epistomium, cuius pars  
angustior, & extrema, vitrum cum calida  
aqua respiciat. Quo peracto in infundibu-  
lum infunde aquam calidam , & aperto epi-  
stomio , paulatim nec nisi per guttas, aqua  
calida in subiectum vitrum destillet, itare  
gendo, ne inundet vitrum, sic vna cum vas-  
pore aquæ calidæ, ascendit in alembicum  
oleum suauissimum & odoriferum, odore  
thuris, quod alioquin sine hoc vapore pē-  
sime olet.

Johannes Manardus in epistola de lum-  
bricis 3.1. obseruata à se scribit aduersus lum-  
bricos duo olea simplicia , nempe oleum thu-  
ris & vitrioli , arte chymica parata. Priore  
( inquit ) venter inungatur. In secundo val-  
de caute agendum est, ne locus exulceretur,  
si intrò sumatur : sunt tamen qui ausint eius  
guttulam potui dare cum melicrato.

Oleum

Oleum myrrhæ, virtutes habet balsami,  
nā conseruat & tuetur à putrefactione om-  
nia ea, quæ ei imponuntur, similiter faciei in  
unctū, pulcherrimam conseruat, & faciem  
iuvanilem conciliat, vulnera citissimè con-  
solidat, & omnes alios morbos internos cu-  
rat, exhibendo per os ʒ iiij. ad aurium surdita-  
tem, &c. Accipe myrrhæ electæ & non adul-  
teratae ʒ vj. aquæ vitæ sine phlegmate, ʒ xij.  
& hæc duo in bocia vitrea coniunge, quæ in  
fimo equino calido, diebus sex quiescat. Po-  
stea destilla in balneo, vsque quo aqua tota  
ascenderit, tum in fundo bociæ videbis oleū  
myrrhæ, quod per pannum lineum est co-  
landum, sicq; ad prædicta seruandum. Ad fa-  
ciei splendorem & colorem conseruandum,  
sic est procedendum. Fiat decoctum vrticę in  
aqua communi, & dum ebullit, vapor in fa-  
ciem recipiatur, ut sudet, postea exicetur os-  
ptimè, & postea statim vnge facie oleo myr-  
rhæ. Et hic modus est seruandus in inungen-  
dis manibus, pectore, & alijs partibus, Leon-  
hardus Fierauanti,

Aliter paratur à quodam, ad dolores poda-  
gricos, præmissis vniuersalibus. Rx oua per  
decoctionē indurata numero decem, & scin-  
dantur per medium, & vitellum extrahe, &  
eius loco impone myrrham, quantum est  
medietas vitelli, aut minus. Tum rursus du-  
as partes oui coniunge, & pone in vase vi-  
treato & reconde in cella vinaria, & ibidem

## E V O N Y M I

permitte per dies 15. aut plus, & exhibet liquor,  
quem serua in vase vitro, pro inunctione.

Oleum belzoimum fit, accipiendo tantum  
aqueæ vitæ, quantum est belzoimi pulueri-  
sat subtiliter, & ponantur in retortam latâ,  
& vna cū suo capitello in iunctura clausam,  
destillentur in cineribus lento igne, quoad  
extracta fuerit aqua, quæ reseruanda est ad  
suos usus. Postea fortificetur ignis paulatim,  
vbi oleum apparuerit, magis magisque, us-  
quequo totum oleum extraxeris. Tandem  
in fine sequetur gummi quoddâ, instar man-  
næ, quod valet ad faciendam aquam odori-  
feram, vna cum aqua puteali, aut rosarum,  
Fallopium.

R<sup>e</sup>belzoimi ℥. j. & subtiliter pulueriza,  
pone in alembicum ad destillandum, tunc af-  
fundere pulueri, aquæ rosarum ℥. ii. obtura  
diligenter alembicum, & lento igne subtus  
accēso primo, quoad aqua cœperit destillare,  
deinde augmentetur paulatim usque dum  
oleum conspexeris. Quo apparente, muta-  
tur recipiens, & fortiori igne elice oleum,  
quod in Sole rectificandum. Eodem penitus  
modo destillatur oleum styracis calamitæ &  
liquidæ.

Oleum ladani fit hoc modo, ex præscri-  
pto Falloppij. Ladani puluerizati quantum  
placuerit pone in vas cupreum instagnatū,  
cui admisce ℥. j. aut ℥. s. aquæ rosarū, pro  
quantitate ladani, & olei amygdalarū dulciū  
medietas.

medietatem. Postea capitello eiusdem materiæ cooperi vas, & claude iuncturā, & sic in fornace ebulliat aliquandiu, id quod tuo relinquendum iudicio est, prout enim multa fuerit materia, ita etiam diutius erit coquendum. Antequam auferas materiam, refrigerare permittito, ac tandem serua. Quo autem melius conseruetur, adde aliquid aluminiis vsti, aut ambræ.

D E O L E O T E R E-  
binthine.

**A**ntiqui terebinthina ipsa vtebantur, nō oleo, tamen oleum eius est tenuissima terebinthina pars, frigidis neruorū affectib⁹ conueniens, & omnibus ægritudinibus frigidis ac flatuosis: in asthmate, & anhelitus difficultate mirificū est, si duæ drachmæ singulomane sumantur. Est & in empyemate proficuum, & in omni praua thoracis affectione expituita, colicis etiam doloribus, & omnibus flatuosis conuenit, cicatrices decorat & corrigit. Pulcherrimum terebinthinae oleū est, & paucas fæces in fundo hocis, post distillationem relinquit, est enim ea ferè tota oleū, & maxima eius pars in oleū conuertitur. Extrahitur autem oleum vel extremæ frigiditatis vi, vel extremæ caliditatis, sicut & ex omnibus ferè rebus extrahi potest.

Valet autem terebinthinae oleum destillatum, penna illitum naribus, ad scabiem, &

& rimas earum, cerebrum hoc modo calefacit, & pituitam absque sternutamentis detrahit: sanat & rimas uberum in mulieribus. Ad memoriam, surditatem & spasmodum principatum obtinet. Ut vulnera citissime consolidentur, recipe oleum terebinthinae & calefactum iuxta ignem, commisce ei viridis aeris parte aequalcm, & serua usui, E libro quodam manuscripto insignis empirici.

Modum quendam destillandi oleum terebinthinae, vide inter Balsamelæa.

Oleum terebinthinae simplex, multarum facultatum. Accipe terebinthinae claræ quantum videbitur, & pro qualibet ℥. accipe ʒ iiij. cineris, e ligno duro aut forti, & in retorta fornaci accommoda. A principio fiat ignis lenitus, ad humiditatis destillationē: postea augeatur ignis ad olei destillationem. Et hoc est oleum simplex, quod simplicia vulnera intra horas 24. sanat. Valet nervis contractis a frigiditate: accipiendo ʒ j. cum viño, vrinam mouet, & omnes dissoluit corporis nervositates. Punctiones lateris curat: mirabiliter febribus pestilentibus confert eodem ponde- re, per os accipiendo, & vngendo stomachi orificium, digestionem promouet, Fallop, Raduæ destillauimus eodem modo, permis- sedo lotam arenam, quæ prohiberet ne terebinthina ascenderet, & oleum mirabile in vulneribus experti sumus.

Oleum terebinthinae compositum, con- tra


tra spasmum, & alios dolores. Rx terebinthinae claræ ℥. j. olei communis ʒ. x. thuris, myrrhæ, sarcocollæ, masticis, croci, ana ʒ. j. panis porcini, caudæ equinæ, rubiæ tintorum, ana ʒ. j. vermium terrestrium ʒ. iiiij. ponantur omnia in catinum cupreum, & iuxta ignem lentum incorporentur simul, ac postea in vitrea retorta destillentur. Post destillationem, separa aquam ab oleo, & serua oleum in vase vitro. Valet hoc mirabiliter contra spasmum, etiam qui in vulneribus & alijs morbis accidit, Fallop.

Oleum è terebinthina ( Larigna ) contra contractionem membrorum mirabile, si inungantur eo membra, authoris Incerti. Sumit autem terebinthinae partem vnam, vitrioli calcinati partem vnam, pomorum exicatorum & puluerisatorum sine cortice, partem vnam, olei oliuæ partem vnam, latetrum exustorum partem vnam, puluerisentur omnia subtiliter, & misceantur, & in olla inuitreata stent in loco calido, diebus quatuordecim, singulis diebus agirando. Postea destilletur totum per descensum, in vase qua diligentissime, trium digitorum crassi tudine perlutato, & exiccato.

Oleum è terebinthina cum saluia extra-hendū, sic fit, quod valet ad paralysim membrorum, relictam post apoplexiā, vel hemiplexiam. Ponatur in cucurbitam vitreas retortam dictam, foliorum saluiæ viridis mi-

## EVONYMI

nutum incisæ , circiter libram vnam , cui ad-  
 iunge eam quantitatem terebinthinæ , quæ  
 sufficiat ad formandam pastam quandam  
 cum saluia , ut tractari manibus possit , hoc  
 est , ut vnius sit tantum , quantum alterius , ita  
 tamen , ut ambo simul mixta non amplius ,  
 quā duas tertias retortæ repleant . Retorta an-  
 te omnino sit bene perlutata , pro more . De-  
 hinc venter retortæ in fornace ponatur , vna  
 cum receptaculo diligenter in iunctura clau-  
 so , ne aliquid respiret . Recipiens sit magnū ,  
 capax , & forte , alioquin si nimis paruum  
 fuerit , propter spirituum vehementiam re-  
 clusorum , facile rumperetur . Primo proce-  
 datur lento igne , in eodemque tam diu per-  
 seuerandum , quoad omnis humiditas sal-  
 uiæ destillauerit , postea enim , non est peri-  
 culum in ignis vehementia . Interea dum de-  
 stillatio fit , collum retortæ vehementer ca-  
 let . Vbi in ea nihil præterea contentum fue-  
 rit , quam excrementa saluiæ , & reliquæ seu  
 fæces terebinthinæ , quæ nihil aliud , quam  
 colophonia sunt , collum retortæ refrigerabitur , licet vt cunque ignis intendatur , nihil  
 enim amplius ascendit , quod collum calefa-  
 cere possit . Verum ut facilius , minorique  
 cum periculo , tota perficiatur destillatio , vt  
 que ignis melius regi pro necessitate possit ,  
 parandæ sunt duæ fornaces iuxta sese , qua-  
 rum altera est pro igne , altera pro retortat:  
 hæc recipit calorem igneum , per foramen ad  
 id



id aptum, medium inter utraque, quod modo claudi, modo aperiri, magis minusue, pro necessitate potest, beneficio cuiusdam laminæ ferreæ, inter utrunk; occultatæ. Dum destillatur, utraque fornax clausa sit necesse est, exceptis quibusdam spiraculis, ut fumo fiat exitus. Hoc oleo membra affecta sunt inungenda mediocriter.

Oleum destillationis picis naualis, inunctum, ad resoluti membra extenuationem valet: neq; enim ita resoluit, sicut pix remanens diu, Incertus.

#### DE OLEIS EX corticibus.

**A**Qua vel oleum cinnamomi, præ certe-  
ris oleis & aquis expetitur, quemadmo-  
dum & ipsum cinnamomum, inter reliqua  
aromata. Cinnamomum ipsum subtilis est  
caliditatis, conuenit præcipue hyeme, quod  
stomachum corroboret, & omnes vitiosas

## EVONYMI

humiditates mirabiliter discutiat, ac ventri-  
culum tueatur ab omni putrefactione: vi-  
sum acuit, omnemque obstructionem vena-  
rum aperit, cor mirifice recreat. Oleum ve-  
rò ex eo destillatum, in vniuersum balsamo  
naturali respondet, intus putrefactionem ar-  
cet, extrinsecus omnia recentia vulnera siue  
vlera consolidat. Aqua valde conuenienti om-  
nibus morbis frigidis, tum virorum, tum fe-  
minarum, præsertim quibus stomachus af-  
fectus est, ita, ut non appetant. Itē cum spiri-  
tus sunt debilitati, prodest cyathus huius a-  
que, cū modico vini maluatici, aut succi mali  
punici, sumptus, ut supra dictum est. Homi-  
nes penè mortuos, vna aut altera gutta in os  
immissa, reficit: animi deliquijs, præsertim  
quod senibus accidit, est præsentissimum. Ad  
parturientes vtuntur obstetrices ac mulier-  
culæ, summo cum successu. In accelerando,  
iuuandoq; partu, præsentissimum est reme-  
dium. Modi quibus destillatur aqua vel oleum,  
sunt varij, ex quibus aliquot subijciāti. Qui-  
dam in aqua rosacea macerant, alij in vino  
albo: nonnulli in cucurbita perlutata, sed fa-  
cile aduritur. In vesica si destilletur, magna  
tantum copia faciendum. Optima ratio in  
vapore aquæ bullientis. Sed de his omnibus  
nunc satis.

Solebant olim Pharmacopolæ, cinnamo-  
mū macerare per aliquot dies, in aqua rosa-  
cea, ut quæ cor respiceret, atq; viribus quoq;  
refocil-

refocillandis esset accommodata, sed quia non parum eius aquæ retinetur odor, vilior aqua à plerisque iudicatur: ideoque melius est, vi-  
no albo veteri, odoro, ante destillationem ma-  
cerare, ita & excellentior & ad penetrandum  
efficacior fit.

Aquæ cinnamomi parandæ modus, quem accépit à quodam suo amico, huius rei exper-  
tissimo. Sumatur cinnamomi electi ℥. j. con-  
tundatur, vt per cibrum salis penetrare pos-  
sit, nec totum in puluerem sit redactū, & po-  
natur in cucurbitam, cui affundatur aquæ  
borraginis, buglossæ, endiviae & melissæ an.  
℥. l. stent in infusione bene obstructo vase,  
diebus quatuor, vel quinq;. Postea ex hac cu-  
curbita, in cupream cucurbitam effundatur,  
quam in fornace cum suo capitello, & re-  
frigeratorio collocabis, cauetidò ne cucurbi-  
ta nimium igni sit vicina, sed intermedia sit  
lamina ferrea perforata, vt euentilari ignis,  
& vapor sursum pelli possit. Primo accenda-  
tur ignis lentus, quo ad destillatiō cœperit, po-  
stea verò augeri potest, vt expeditius destil-  
let. Vbi mensura ita extillarit, remoue hanc,  
vt pote optimam, nam quæ sequitur, multo  
hac est inferior, & seruari potest pro nouo  
cinnamomo in eadem macerando. Eodem  
modo ex caryophyllis destillari potest. Vbi  
notandum vt refrigerationis habeatur ratio,  
vbi siquidem fuerit aqua calidior, illa emittā-  
tur statim, & noua adiiciatur.

Q

## E V O N Y M I


Aquā cinnamomi, si quis destillare voleret per vesicam ex cupro factam, vñā cum fistula, per aquam frigidam transeunte, magna quantitas simul erit destillanda, neq; enim facilē esset in pauca quantitate. Verū in cucurbita perlutata, hæc præcipua cura est, ne aduratur in fundo, & aqua inde adustionem redoleat. Quod si ignis fuerit intensior, etiam oleum destillat, eo quæ magis, si in vino fuerit cinnamomum maceratum. Fit autem aqua in cucurbita destillata color alba.

Accipio cinnamomi debitam, quam volo quantitatem, & impono cucurbitæ non perlutatæ, vñā cum aqua, aliquot diebus macerandam, postea destillo per vaporem aquæ bullientis, ita ut cucurbita in qua cinnamomum continetur, aquam non attingat, quemadmodū docet Manardus, & ita extraxi aquā claram, non turbidam, nec etiam nimium incalescunt spiritus cinnamomi. Interdū ubi quam efficaciorē voluero, modicum zingiberis adiicio. Et hoc modo Pharmacopola quidam, aquam cinnamomi destillat.

Alij hunc modum sequuntur. Ex aquæ partes 16. cinnamomi partem vnam, quod crassiusculè cōminuatur, & in cucurbita bene obturata aliquandiu maceretur, hoc est, tribus vel quatuor, aut etiam quinq; diebus. Deinde superimpone alembicū, & in balneo Mariæ temperatissimo calore, qui non excedat calos

calorem vrinæ hominis, eliciatur aqua odo-  
ratissima. Inter coquendum subinde affun-  
datur aqua tepida, vt semper maneat eadem  
quantitas, ne absumatur, & excipies in reci-  
pientem distinctas aquas: prima eximia, se-  
cunda minus, tertia imbecillis. Eadem erit  
ratio destillandi reliqua aromata, & non  
nulli sunt qui eadem opera oleum & aquam  
parant.

Alius modus, R̄z cinnamomi electi 3 ij. a-  
quæ quartam mensuræ partem, vini tantum-  
dem, & misce.



Alij parat hoc modo, 15. j. cinnamomi contune-  
dunt, huic aquæ puræ affundunt  
sextarium j. s. &  
macerat horis o-  
ctodecim, postea  
igni lento impo-  
nuut, & destil-  
lant instar aquæ  
vitæ, per vas li-  
gneum aqua ple-  
num, per quod  
træseat canalistor  
tuosè, instar ser-  
pentis ne adurantur spiritus.

Mulier quædam destillatrix aquam cinnamomi sic facit, parum autem differt à mo-

Q 2

dis supra positis. Et cinnamomi optimi subtiliter in mortario puluerisati, sed non cribrati, sibi infundatur in vas destillatorium subtiliter, ne quid parietibus adhaereat, eiq; a funde aquæ fontanæ mensuram j. & s. tum claudatur vas suo capitello : ac primo quidem lato igne destillatio inchoanda, paulatim augendo, pro ut videris guttas celeriter, aut tardè procedentes. Naso alebici aptetur canalis per aquam frigidam transiens, cuius extremitati recipiens aptato. Vbi aqua processerit, opus est tribus, qui destillationem perficiant: quorum unus obseruet capitellum & canalem, ut semper linteis aqua frigida madidis capitellum & fistulam refrigeret: alter iuxta vas recipiens, obseruet aquæ destillantis color: tertius vitrum, aut recipiens aliud porrigit, ac prius vicissim recipiat, ac obturet. Aqua destillans quatuor habet differentias, unde etiam quatuor recipientibus vasculis erit opus. Prima aqua, non nihil pinguis est & fortis, ideoq; optima. Vbi hæc præterierit & ceperit color lacteus prodire, tum aqua secunda colligenda, quæ in fortitudine sua à priori deficit. Vbi hic color euanuerit, & aqua profluens fuerit in colore, ut aqua alioquin, ex alijs rebus destillata, memento tertiae aquæ, quæ itidem est seorsim colligenda. Hæc vbi in croceum fuerit colorem, aut subflavum murata, quartam iam aquam colligas, que in pauca quantitate prodit: finis huius quoque erit.

erit, si guttae cœperint esse puniceæ, tum aufer totum, nihil enim inest, quod usui sit. Ca- uendum tamen, ne ignis violentia exundet, ac perperam destillatio procedat. Absolues autem unius horæ spacio. Huius aquæ guttae iiiij. permixtæ alijs appropriatis aquis, epi= lepsis auxiliantur. Si venulæ sub lingua, hac fricentur, paralyticis confert,

E cinnamomo paru olei, distillatione ex= trahi potest, quare eius loco, ut plurimum utimur aqua eiusdem, quæ primo loco extilarit, utpote quæ facultatibus est prædicta multò maximis.

Oleum cinnamomi sic fit, Ex schedis ma- nuscriptis incerti authoris. Accipe vini mal- uatici optimi mensuras tres, & bis destillato. Postea rursus tertia vice destillato, ut tamen una tantum mensura in cucurbita relinqua= tur. Rursus destilletur alia vice, ut in cucurbita minus remaneat. Tum rursus alia vice destilletur, ut mensura tantum una supersit, sicque habebis vinum optimè rectificatum. quod seruandum. Quo facto, accipiás de cin namomo quantū videbitur, concidas minu- tim, & in cucurbitam ponas unā cum vino rectificato, ut excedat cinnamomum duobus digitis. Cucurbita cæco alembico dili- genter claudatur, & in balneo Mariæ tribus diebus, lento igne ponatur. Peracto hoc ter- mino, effunde vinum, cauendo ne quid fæcū una effluat, & vinum seorsim serua. Tum

Q 3

## EVONYMI


aliud vinum rectificatum affundito, & ut prius pergit. His peractis, utramq; aquam vi-  
tæ, in cucurbita commisce, & cum capitello claudatur diligenter, & in balneo lentissime destillatio inchoetur, ut ad nouem tactus, guttæ destillent, idq; continuabis, quoad vinum ascenderit, tum in fundo alembici habebis oleum, quod serua.

RATIO PARANDI AQVAM  
cinnamomi & oleum eiusdem, quam nos  
candidè docuit clarissimus Me-  
dicus Iohan. Crato à  
Krafftheim.

**A**ccipito cinnamomum electissimum, confringe in tenuissimas partes, deinde in sacculum lineum indito, suspendaturque hic sacculus in vase, in quo aqua sit in fundo, ita tamen, ut aqua sacculum non contingat, ac clauso diligenter vase, immittatur hoc vas in cacabum, plenum aqua calefacta & feruida, ita ut aqua illa, quæ in eo vase continetur, in quo cinnamomum dependet, bulliat: manifestat hoc modo aliquandiu cinnamomum, in calido illo vapore, quoad bene attrahat. Deinde cinnamomum sic madefactum vase aque bullientis, contundatur & fiat quasi pasta quædam, & simul cum impresso li- quore, quem assumpsit, infundatur in alembicum: si opus videbitur, poteris adhuc aliquid calidæ aquæ affundere, sed quanto mi-

nus

nus aquæ affuderis, tantò habebis præstan-  
tiorem aquam cinnamomi, ac etiam olei ali-  
quid. Si tantum cupis habere aquam non ita  
præstantem, affunde aquā copiose, sicut qui-  
dam faciūt, ad lucrum comparati magis, quā  
hominum vtilitatem, sed sic, aut nullum, aut  
quām minimum olei habebis.



A. Operculum ol-  
læ illius, in qua  
cinnamomū su-  
spensum est: hoc  
operculū, si initus  
haberet capitulū  
in medios clicer cō-  
cauitatis, quale in  
galearum vertice  
cernitur, & præ-  
sens figura adum-  
brat, cōmodè in-  
tus sacculus alli-  
gari posset, sicq; in medio optimè depēde-  
ret. Quod si nō habuerit, posito p trāsuer-  
sum ollę ligno, alligetur. Diligenter autem  
claudatur operculum, ne vapor exhalet,

B.B. Cauitas vasculi vacua.

C. Sacculus cinnamomo refertus.

E. Infundibulum, per quod aqua, si fortè de-  
ficiat, infundatur, sed diligenter rursus fo-  
ramen obturetur.

F.F. Cacabus plenus aqua, qui & vasculū ex-  
sipit, in quo cinnamomum imponitur.

Q 4

## EVONYMI

**S**i vas excipiens liquorem destillatum, sit amplum, non opus est aquam per fistulam galeę ducere, sed si concalescat vas excipiens, linteum aqua frigida immersum ei apponatur, & cundem usum præstabit. Eodem autem modo, quo aqua cinnamomi præparatur, sunt etiam anisi, fœniculi, &c.

**G**ummium & resinarum olea destillanda, aliam habent rationem, & requirunt inspectionem in putrefaciendo: omni conatu entitendum, ut lentissimus sit ignis, idemque perpetuo æqualis, nam si cœperit spiritus semel exhalare, oleum & opera perditur. Accipienda autem ad usum non putealis, sed fluorinis aqua.

**R**ursus cinnamomi oleum, quidam affirmant, fieri ab aliquibus, cum aqua vitæ, idq; propinari epilepticis, dando per tres menses, quotidie guttam cum aqua maioranæ, aut simili.

**O**leum è cortice mali arantij siccato, præstantissimum fit, verum utrum tantum insolatione, an destillatione, nondum cognoui. Est autem albicans & odoratum, sed nihil a crimoniae habebat, quod gustavi.

**O**leum è corticibus nucum. Ex cortices nucum aridas, contunde in mortario, pone in retortam bene perlutatam, illam impone igni non nimium magno, & extrahes oleum & aquam è corticibus. Deinde separabis oleum ab aqua per balneum Mariæ. Postremo ter aut

aut quater purgabis oleum, in arena destillando in vitro paruo. Hoc ferè melius est oleo vitrioli, maximè in peste & veneno. G. Ras.

## DE OLEO TARTARI.

**O**leum tartari accipe tartari vini albi, aut vini maluatici, si haberis posset (me lius enim esset) quantum videbitur, calcinetur, primo puluerisatur, post calcinationem, rursus pistatur, & in colatorio suspenditur in loco humido per dies octo vel sex, & oleum in vase supposito collectum, serua. Valet ma culis faciei, cutem dealbat, ruborem faciei tollit, Fallopius.

Oleum tartari contra pustulas oculorum, è lepra oborientes. Rx tartari contriti ℥. iiiij. in olla inuitreata ponatur cum acetis mensura j. decoquatur per dimidium horæ spaciū, despumando diligenter, postea ab igne depone, obstruendo ollam ne vapor egredi possit. Tum rursus cineribus calidis, aut carbonibus ignitis appone, & decoquatur, aut calcinetur usque in puluerem redigatur. Post refrigerationem puluerisa, & in loco frigido & humido, aut cella vinaria in sacculo suspendatur, supposito aliquo vase. Usus huius olei est eiusmodi. Patiens balneum ingrediatur, & noctu, ubi dormitum iuerit, inungat loca sub oculis, ubi vesicæ apparent, & cooperiatur panno diligenter, ne ab

Q 5

## EVONYMI

aëre ante eius exiccationē contingatur. Hoc continua per octo dies, mane & vesperi.

Ad calcinandum tartarum subitò, cum nitro ut albescat, & valet contra verrucas, ex lib manuscripto Germanico. Rx salis petræ & tartari puluerisatorum, ana partes æquales. Calefac regulam aut testam non uitreatam, huic infunde nitrum & tartarum, & ubi stridorem excitauerint, ignitaq; furent, statim albescunt. Tartarum hoc ita calcinatum in sacculo suspendes in cella, & extillabit oleum. Hoc oleum remouet verrucas manuum & reliquarum partium, si evngantur. Notandum autem, quod ubi minus nitri, quam tartari coniunxeris, non ita albescit, quamquā vnicę quatuor salis petræ, cum 15. j. tartari permixtæ, tartarum calcinare possunt, non autem ad albedinem redigere, sed remanet nigrum, è quo tamen etiam oleum destillari solet,

## DE OLEIS E' LIGNIS extrahendis.

Oleum ut è quoquis ligno extrahas. Rx Guaiacum, pinum, vel iuniperum: & fac per descensum, ut nosti, & procul dubio habebis oleum abundè. Si vero vis, ut fortius operetur, & nobilius sit, destilla per ascensum in Cornuta, eritq; oleum pulcherissimum, & penetrabile, citò ingrediens, quo cuncti ponantur.

Oleo

Oleo è Guaiaci ligno, vel (quod melius successit) ex sancto, inquit Manardus, usus sum in Gallicis vel ulceribus, vel doloribus: ad quem usum etiam oleum ex Iuniperi ligno non parum conductit.

Oleum è lignis fraxini eodem modo fit, eius usus est, in arthetica frigida: excoriaciones cicatrizat, morpheam albam propriè soluit, & ipsam dignigrat. Et eo modo oleum ex omnibus lignis extrahi potest. Rogerius. Curat præterea tale oleum paralyticos. Manardus refert oleum fraxini, non solum inunctum, sed etiam ebibitum, conferre lienicis.

Oleum è lignis hederæ, ut extrahatur, dictum est superius, ubi docuimus oleum extractum ex baccis hederæ, ex Rogerio.

Oleum è lignis iuniperi, eodem modo fit, quo oleum è lignis hederæ, quod frigiditatis causas remouet vel reprimit, & typum quartanæ: sed magis singulare & speciale, facta inunctione ab umbilico, usque ad muliebria, est renes, & matricem confortare, & eius humiditatem exiccare, & ad conceptionem præparare. Rogerius.

Oleum de iunipero valet in fistulis, in sectionibus cutis, & malo mortuo: tibiarum serpigini & cancro, vulneribus & ulceribus malis. Recipe ex lignis iuniperi quantitatem sufficientem, & incide in frusta, & imples ollam vel dolium magnum vitreatum.

## EVONYMI

interius, cuius orificium sit arctum, & fac  
foueā in terra, & præpara parietes eius cum  
terra figuli, deinde pone ollam vitreatam in  
fundo ex directo foueæ, habentem orificium  
magnum, & cooperiatur corta (lamina) fer-  
rea subtiliter perforata: deinde præpara ista  
duo vasa cum terra figuli, ne ex utriusq; ori-  
ficijs respiret, deinde cooperi terra, & adde  
ignem per tres horas, finiter resudabit o-  
leum de iunipero optimum.

Oleum è ligno iuniperi rectificatum, fit  
primo destillatione per descensum: deinde  
totum simul in bociam infusum destillato  
sursum, vel in balneo, quod tardius fit, sed  
pulchrius; vel in cinere, arenáue, quod fit ma-  
gis rufum.

Oleum ex ramentis subtilioribus Carpen-  
tariorum, quæ nos hobelspōn vocamus, fit,  
ad oculorum affectus, ad hunc modum. Ac-  
cipe matrem perlaturum bonam, reponatur  
per noctem, vel in cellam vinariam, vel in  
aquam frigidam, postea diligentissime exic-  
cetur: quo facto, huic matri perlaturum impos-  
se quantum potes de ramentis ligni, eaque  
accende, & habebis fuluū oleum ad oculos.

DE OLEIS EX CHARTA,  
et petijs è tela lini.

Oleum chartæ fit, accipiendo patinam  
stanneam, cui impone chartam, quam  
accende,

accende, & apparebit spuma subflava, è patina exiens. Spumam collige, & palpebris inversis inunge, aut alioquin pro oculis affectis vtere.

Aliter oleum è papyro fit. Fac cucullam è charta alba, eminentem capitum partem rescinde: caudam reflexam forfice tene, ita ut capitum margo intus lancem attingat, donec dimidia, aut amplius pars consumatur flamma, nec permittes in lance incidere flammatum.

Oleum è petijs lineis: petiolam mundam accipe, eamque accende super stannum, & deflueret oleum causticum, cum quo ulceræ inungantur, tandem creta in acetum dissoluta, in modum vnguenti albi circunquaque linias tur, tanquam defensuum.

### D E O L E I S E X A N I M A L I B V

aut corundem partibus, vna cum epistola

Arnoldi de Villa noua, de sanguine humano de stillato.

Epistola magistri Arnoldi de Villa noua, ad magistrum Iacobum Toletanum, de Sanguine humano.

M Agister Iacobe amice charissime: Dum me rogastis, ut vobis secretum meum de sanguine humano, quod diuina fauente potestate, perq; meam industriam (quamuis non totaliter) per multiplices ex-

## EVONYMI

perientias, cum multiplicibus laboribus  
ad inueni aliqua, de aliquibus expertus sum,  
transscribendo significarem. Et quamuis  
diu distulerim, tamen iam senio appropin-  
quante, omni liuore semoto, ea quæ de hoc  
secreto sum expertus, plenius enodabo. Au-  
diatis ergo, & audiant secreti electi, verba  
oris mei, quia spiritus sanctus, ubi vult spi-  
rat, & ideo in puteo pœnitentia recludatur,  
qui famo alicui & impotenti reuelabit,  
quod antiqui quæsivierunt, nec inuenire po-  
tuerunt; scrutati sunt, nec illud habuerunt.  
Est etenim donum cœleste, nobis indignis  
a Deo destinatum, quod nec medici cognos-  
cierunt, nec etiam philosophi qui in Calchy-  
mia laborauerunt, perceperunt. Sed testor  
Deum, quod per varios labores, quos longo  
tempore, in arte Calchymia sustuli prout  
scitis, per experientiam cognoui istius rei  
efficaciam tantam esse, quod non sufficio  
vobis, tantæ virtutis vigorem pleniùs ex-  
planare: & ideo in puteo pœnitentia re-  
cludimus.

Accipiatis ergo hoc secretum, scilicet san-  
guinem humanum, & sit sanguis virotum  
sanorum, & ætatis infra 30. annos, & extra-  
hatis quatuor elementa prout bene nouisti  
ex calchymia, & obturetis bene quodlibet  
elementum per se, ne aër subintret.

Aqua enim valet in omnibus ægritudini-  
bus tam calidis quam frigidis, eò quod occul-  
tæ est

tae est naturae, & complexionem lapsam reducit ad temperamentum, & maximè valet in patientibus vitium in spiritualibus; & venenum depellit à corde. Arterias etiam ipsas habet dilatare & humectare, & dico pro constanti, quod phlegma grossum in pulmone contentum sine molestia dissoluit, & ipsum ulceratum (non obstante commotione) consolidat. Et breuiter omnia comperta in pulmone & membris spiritualibus purgat, & ea purgata præseruat. Sanguinem ultra omnem medicinam mundificat. Item fluxum ventris à tota specie curat. Apostema etiam lateris mirè sanat.

Aer etiam multum valet ad praedicta, & forte plus, quam aqua, & maxime valet iuuenibus, ut in eo statu fortitudinis & pulchritudinis permaneant, si utrantur eo paulatim, & in modica quantitate. Et est quasi tantæ virtutis, quod nullo modo permittit sanguinem putrefieri, nec phlegma superdominari, nec cholera aduri. Præterea ultra modum multiplicat sanguinem, & ideo oportet utentibus eo, saepe phlebotomare. Insuper illud elementum aperit venas & nervos, & si aliquid fuerit in ipsis diminutum, reducit ipsum ad debitum temperamentum. Insuper probauit, quod si iuuenis, ante statu suæ ætatis, scilicet in augmento, qui habuerit crepaturam, quolibet die de hoc elemento, unam guttam intra oculum ponat, &

## EVONYMI

& se tenuerit in quiete per mensem , sine dubio reddetur sibi visus. Item si in aliquo membro, aliquod superfluum existit, vel aduenit aptum putrefactioni, statim dissoluit & tollit, & si inueniatur diminutum, reddit restau-rando. Et valet hoc elemētum in apoplexia, epilepsia, scotomia, vertigine, dolore hemi-crano, & in omnibus istis debet admini-strari cum aliquo electuario, ad propositum valente.

Ignis vero pretiosior & admirabilior est, & ad omnia valet ad quæ valet aër, & quod plus est, de mortuo homine, facit viuum, hoc ita intelligendum est. Quod si in hora ( singultus ) mortis, detur de hoc igne, ad quantitatem grani tritici , distemperato cum vino, ita tamen, quod guttur transeat, reuiuiscere faciet ipsum hominem, & ingredietur ipsum cor subito , expellendo superfluos humores, & cum hoc viuificat calorem naturale ipsius hepatis, & ita, quod quasi per unam horam, ipse infirmus poterit loqui, & disponere de testamento, &c. Et per hunc modum, vidi facere miraculū, apud Dominum Comitem Parisensem , qui quasi mortuus iacuit, & statim postquam hoc medicamentum sumpsit, rediit aliquantis per ad se, & post horam expirauit. Et istud apud quamplures sum expertus. Item si senes vtuntur hoc igne omni die, in modica quantitate, subleuat senectutem, exhilarando corda eorum, ita quod iuuenilia

juuenilia possidebunt corda. Et ideo vocatur hic ignis, elixir vitæ. Nec tamen est elixir calchymiaæ, quia hæc est de sanguine putrefacto. Istud quoq; si esset de sanguine putrefacto, natura humana nimis abhorreret huiusmodi medicinam. Et scias quod si elementa ipsa secundariæ destillata fuerint, erunt optimæ, & per ea homo vivere poterit, usque ad periodum ultimam suæ vitæ, sine infirmitate, si ipsis utatur omni vel altero die. Et tanta est scientia in his destillationibus ultimis, quemadmodum est in destillationibus Calchymiaæ. § Nota de isto sanguine humano, quod permisceo ipsum recentem, cum optimæ aqua vitæ fortissima, & ipsum destillo, & erit pro primo elemento. Et super feces, pono aliam aquam vitæ fortissimam, & facio similiter, & erit pro secundo elemento. (Videtur aliquid deesse. ) Et hoc sic probò, Fiat scyphus vel cupa de auricalcho, & ponatur in mensa, & si venenum appropinquabit scypho, scyphus vel cupa incipit mutari in diuersos colores, per lineas multas, &c. Et sic cognoscitur venerium, similiter de febre.

Oleum sanctissimum ex ossibus hominum mortuorum, ad omnes dolores, saepe mihi expertum, post debitā purgationem. Ex ossibus magnis mortuorum hominum, concidantur frustatim, sine ut excandescant in igne, ignita pone in cassula aut olla in qua sit oleum commune antiquissimum, & ea extingue, &

R

## EVONYMI

quamprimum inieceris frustū in ollam olei,  
mox illico operculo claude, ut vidimus in  
oleo philosophorum. Hęc ossa aliquot horis  
imbibita contunde per se (absque illo oleo  
quod superfuit in olla) & pone in cornu-  
tam, & destilla ut oleum philosophorum, ser-  
ua ac vtere. Res magna est ad omnes dolo-  
res iuncturatum.

Oleum ex ossibus ad epilepsiam. Rx ossa  
futuræ lambdoidis hominum mortuorum:  
pone ad calcinandum donec rubescant: dein  
de extinguantur in oleo, tum triturentur ut  
dictum est de ossibus superioribus: hoc est  
medicamentum optimum, vngendo locum  
idoneum.

Oleum de ossibus hominis per descensum,  
ad podagram maximè valet.

Oleum extractum de excrementis puerorū,  
ad tineam valet: Destilla bis in alembi-  
co vitro excrements puerorū, & ex eo oleo,  
quod inde extrahitur calido, frices affectam  
partem, si prius pilos raseris, atq; locum affec-  
tum laueris lixiuio, in hunc modum confe-  
cto: Rx cineris ex sarmentis quantitatē decen-  
tem, pro quantitate aquae, quā cōperis, atq;  
illum in uoluas linteō, & permittas madefieri  
in ea aqua diem integrum cum dimidio, &  
simul injicias cum ea aqua, spicarū siligine-  
rum M. j. postea illa aqua, siue lixiuio laues  
affectū locum, singulis diebus semel, deinde  
siccari sinas, quo facto vnges ut dictum est.

Oleum

Oleum ex stercore hominis , curat cancrum,& mortificat fistulam. De facultatibus aquæ è stercore hominis, vide inter aquas ex animalibus.

Oleum siue pinguedo, ex ansere , contra arthriticam frigidam,& guttam, credo etiam valere contra extenuationem membrorum. Anser antiquus repleatur sanguine porcōtum, sepo ouino , pice, lardo , vel communī pinguedine ana 3 ij. thuris 3 iiiij. ceræ modis cum, assetur , & quod destillat reserua , & cū eo sæpe vngelocum patientem. Eodem modo destillant pinguedinem catuli canis, infarctibaccis iuniperi, &c.

Oleum seu liquor destillatus ex taxo per descensum , ad membra contracta , ex nervorum retractione , è Germanico. Accipe taxum, cui corium detrahe , abscisoque capite & pedibus , & reiectis interioribus , in ollam inferius perforatam pone , quam alteri ollæ impones. Ollam inferiorem in terram abscondas , & altera imposita olla , utrunque optime clade in commissura , ne quid transpiret , idque facias etiam parte superiore , ollæ superioris. Quo facto , ignis fiat ex carbonibus circumcirca , ita ut pinguedo omnis ex superiori olla in inferiorē destillet: ubi totum destillarit, quod conjecturare licet , pinguedine illa , membra inunge.

## EVONYMI

Oleum mirabile, contra omnem paralysim & extenuationem, è castoreo. Recipe castoreum, ponatur in aquam vitæ fortissimam, putrefiat, post destilla lento igne, cum quo fiat inunctio partium.

Ad extenuationem membra (resoluti) destilla pedes vel pinguedinem, & hepar vituli recentis, cum saluiæ manipulis v. & piperis vncia j. vnge.

Oleum ex ouis destillatum mirabile, & expertum ad multa, authoris Incerti. Rutillos ouorum per decoctionem induratum, numero quindecim, terantur digitis vel manibus, cum 3 j. pyrethri puluerisati, & simul in vitro destillentur, primo quidem lento, postea vero, hoc est, ad ultimum, fortio igne, ut omnis liquor extrahatur. Quo facto, accipe thuris albi, castorei, ladani ana 3 s. puluerisentur omnia, & commisceantur cum oleo iam extracto, & quater rursus destillentur, semper oleum rursus pulueribus affundendo: ignis primæ & secundæ destillationis, minimè sit fortis, & tandem in vitro diligenter obturato, serua. Est enim secretum magnum, & res probata, ad ea quæ sequuntur. Oculorum sanat vitia, si gutta una fuerit instillata. Mortificat & curat inunctione fistulas. Cancrum sanat, & ulcera difficultis consolidationis, quæcumque alioquin nullis remedij vinci possunt. Ficus quoque extirpat. Puncturas quarumlibet partium aufert, & curat.

Tincam

Tineam sanat , si pili abradantur primo ,  
deinde linteo fricitur cutis , & tandem oleo ,  
pars inungatur. Apoplexię prodest , & prae-  
cipue podagrę , si quatuor diebus , bis in die  
vngantur. Ignis combustionem quoque ,  
inunctio citò sanat , & lupum morbum  
curat.

Oleum de ouis. Recipe oua sex , bulliant  
in aqua ad duritiem , decortica & aufer al-  
bum. Vitellos manibus confricatos , pone  
in sartagine , & coque vertendo subinde ; vol-  
uendoque paulatim cum cochleari , donec  
incipiant ita liquefcere , vt iam in chylum  
conuertantur æquabilem , instar pultis ali-  
cuius , maneat autē materia , adhuc flavi co-  
loris. Cum ita apparuerit , infunde in lin-  
teum , idq; circumoluens & torquens vtrin-  
que , exprime , & habebis liquorē , siue oleum  
flavum , quo inunguntur adustiones .

Alij , vbi vitelli sic in patella cocti , ad chy-  
lum illum peruererunt , amplius adhuc co-  
quunt , donec siccari & denigrari occi-  
piant , paulo post enim quam siccati deni-  
gratiq; fuerint , iterū liquefcunt , & copiosum  
de se humorē , nigrum , & ex adustione gra-  
ueolentem remittunt . Tum cochleari quæ  
in sartagine sunt , crassiuscula comprimunt ,  
vt oleum & humor omnis , inclinata sarta-  
gine , in alterum latus defluat & colligatur .

Oleum rubrum ex vitellis ouorum , con-  
tra podagram frigidam , ex libro Italico m-

## EVONYMI

manuscripto. Recipe septuaginta vitellos ouorum coctorum, de quibus extrahitur oleum, isto modo: ponantur in patella ferrea, super ignem, & cum cochleari volue benè, & tandem assentur ibi, donec benè liquefiant, postea pone in sacculum de panno lineo, qui infusus in aqua, cum expressorio exprimatur, & oleum extillabit. Cum hoc oleo permisce pyrethri, castorei, masticis, & ladani ana vnciam j. hoc totum pone in alembico vitro, more solito super ignem ad destillandum, benè clausis iuncturis ne respirent: & quod destillabit, reduc ter super fæces, & de isto oleo, vnge locum dolorosum, & sanabitur: hocque est probatissimum.

Succus siue liquor, ex ouis per decoctionem induratis, expressus, auribus instillatus, ad aurium tinnitus valde prodest. Oleum ouorum bibitum ante cibum, ebrietatem arcet, vt cunque strenue bibas. Si dolor urgeat, ex incisione alicuius membra, curatur oleo de vitellis ouorum, cum axungia anseris incorporato, ad formam vnguenti, & impositum, mirabiliter dolorem remittit, & somnum inducit. Mittigat etiam dolorem penis, inunctum. Usus eius quoque est in Alchymicis operibus, fixat enim aliqua medicamina.

Cortices ouorum mundatorum, à pellecula interiori, à quibus pulli exierint, trahi subi-

subtiliter , & drachmæ pondere si bibantur  
cum aqua saxifragiæ , vrinam prouocant,  
Leonellus.

E melle extrahitur quinta essentia de-  
stillatoria arte, quæ mirabiles , & stupendos  
multos effectus præbet : sit autem ad hunc  
modum. Accipiuntur mellis ℥ iiij. ( sit au-  
tem necesse est mel, clarissimum, boni sapo-  
ris, & in optima regione collectum ) infun-  
ditur in bociam capacem , vt ex quinque  
quatuor partes restent vacuæ , eaque sit dili-  
gentissimè lutata, cum capitello & recipien-  
te. Succendatur ignis tantisper, quoad fumi  
aliquot , aut vapores albi , apparuerint,  
qui in aquam conuertuntur, admotis petijs,  
aqua frigida madefactis , & impositis capi-  
tello, & recipienti. Aqua destillans rufa est  
instar sanguinis. Post perfectam destilla-  
tionem, ponatur aqua in vitro optimè ob-  
turato , ibique relinquatur, quo ad aqua cla-  
rissima fuerit facta, & coloris rubini. Tum  
rursus in balneo est destillanda , sexies aut  
septies, ut colorem rubrum exuat, & auri co-  
lorem induat, odorem vero acquirat suauis-  
simum & fragrantissimum. Hæc quinta  
essentia, aurum dissoluit, facitque potabi-  
le, & omnes alias lapides intinctos. Si cui  
datae fuerint , duæ vel tres drachmæ, qui in  
extremis fuerit , reducit eum ad sese . Si  
ea abluantur aut madefiant vulnera , aut

R 4

## EVONYMI

alia eiusdem generis sanantur, similiter va-  
let tussi, catarrho, & splenis morbis. Si vicies  
in balneo fuerit destillata cum argento fine,  
vixum cæcis restitueret. Exhibui paralytico  
quadraginta sex diebus, & sic fuit restitu-  
tus. Corpora à putredine seruat. Quibus per  
os exhibui, ita exhibui, ne à quoquam ani-  
maduerteretur, & arbitrati sunt, me incanta-  
tionibus vixum fuisse.

Oleum ex melle, ad capillos flauo colore  
tingendos. Recipe mellis ℥. j. impone fa-  
rinae frumenti manipulum j. destilla, & ex-  
trahe aquam ab oleo, deinde misceantur si-  
mul aqua & oleum in ampulla, & eo pecti-  
nentur crines.

Aqua seu liquor prohibens calculi gene-  
rationem, Recipe mellis recentis ℥. ii. teres  
binthinæ Venetæ ℥. j. misce, destillentur  
lento igne, capiat vncias ii. (fortè drach. ii.)  
pro dosi manc.

Liquor siue aqua ex melle, per destillatio-  
nem extracta, ad faciendum capillos flauos,  
citrinos & aureos. Recipe salis petræ, & mel-  
lis ana, misceatur, & destilla per campanam,  
& cum illa aqua pectinentur capilli. Facta  
autem postea lotione, caue ne tangat cutem,  
vel carnem.

Oleum ex cera pingui, per chymiam ex-  
tractum, ad emolliendas durities præstantis-  
simum est: maximè enim penetrat, emollit  
& discutit, nec vulgare medicamentum est

ad cicat-

ad cicatrices pulchras reddendas, modo post aliquot dies, à vulneris consolidatione eo utris, ne noua fiat inflammatio. Oleum hoc sic paratur. Nouam ceram sumes (virgineam Gesnerus accipiendam censet) & quam maximè pinguē, quam in vase aliquo igne modico colliquabis, & eam in vino saepius manibus comprimendo lauabis, hanc rursus colliquabis, & in eam tegularum vel coctorum laterum frusta calefacta & ignita, quæ ceram illam absorbeant, proijicies; frusta deinde hec in vas (quod bociam flexam appellant) optimè luto sapientiè obductum ponatur, igniq; vas admoueatur, cui vas alterum, quod stilas recipiat, supponatur: prius aqua egreditur, ultimo tandem purissimum oleum stillabit, quo ad emollienda membra uti poteris, Bartholomæus Maggius de Cura sclopetorum. Ego Patauij quondam à quodam sumido chymista didiceram, arenam optimè lotam, siccatam, & cibratam cum dissoluta cera commiscere, quæ ceræ ascensum prohiberet. Sunt quidam, qui ceræ & etiam alijs resinis destillandis, vitrum contusum & puluerisatum, eadem de causa permisceant, verum ab eo abstinentem censerem, quod onus destillatis alienum quendam & ingratum odorem communicet, propter salem alkali. Aiunt inter destillandum crepitus edere, tanquam vas sit rumpendum. Oleum de cera miracula facit in doloribus sedandis, ut po-

R. 5

## EVONYMI

dagræ & arthritidis. Summum certè est remedium & temperatissimum oleum, quare etiam in vulneribus & ulceribus est laudatum.

Oleum de cera sanat crepaturas & fissuras labiorum, rimas & corrosiones papillarum in mammillis mulierū, ex lib. quodam manuscripto Italico. Et olei de cera noua destillati per alembicum vitreum, eo penitus modo, quo thuris oleum destillatur, & hoc oleo rimas inungas labiorum & papillarum in mammillis, & subito sanantur; & nihil impedit etiam noctu puerum lactare, dolorem enim tollit.

Oleum de ranis utile podagricis, arthriticis & membris ~~μαρασμέθαι~~, cuius descriptionem à Georgio Pictorio accepit Gesnerus. Et olei oliuarum  $\frac{1}{2}$ . j. ranarum fluuialium numero iiiij. infundantur ranæ viuæ in oleum, donec moriantur, hinc in noua olla incrustata, coquantur lento igne, bene tecta, usque ad carnium, ab ossibus, dissolutionem. Post accipiuntur ranæ ex oleo, & in mortario confringantur, & inde iterum in oleum mittantur, & lento igne bulliant, unica ebullitione, deponantur ab igne, & fiat colatura, ut oleum ab omnibus fæcibus fiat mundum, cui addere terebinthinæ  $\frac{1}{2}$  iiiij. lotæ & claræ, ad ignem fiat bona mixtura absque aliqua decoctione. Hoc oleum pretiosum est supra modum. De aqua ex ranarum cruribus, vide inter aquas ex animalibus.

Contra

Contra scrofulas oleum ex serpente rubro.  
 & serpentem rubrum, detruncato illi caudā  
 & caput, reliquū corporis impone ollæ per-  
 foratæ, foraminibus multis. Hanc ollam al-  
 teri ollæ impone, secundam verò, in aquam  
 feruentem, vbi tandem decoquatur, donec ti-  
 bi videatur, quod oleum ex serpente in olla  
 subiectam destillarit, & ipse serpens sit con-  
 sumptus. De hac pinguedine, & puluere ra-  
 dicis capparorum simul mixtis, inungantur  
 scrofulæ octo diebus, & sanantur.

Oleum scorpionum destillatum contra ve-  
 nena, ex lib. quodam manuscripto. & olei  
 antiqui quantum vis, & pone in eo de scor-  
 pionibus, mense Iulio collectis, quot habere  
 poteris, quibus adiunge diptamni albi, fo-  
 liorum absinthij, betonicæ, verbenæ, & ro-  
 rismarini, stent omnia per plures dies simul  
 in infusione, posteā in alembico destilla, &  
 destillatum serua.

Oleum ex formicarum ouis, & herba vr-  
 tica simul destillatis, inunctum renibus, & ve-  
 sicæ, yrinam prouocat, Leonellus.

DE OLEO ANTIMONII, ET  
 que ex eo preparantur, vitro dicto, seu  
 gemma, & puluere.

**S**timmi, siue stibiū, recentioribus : Chy-  
 mistis & Seplesiarijs, antimonium, nunc  
 vulgò magna experientia, celebrari, atq; mi-  
 ris laudibus extolli solet. Parantur autem ex

## EVONYMI

eo, tria remediorum genera, quibus vel intra corpus exhibita, vel foris admota, miracula faciunt, Oleum siue quinta essentia, Pulus, & Vitrum ijs dictum.

## DE OLEO ANTI- monij.

**C**onfectio olei, ex Antimonio, quam ab Amico quodam accepi, talis est. Rx antimonij crudi, tartari crudi an. ℥. s. contundatur haec simul in mortario, vel super lapide, postea immittantur in ollam, prius bene vitro obductam, quæ operculo & luto exacte occludatur, & figulo tradatur, ut vna cum olio, quando eas coquit, in fornace vrat. Per hanc vstionem fit pasta, in nigro rufescens, conglobata, friabilis, quæ postquam olla refrigerata est, & olla aperta, eximatur, contundatur & conteratur rursus in tenuem pollinem, postea mittatur rursus in ollam vitro obductam, & superaffundatur acetum destillatum, vt altitudine duorum digitorum transcendat acetum, sic ponatur super fornace calefacta, vt acetum extrahat rubedinem, eaque tingatur. Stare autem super fornace oportet, per horas tres vel quatuor, postea acetum effundatur in vitrum destillatorium, & aliud acetum affundatur, idq; toties fiat (puto sexies vel octies) donec non amplius tingatur acetum. Illud omne acetum effusum destillatur per alembicum, vt separetur acerū per destile-

destillationem, materia autem rubra maneat in fundo. Frangatur itaq; vitrum, & eximatur quod adhæret omne, & inclusum sacculo confecto ex panno albo, suspendatur in cella, ibi guttatum extillabit oleum, quod excipatur, supposito vitro. Atq; hoc modo præparare solebat quidam Pomeranus.

Fit quoq; Antimonij oleum hoc modo, à quodam huius rei peritissimo viro, Gesnero communicato. Antimonium in tenuissimum puluerem redactum, ac cucurbitæ vitreæ impositum, aceto vini acerrimo, & destillato maceratur super leui ignis calore ( ne scilicet vas creper) tantisper, donec rubro colore acetum inficiatur. Coloratum in aliud vitrum transfunditur, nouumq; fæcibus superaffunditur, donec rursum rufum coloré concipiatur. Istæ autem transfusiones & additiones noui acetii super fæces, toties sunt repetendæ, donec nullam amplius rubedinem pulueres ex se emittat. Acetum verò collectum leui igne destillari debet, donec rubedo paulatim condensari incipiens, alembicum petere videatur. Tunc refrigeranda sunt vasa, ac liquor tubeus, quadraginta diebus simo calido, macerari debet, donec perfectam olei formam acquirat. Illud sacchari instar, dulce affirmat, omnesq; vulnerum dolores sedare, ac perfete sanare dicitur: ac plures admiradas facultates in ulceribus contumacibus, ac cancrisis præstare.

## E V O N Y M I

Aliud de Antimonio secretum, quod etiā ad albū non mediocriter valet. R̄ Antimonij puluerizati ʒ xij. tartari calcinati ʒ viiiij. misce, & impone in tigillum aurifabrorū, perlutetur diligenter, ac ponatur in fornacē per duas horas, & calcinetur benē, postea refrescat, & aperto tigillo, videbis totum hoc colore cinereo subobscurō, cum maculis qui busdam flauis. Pistetur in mortario, & impingatur feruenti aquā, & in sartagine ferrea de coquatur, post per filtrum destilletur, quomodo lixiuum destillatur. Prima aqua egrediens est rubra & turbida, quae tandem rursus fæcibus affusa, destillabit clara. Hanc aquam in vitrea cucurbita in arena euapora, eo usque quoad exiccatur, aut resoluatur. At hanc relictam materiam in arena destilla, primo quidem igne lento, postea fortiori, usque dum spiritus antimonij cœperint ascendere, & cœperint quasi collum alembici deaurare. Tum inter se circuletur materia. Dicūt autem, quod si laminæ argenteæ huic impingantur, deaurantur, ita ut etiam lydio lapidi attritæ, aurum referant. Ego vero puto longè melius fore, si prima aqua turbida colorata seorsim seruetur, ac noua fæcibus superfundatur, fortassis enim secunda & tertia plus rubedinis secum extraherent ex antimonio, quae postea in vnum collectæ, suavi igne exhalare possent, usque ad rubedinem oleaginosam.

Alius

Alius modus, quo quidā frequenter utitur. Primo extrahatur rubedo Antimonij per acetum destillatum multis vicibus, vt supra ostensum est, & fiat exhalatio aceti super leui calore, ac seruetur in fundo puluis rufus. Postea affundatur ei quinta essentia vini, stentaque simul in circulatorio per quadraginta dies. Hoc tutissimè intra corpus uteris.

Alius modus eiusdem. Tartarum ad albedinem calcinatum, fluat cum antimonio in tabella lapidea, postea hoc in puluerem reductum, in aqua calida dissoluatur: & ita inuenies rubedinem quandam aquæ innatae, quæ colligenda est omnis, & in retorta, aqua transeat primo, ac postea sequetur oleum pulcherimū rubrum, id circuletur diebus quadraginta, & habebitur oleum antimonij optimum, minimè corrosiuum. Atq; hunc modum, quicunq; intellexerit, charum habebit.

Aliud Antimonij oleum, à Gallo Empirico. Accipe Antimonij ℥. ii. tartari, salis nitri, ana ȝ iiiij. cupri incisi ℥. j. omnia simul terrantur, postea pone in vas vitreum, non de uitreatum, & da sibi ignem magnum per horas tres. Postea permitte, vt refrigeretur sua sponte, frange vas, & inuenies in fundo Mercurium antimonij à sulfure separatū, quem separabis à superiore, combure postea superficiem tandiu, donec fiat impalpabilis, colorisq; rubri, tunc pone in alembicum vitreum bene lutarum, si prius in aceto fortissimo sit

## E V O N Y M I

dissolutus. Destilla more aquæ fortis, & habebis oleum sanguini simile pretiosissimum. Nota, Mercurius ille ex antimonio extractus, est purissimum aurum, quod si tingere volueris, accipe olei antimonij  $\frac{3}{2}$  j. æris vsti, vridis æris ana  $\frac{3}{2}$  iii. cinnabaris  $\frac{3}{2}$  xv. vitrioli combusti ad rubedinem  $\frac{3}{2}$  iiiij. salis nitri  $\frac{3}{2}$  v. prædicti auri albi  $\frac{1}{2}$  iiij. pone in vas terreum bene lutatum, & da illi ignem in fornace venti per horas sex, & inuenies massam citternā, quam pones ad cementum regale, postea ad capellam, & habebis purissimum aurum. Cementa autem regalia, faciunt aurifabri, & capellas quoque.

Alia non contemnenda olei antimonij scriptio, Gesnero comunicata à quodam expertissimo, harumque rerum studiosissimo, Rx antimonij  $\frac{1}{2}$  iiij. aut iiij. dissoluatur in tegillo aurifaborum, ut fluat. Postea infundatur in ollam testaceam in uitreatā acetū mensura. Quo facto, & fuso antimonio, magna cura & diligentia parum huius fusi antimonij stillet in acetum (cauendum diligenter, ne vna vice nimium instillare permittas, quia rupto vase, perderes oleum & operam) & exhalabit fumus rubeus, & acetum etiam colorabitur colore rubro instar sanguinis. Pervicces igitur & paulatim, nec nisi quasi per guttas, totum antimonium sic est instillandum. \*Est autem in bocia vitrea, id quod aceto supernatat separandum semper, & toties, quo-

ties in tigillo funditur. Tum rursus antimonium in tigillo fundendum, ut prius, & siquidem liquatum fuerit, paulatim est in acetum instillandum ut prius, idq; est septies repetendū, ut facultas & rubedo extrahatur. Acetum consumetur eo modo, ideoq; est aliud affundendum (nam si olla aut nimium fuerit vacua, aut supra modum repleta, difficit, proptereaq; ab utroq; excessu est cauedum) ne vas rumpatur. Quod si septies fuerit repetitum, acetum rubrum in bocia diligenter perlutata, in cineribus destilletur, & acetum album transibit, oleum verò in fundo relinquetur. Quo sic facto, aqua fontana oleum ita relictum, perfundendum mediocriter, & rursus destillandum, ut aceti sapor ab oleo auferatur. Quod vbi bis factum fuerit, hoc est, secunda vice aquam fontanam affuderis, ac postea per destillationem separaueris, habebis antimonij oleum dulce & bonum in cucurbitæ fundo. Verum hæc destillandi forma scriptis non æquè, atq; oculari inspectione, describi potest.

Est & hæc quoq; nō contemnienda ratio faciendi oleum antimonij, quā, ut puto, Theophrastus Paracelsus pro secreto habuit. Recipit antimonij ℥. s. sacchari candi ʒ vj. fiat puluis subtilis, destilletur in arena, aut balneo iuxta artem. Huius olei accipe ʒ j. aloës succo citrini ʒ s. ambræ ʒ ii. croci ʒ iii. redundantur successiuè in massam, fiant pillule par

S

## EVONYMI

æ, dentur tres cum conserua borraginis, ante accessionem febris, educeturque sudor fieri potest.

Oleum antimonij Vlmæ, à quodam Medico, in cornuta ferrea, sicut etiam aqua fortis (separationis) fieri solet, destillari audio, contuso scilicet prius eo in puluerem tenuissimum, & permixta parua quantitate aquæ vitae. Sumitur tunc intra corpus ad sananda ulcera. Norimbergæ quoque oleum eiusmodi habent pro chirurgis, quod illico carnem superfluam, vel putridam tollit illitum. Paratur autem ex antimonio, sale gemmeo, & ammoniaco. Aliud est oleum, quod propinabat quidam (volunt tamen non) oleum istud esse, sed ablutionem quandam eeu lixiuum) destillatum tamen puto. Alij dicunt parari id sicut vitrioli oleum, de quo vide Cœlū philosophorū, vbi parandi huiusmodi modus docetur, & hoc oleo Norimbergenses chirugos uti frequenter audio.

Fit præterea ex eodem oleum quoddam, quod ratione rubedinis nominatur sanguis stibij: quod oleum præstantissimum est ad ulcera serpentia, & maligna, siccatur enim & affert omnem malignitatem: conficitur autem oleum hoc modo, ex Fallopio de Metallis seu fossilibus. Capiunt regulum antimonij, & ut intelligas, regulum vocatur antimonium quinque, vel sex vicibus eliquatum & refrigeratum. Capiunt enim stibium, eliquant, deinceps

de sinunt ut refrigeretur, tum iterum eliquant, & refrigerant: & sic procedunt usque ad quinq; vel sex vices, & stibium quod ultima vice refrigeratum & compactum remanet, appellant regulum. Accipiunt ergo regulum, & emolliunt supra marmor, affuso acetato stillatitio, & emollitum cum optimè fuerit, collocant in panno ex filtro, & affundunt acetum, donec totum antimonium fuerit dissolutū, & nihil in filtro remanserit, sed totum ex filtro in vas subiectum percolarit. Capiunt deinde colaturam, seu liquorem illum, & ponunt in alembicum, extrahuntque liquorē: quo extracto remanet in fundo alembici substantia quędam veluti fæx rubra, quā accipiunt, & ponunt in panno, & appendunt in loco humido, & subijciunt vas, fæx illa aëlia ab humiditate eliquatur, & illud quod eliquatur, est oleum, quod vocatur sanguis antimoniij, medicamentum, ut dixi, optimū ad serpentia & maligna ulcera.

Oleum antimoniij, quod flos est omnium metallorum, colore rubrum, ut rubinus (sic enim Agyrrta cōmēdat) tutō sumitur per os, trium gr. pondere: sapore dulce est, leuissimè de acredine participans: 3 iiiij. aestimat duobus coronatis. Usum nescit, id magno, ut refert, sumptu primū inuenit. Ego ipse gustavi, dulcedinem sensi, colorem sanguineū ad rubedinē tendentē vidi, in aqua missa gutta eius una atq; altera, fundū petat. Ex literis ad Ges.

## EVONYMI

Aliud oleum antimoniū habet (quod ego  
nō vidi) rufum, priori colore dissimile, igne  
naturæ cuius minima portio statim vesicam  
excitat, & urit, ut hinc eius usus per os, etiam  
minima portione tutus non sit, ob malignā  
& non satis correctam naturā (an de crudo?)  
Hoc oleum iniectum aquæ fortis ex vitrio-  
lo, alumine, sale petræ Mercurium tingit co-  
lore croceo. Hæc ex ipso audiui, videre non  
licuit, æstimat huius vnciam semis floreno  
uno. Ex literis Medici cuiusdam, ad Gesn.

Oleum seu quinta essentia antimoniū, ex  
Leonhardo Fierauanti, dari potest ad mor-  
bos multos corporis interiores, per os, cum  
vino aut brodio, aut alia aliqua aqua, guttae  
vnius tantum quantitate: & extrinsecus quo  
que viceribus malignis illitum, eadem for-  
titer mundificat. Sume aceti ter destillati &  
antimonij puluerisati q. u. ponantur in bo-  
ciam vitream, vt acetum operiat antimoniū  
per tres digitos, commisceantur probè, & in  
cineribus calidis decoquantur aliquantis per,  
ad aceti nimirum rubificationem: tum quies-  
cat, vbi acetum fuerit clarificatum, effunde  
in vas peculiare vitreum, & faecibus relictis  
nouum affunde. & vt supra fiat ebullitio, cla-  
rificatio & separatio, quod toties est repeten-  
dum, donec acetum amplius non coloretur.  
Quo habito, faeces abijcantur, acetum verò  
sic coloratum omne in retorta lutata destil-  
letur, & quando id, quod destillat mutatum  
fuerit

fuerit ex albo & claro colore, in rubru, tu recipiens mutandum, & fortiori igne destillatio perficienda. Hæc erit quinta illa antimonij essentia, quæ in obstructo vitro seruanda: mortificat vlcera putrida & maligna, si ea lauentur, &c.

De eodem Medicus quidam ita scribit: Oleum antimonij inuenio fieri, stibio trito subtilissime, aceroq; toties abluto, quo ad manu non inficiat, deinde sublimato: hoc aiunt efficacissime cancrum vlceratum, ne serpat, cohibere: & ne cancer vlceretur, impedire.

Oleum antimonij à Chymistis ad tingendam Lunam sic fit, ut scriptum reperimus in libro Alchymico veteri. Et acetum tribus vicibus destillatum, in isto solue salis artificiose vnam partem, salis alkali partes duas, post solutionem, destilla aquam fortrem. Postea recipe antimonij q. u. eiique affunde aquam praedictam, & destillato lento igne, post iterum superfunde aquam, hocque fac quatuor vicibus. In fine vbi humiditas ascenderit, & fumi albantes apparuerint, cum fortificato ignem fortiter, & habebis verum oleum antimonij. De hoc oleo recipe partes tres, olei solis partem vnam, olei Mercurij partem vnam, pone ad fixandum, tinge Lunam, Mercurium, & Iouem preparatum in Solem premissimum.

E V O N Y M I  
DE ANTIMONII PRÆPAP.  
ratione, quod vitri instar pellucet, &  
nonnulla de eiusdem puls  
uere.

**V**ULmensis quidam eligit stibium, longis strijs præditū, quæ quo fuerint longiores, eō etiam meliores, & partem superiorem ceu spumam eius aufert, post per dies 10. aut 14. stibium terit in lapide cum acero per diem semper: noctu vero semper resiccat, postridie semper rursus terit.

*Gemmæ. t. s. c. confitentia*  
Gemmā antimonij hyacinthi instar perspicuum, tali modo cōficiunt. Stibij puluerē cācabo fictili impositum, alio cācabo contegūt ac luto muniunt & siccant. Igni deinde cācbos superponūt, & postmodum contegunt, donec pulueres liquecant & confluant: hanc massam rursus exemptā, tritamq; secundo & tertio igni mandāt, ac sic tertia vice super rābulam marmoream, massam liquidam effundunt, quæ cito consistit, ac instar gemmæ seu vitri, pellucet. Assatur seu calcinatur binis vicibus, tertia liquatur & effunditur.

*Gemmæ. t. s. c. confitentia f. 1.*  
Antimonij præparatio alia, non multū dissimilis ab ea, quā Matthiolus in secunda editione sui Discoridis præscripsit, nisi quod ille adijectit etiam alia quædam, hic nihil omnino antimonio admiscet. Et antimonium crudū, id contere super lapide minutissime, contritum immittit in fictile paruum, non obduc-

etum

Etum vitro, atq; admoue ad ignem lentum, ut ita mundificetur, ac agitetur continuè cum spatula ferrea, donec incipiat veluti congregari, tum remouetur, & rursus super lapide, ut ante comminuatur, iterumq; igni admouetur, fiatq; hoc per tot vices, donec puluis cineris sub albidi formam adipiscatur, puto decies, vel duodecies, vel amplius. Postea immittatur in fictile, quali vtuntur aurifabri, & cooperiatur, inque copiosum ignem immittatur, atq; obruatur ita, ut carbones triū digitorum altitudine excedant ipsum fictile, ita liquabitur, & coquetur sufficenter, intra dimidiæ horæ spaciū: postea eximatur, & in pelui aurichalcea tenuiter diffundatur, & refrigeretur, & habebis quod voles.

Antimonij præparatio quædam, quā non <sup>venia</sup> <sup>ad</sup> nulli pro maximo secreto abscondūt, hāc mi <sup>repositio alia</sup> sit descriptionē insignis medicus, & singula-  
ris Gesneri amicus. Postquam calcinatū est  
stibium, toties funditur, quoties potest lique-  
fieri, in tabula lapidea. Liquescit autem dū  
ei aliquid impuri inest. Ideoquæ semper spu-  
ma detrahenda. Ac dum postremo liquefecit,  
parum de spuma iniiciendum, eaquæ pars cui  
inhæserit spuma, quasi nebula, abiicienda. Est  
autem rectè præparatum planè perlucidum  
atq; transparens, ferè sine omni macula, refe-  
rens hyacinthum, qui ad croceum magis co-  
lorem, quam ad rubeum atque nigricantem  
accedit. Ac quo pallescit magis, cō melius

# E V O N Y M I

**E**st, dummodo sit purum, absque villa nebula vel macula nigra.

**G**esneri. & con- Antimonium ut vitri instar transluceat  
**f**actio alia & rubescat, ab insigni medico tanquam se-  
cretum Gesnero communicatum. Primo re-  
cipe antimonij minutim triti, ( super lapi-  
de, aut mamore ) quantum voles: id pone in  
ollam nouam non vitreatam, quam in ig-  
nem mediocrem impones, ita ut super latus  
iaceat, sicuti figuli plumbum vrunt, & sub-  
inde agitato spatula. Vbi primum verò fu-  
mum. f. m. mare cōperit ( à fumo autem ceu veneno ca-  
uebis, si sapis ) effundito in marmor & tere-  
donec refrigeretur. Tum rursus in ollam im-  
pone, agitando ut prius, & cum fumare in-  
cipit, effusum terito, ut prius. Hoc repetito,  
donec incipiat leucophæi coloris fieri: alio-  
quin enim vitrum nigrescit, perficitur au-  
tem ferè decima repetitione. Tum recipie an-  
timonij crudi vnciam semis, liquefac adi-  
gnem fortem, & antimonij leucophæi vsti,  
tritiique, ut dictū est, vncias quatuor: eas pau-  
latim in crucibulum immittas ad antimonij  
fusi semunciam, donec totum immiseris, &  
ita simul liquari sinito, cumque modico tem-  
pore colliquauerit, effundas in lapidem lœvē  
ac frigidum. Refrigeratum rursus liquato,  
idque repetito, donec ceu ignei coloris vi-  
trum, rubini instar, splendeat. Quod si præ-  
scriptum hoc diligenter sequaris, non fallē-  
ris, mihi crede.

Antis

Antimonij sic præparati grana pauca  
 (quinq; aut sex) miscent cum succi ellebori  
 nigri artificiose extracti scrupulo vno , vel  
 amplius , & formant pillulas , quas pillulas  
 vitæ vocant, & mire prædicant. Et ne quid  
 desiderent lectores, etiam succi huius præpa-  
 rationem, haud grauatè huc ascribam, ut in-  
 telligant omnes nihil me habere , quod po-  
 steritati inuidet, nihilq; à Gesnero accepis-  
 se, quod bona fide in communis reipublicæ  
 literariæ grātiā & fauorem , non sim red-  
 diturus. Itaq; ellebori succus sic extrahitur.  
Ellebori succus  
Extractionis.  
 Ellebori nigri t̄b. j. maceratur in aqua calida  
 aliquot horis: tum ea abiecta, affundatur alia  
 recens aqua, idq; repetatur quater aut quin-  
 quies, & demum illa aqua, quæ non amplius  
 amara est, decoquatur ad consistentiam mel-  
 lis. Circa medium decoctionis , adde succi  
 halitacabi depurati ȝ ij. l. sub finem verò,  
 anisi, cinnamomi ana ȝ j. fœniculi ȝ l. florū  
 nymphæ ȝ ij. (vbi considerandum, an hæc  
 non in substantia ingredi debeat : sed potius  
 in ultima infusione ellebori poni, & simul  
 colari, ut postea aqua sola decoquatur ad con-  
 sumptionem ) postremo addatur modicum  
 mastiches , aut saltem in formatione pillula-  
 rum. Aluus ter aut quater nulla molestia sub-  
ducitur , & per multos etiam post dies , satis  
 lubrica manet. Quidam pro vna dosi harum,  
 petebat talerum sibi dari.

Antimonij præparandi modum, quem

S. 5

## EVONY M.I

quodam artifice, qui id præparabat domi  
suæ, didicerat, sic obiter & breuiter annota-  
tum, in charta reliquit. Stimmeos emi 3 iiiij.  
& s. hoc est, quartarium vnum, pro solido no-  
strate, id cōtritum & cibratum in tigillo li-  
quauimus (imposito tigilli orificio, carbo-  
ne ignito magno, qui illabi nequirit) supra  
carbones in foco: & cum refrigeratū deinde  
fuisset, obseruauimus num quis inesset regu-  
lus, sic enim vocant stannum, aut potius stan-  
no simile quiddā (sui omnino generis) quod  
ut plerunq; in antimonio separato sublīdit,  
& facile dignoscitur: qui nisi remoueat, <sup>et</sup>  
non sinit antimonium, cum funditur clarum  
(diaphanum) fieri: sed nullum inuenimus in  
hoc stimmi: quod si præsciuissimus, non  
opus fuisse liquari. Rursus igitur iam ni-  
grum hoc tritum, imposuimus in patellā fi-  
ctilem de optima terra factam, nouam, &  
nunquam madidatā, super mediocri pruna,  
ad calcinandum, ad quam rem opus est ferre  
sesquidie, spatula ferrea lata, tum semper agi-  
tari debet (quidam, ut puto, in patella ferrea  
calcinat, sed putabat colorem minus clarum  
fore à ferro) interim semper exhalat odor sul-  
furis pessimus (quō aiebat sēpe quidē dum  
faceret, sibi doluisse caput, non aliud sympto-  
ma sequutum.) Satis tandem calcinatum in-  
~~tinatur en~~ telligetur, cum odorem (sulfuris) nullum  
~~odorū sulfu~~ amplius reddit, & colore cinereum refert, nec  
~~enī~~ ne amplius eredit.

potest calcinando aduri. Fistile tandem vide  
tur igniri, & licet rimam agat (sicut fecit hoc  
nostrum) durare tamen adhuc potest, usque  
ad finem operis, nisi rima maior fuerit. Po-  
stea teritur in pila rursus, ac in tigillum im-  
ponitur ad spatium horæ ferè, & ignitur per  
mediā ferè horam, inde paulatim ignis im-  
nuitur, ut si quid alieni adhuc inest, aufera-  
tur aut auolet. Tigillum tamen testa aliqua  
tegitur, ut citius igniatur. Deinde cum refris  
xerit, additur 3 j. chrysocollæ, cumq; ea trita  
in mortario miscetur, & in tigillum impos  
nitur hoc totum, ut liquetur, ferro utere ob-  
longo, periculum enim aiebat imminere, in  
contingendo materiam, qualis nam esset.  
Fusio autem, seu eliquatio, per quam diffi-  
cilter fit primo (per horam enim ferè in fo-  
co aut amplius, cum magnis carbonibus  
vndique circumpositis, & magno folle, in-  
flando subinde, crucibulo semper ignito appa-  
rente, vix tandem liquabatur) verum ubi fue-  
rit liquata, super marmore aut lapide plano,  
funditur, secundum longitudinem seu per  
fila crassiuscula continua. Lapidis color,  
qua tangitur albescit. Secunda liquatio &  
reliquæ deinceps, citius succedunt. A prima  
fusione, statim incipiebat transparere in gi-  
luo obscuro: nec postea sexies liquatum, in  
colore multum profecit, mansit ferè in eos-  
dem. Cum fusa materia refrigerata est, ite-  
rum teritur in mortario & liquatur.

## EVONYMI

O. Laua <sup>apud</sup> stibij quantū satis est, tere, ac in sub  
<sup>in puluis & fib</sup>tilissimum puluerē redigito. Laua primum  
 frigida fontana, usq; dum ea à lortione ma-  
 neat limpida, rursum rosacea & cardui bene-  
 dicti aquis laua, quas imbibat. Tum exce-  
 ptus hic puluis insoletur, quoad coierit in  
 grumos, denuò in subtilissimum puluerem  
 redigito, tum crucibulo indito. Liquescat  
 moderato igne: cum primum luteus & arse-  
 nici colore vapor cœperit exhalare, spumeq;  
 purpureq; in summo labro intumescent, ignē  
 augeto, atq; salis nitri, urina hominis rufi dis-  
 soluti, vna cum hydrargyri (saliua seu spu-  
 uiusdem hominis, quoad fieri poterit fixi)  
 ana (an partes æquales?) spectata quantitate  
 totius, indito eodem, atque misceto, agitan-  
 do rudicula ferrea, aut chalybea, donec exha-  
 larint penè vapores virides & lutei. Eius vi-  
 scositatem & pertinaciam glutinosam, sic  
 correxeris, & quod alioquin non verè liqui-  
 dum erat, sed tantum intabuerat, instar glu-  
 tinis, fluxile reddideris. E regione crucibili,  
 lapidem marmoreum pones, & inter agitan-  
 dum sensim rudicula in gyrum, spatula latio-  
 re liquidum metallum, super marmoream  
 planiciem egerito: ubi opus est industria.  
 Nam summas partes & spumeas longiuscu-  
 le, medias proprius, infimas & feculentiores  
 proximè cum spatula egerito, id quod con-  
 tinuis ductibus, ne misceantur summae, aut  
 infimæ, medijs, quas medias scilicet, nam eas

ccii


ceu meliores videtur probare ) oportet diligenter excipere , educendo donec totum depleueris . Quid autem & quatenus excernendum sit , satis ostendent , tum tinnitus , tum splendor argenteus mediarum partium . Inter agitandum porro & egerendum , ne fumus virulētus , siccusq; spiritus ingruat in os & nares , cauendū est , quippè paulo minus quam lethalis est , sunt qui vesicam porcinā vului obtendant Nunc quicquid erit purissimi & notæ illius (tinnientis scilicet & splendidi ) in ampullam ponito , & aqua ardenti sexies reficata totum operito , ac destillato , (an per retortam ? ) aqua rubea primum emanabit , hanc sepone & aliud receptaculum subdico , quod effluxerit excipito . Postremo hyeme aut tempore frigidiore (vt coēat melius nimirum ) in stabuli solo , scrobem duum pedum altitudine fodito , area quoquouersum trium pedum , eius solum carbonibus accensis & baccis laurinis purgato , tum fimum equinum mediocriter humidū , altum pedem sterne . Ibi ampullam condas , (in qua nimirum sit liquor , qui priore destillatione effluxit ) & operias , ( illius fistula , quæ immissa erit in receptaculū luto , philosophico diligenter obturata ) & quarta quoq; die apertas & recens fimum mittes . Quandiu iam amplius nihil effluxerit , habes liquorem densum & ambræ colorē præ se ferentem Hunc effunde super crystallinas & argenteas la-

# E V O N Y M I

*Dosis iunctu  
granae.* minas, & cælo sereno atque frigido, aquilæ  
ne flante, pone sub dio, ut glace scat, (erit qua  
le vidimus) demum fudimus pauculo calore,  
instar gummi liquefacit: ad deploratos can-  
cros, paralysim, apoplexiam, arthritidem il-  
linunt: si intro, terunt grana ij. aut ad summum  
teria. Audio cum dedisse peste infecto, non  
missò sanguine, qui paulò post obierit: item  
alteri, qui sanguine missò euaserit.

*Antimonio  
putredinis.* Qualiter spiritus rubeus eliciatur ex an-  
timonio, secretum maximum insignis cuius-  
dam Chirurgi. Recipe antimonij puri ℥. ii.  
aut tres, exiccatut & redigatur in puluerem,  
communitum imponatur cucurbitæ fistili,  
cui subiiciatur ignis primo lentus xx. hora-  
rum spacio: deinde fiat ignis paulò intensior,  
postea concitator usq; ad finem triginta &  
sex horarum. In receptaculi, seu cucurbitæ,  
fistulis ventre, supernè ad latus, imponitur  
codex ligneus, qui interdum exemptus ex  
colorib; alijs, foramine, prodit colorem spiritus exhalan-  
tis & adhaerentis, primum candidū, post ge-  
luum, flauumq; vltimo rufum planè. Per-  
fecta hac sublimatione, & refrigeratis vasis  
(puluis ignis potentia sublimatus) à vase  
recipientे expurgatur vel penna vel pede  
leporino, & imponitur retortæ, quæ in bal-  
neum Mariæ collocatur, fitq; secundaria ex-  
halatio, quæ item in cucurbita vitrea vel la-  
pidea excipitur. Eo modo habebitur puluis  
velut rotus sanguineus. Receptacula in quæ spiri-  
tus seu

us seu fumus antimonij exhalat, semper lin-  
 teolis frigida madefactis, refrigeranda sunt.  
 Nam receptacula frigefacta fumum anti-  
 monij tanto citius ad se alliciunt. Recepta-  
 culorum ventres sursum collocandi sunt, ora  
 in quæ cucurbitæ inseruntur, infernè collo-  
 canda. Cucurbitæ in quam comminutum  
 antimonium sublimandum ponitur, luto  
 munire oportet. Sed cucurbitæ recipientes  
 ex luto ignem preferente formari debent.  
 Collum eorum sit oblongum, brachij longi-  
 tudine: venter largus ideo, ne spiritibus di-  
 stentus rumpatur. Sit tamen collum adeò lar-  
 gum, ut manus cum cubito intromitti & exi-  
 mi facile possit, pro ut hæc apposita figura  
 ostendit.



- A. Furnus est, & locus ignis, pro antimonij  
 præparatione ad remedia, meliore modo  
 quam Matthiolus habet.  
 B. B. Cucurbita antimonij comminutum  
 continens, formata è bona argilla.

## E V O N Y M I

C. Cucurbitæ collum sursum tendens, & fumum seu spiritū antimonij, in vasa recipientia deferens. Sunt autem eleuata sursum & firmata super aliqua tabula, vel scano. In quibus codex apparet, quo exemplo iudicium sumitur, qualiter ignis sit moderandus, intendendus vel remittendus: Est autem codex epistomij loco, ut aperiri possint, & inspici sublimati antimonij color, &c.

Talis deinde puluis exigua quantitate (dosim enim perfectam ignoro) in pleuresi, obstructiōibusq; pectoris, pituita, morbo gallico, cū aquis appropriatis, &c. exhiberi solet. Sunt qui scabie Gallica infectum, tridui vel quatridui spacio, curari posse affirmant hoc modo. Patientem dolio includunt, (ut caput solum promineat) scabello perforato insidentem, cui massam ferri ignitam leuiter subiiciunt, ac prædictum puluerem superspergunt, ut fumus eius totum corpus ambiat, infernasq; partes sub intret, iubentque patientem tribus horis ita sudare, si ferre possit, sed si nequeat, crebrius hunc sudorem repetere. Ita omnem luem hoc fumo tot dies rum spacio tolli, quotquot huic sudori operam dederit. Expertum autem se mihi retulit nobilis quidam Thuringus equitum magister, &c.

Stimmi liquatur in crucibulo maiusculo, & super ignē tenetur, horis aliquot (x, forte, non

non expressit Gesnerus: ) tunc sinitur refri-  
gerari: rursus liquatur ut prius, & refrigerata-  
tur, id repetendum puto, ter, quater, nec opus  
teri ( ut puto ) super marmore, & sic vapor  
eius paulatim consumitur, & color tandem  
mutatur in croceum: sicq; subtilis omnino &  
leuis puluis croceus fit, qui fortior est, quam  
vitrum seu gemma stibij. Satis est ij. vel iij.  
eius grana exhiberi. Puluis est gemma stibij  
trita, crassiusculus est, nec ita leuis et croceus:  
cuius grana vij. & plura dari possunt.

D E A N T I M O N I O P R A E P A-  
rato iudicium doctorum, deq;  
eius vsu.

D E Antimonio, præparato, quod instar  
vitri splendor, sic quidam iudicat, ex lite  
ris ad Gesnerum. Antimonij præparati &  
rubri essentiam ad iudicium vocavi, & inue-  
nio, vitrum hoc, non illud esse veterum Phi-  
losophorum, de quo multa scribunt, quam-  
uis ex eodē fiat, quia magis terrestre & cras-  
sarum partium est, ideoq; licet aliquas vires  
& facultates eius experiamur, eas ipsas tamē,  
quas veteres suo illi vitro ascribunt, mini-  
me possidet. Philosophorum enim vitri qui-  
dem nomen obtinuit, sed vitrum non est,  
quin potius saccharum quoddam naturale,  
& dulce, crystalli instar pellucidum, & frigo-  
re, ut glacies, coagulatur. Huius præparatio  
non eadem est, apud omnes, ideoque non

T

## EVONYMI

eadem quoque facit. Quod si ratam huius & certam haberemus præparationem, thesaurus esset maximus.

De v̄su Antimonij, vt ipse est expertus, sic Gesnerus scribit. Antimonium præparatum (vt Matthiolus docet) dedi anno 1563. 22. Ianuarij, melancholico, qui manum sibi conscere proposuerat, iuueni carnosō, nempe grana v. ferē, trita cum paucula conseruārō, & vino in bolo: vesperi media tertia Cum iā tres aut quatuor dies, minimo cibo v̄sū, decumberet, & caput vix leuare posset, nisi cum vertigine quadam, & dæmones se videre sibi immaginaretur, timidus & anxius subinde, & Deum suspirijs inuocans) hora vna post, iusculo pingui dato, vomitus processit, & aliquot deinde, simulque sedes: verum cum maxima molestia circa ventrem & cor, & cum summo capitisi dolore, qualem se in vita nunquam expertum avebat, (sed augebat nimirum malum, latens in eo melancholia, & quod cum sitis maxima esset insequuta, nimirum aquæ cum vino bibisset) cœnam detrectauit, nihil dormiuit: anxius subinde tota nocte, vomebat adhuc paulo post octauam. Dabam rob de rubo idæo, do ribes, de coroneis. Rosas cum vino & aqua calefactas, præcordijs imponebam.

*m* Tantus mensuris turbidus sibi dicitur  
tenuis ab aliis sambat tibi pointat ob aliis  
Excessi to si rgo fit ut exi plicamus  
quoniam et latifilius et fumatus et  
fumatus et latifilius et fumatus et  
fumatus et latifilius et fumatus et  
fumatus et latifilius et fumatus et

SED Lyon.

Postridie mane datum ei, licet nolenti, iuscum est, post quod dormiuit ad horam fere, & meliusculè habere cœpit. Apposui etiam capiti (fronti) linteum madidum aqua lactucæ, rosaruim, oleo ros. & aceto: quod cum dudum facere iussissem, neglexerant. Oleum de vitriolo dedissem, ni melius habuisset, & forte nymphæ conseruam, vel syrum. Eadem nocte, dari iusseram aliquid theriacæ nouæ post medium noctem, si vomitus non remitteret, aut non dormiret, sed nimis parum dederunt. Nota vero. Ego digitos tantum lambens dum miscerem medicamentum, duabus post horis, capit is dolorem quasi vertiginosum sensi, & plurimum sputi è ventriculo, cum aliquo inferioris ventris dolore, dextri præsertim: vomitum mihi prouocaui, absinthiatum bibi, melius habui. Antimonium illud pulchrum crocei coloris, & vitri aut gemmæ instar translucidum, fragile dentibus erat. In hospitali hinc, alteri cuidam insano dedit Gesnerus, stibij præparati, vitri instar lucantis, & nihil fumantis, grana vj. & cum vomiturus videretur, parum panis deglutiuit, sic descendit, nec nisi molestiam aliquam in ventre fecit. Sedes quatuor tantū habuit. Postridie dicebat, sibi caput mirabiliter affectū fuisse. Item grana vj. stibij præparati opaci & fumantis parum, dedit Gesnerus hydroperico, qui postea magnos præcordiorum dolores

ppre in a good spous for mayne  
3. sonnes for his sonnes for thet  
3. sonnes & other susteris  
vixen for my 3. & thet  
only he wylle cause thet  
vnto his sonnes

# EVONYMI

patiebatur etiam postridie manente adhuc dolore, supra, infraque purgauit, modicata men quantitate.

Scribit ad Gesnerum nobilis quidam, e gregius antimonij preparator, se plus quam 400. hominibus cuiuscunq; sexus & ætatis, hoc suum antimonium exhibuisse, citra omnem nō solum noxam, sed fælicissimo quoque successu. Exhibuit Curiæ Rhætorum quinque viris pestilentiali febre correptis, quos sanitati restituit. Is afferit præsentaneū esse pestis remedium: quibus verò offertur antimonium, ijs neque ante eius assumptionem, neque post, vena est secunda. Huius antimonij sui miserat partes aliquas, triplici coloris differentia, inter se distantes, ex quibus, quod rufo colore prædictum fuerat, reliquis præferebat: propterea quod longiori in igne mora, ut colorem acquirat, virtus exhalat. Verum quod ita maiori igne coloratur, maiori quoque dosi est exhibendum. Exhibuit idem rubri antimonij, cuidam rovanda corporis viro, grana quinque: qui verò sunt mediocris valetudinis, & mulieribus, offert grana quatuor. Debilitatis verò tria. Si vero validissima quis complexione fuerit, sex grana tutò offerri posse, neque hanc dosim excedendam putat. Vbi necessitas urget, qualibet diei parte exhiberi potest, media quin etiam nocte, dummodo cibus differatur ab eius assumptione per horas quinque

aut sex, & ante assumptionem per horas duas aut tres ieiunari. Verum ubi necessitas non ita urget, commodissimum exhibendi tempus fuerit, mane per horam unam ante solis exortum. Exhibeo inquit hoc antis monium contra omnes febres, hydropem, icterum, dysenteriam, mulierum melancholię, catarrhos, capitis dolores, morbum gallicum singulariter, aluum astrictam, pectoris & ventriculi pituitam & repletionem, anhelitum fœtentem, venena, insaniam & alios infinitos morbos, hæc ille. Contra epilepsiam, Recipe pulueris antimonij, sanguinis draconis, castorei, ana drachmas ii. misce fiat puluis subtilis, pueris etiam sub lingua ponitur.

De eiusdem vtrendi modo, sic etiam anno-  
tauit Gesnerus, ex aliorum sententia. Præpa-  
rati stimmeos dosis est in robustis, granor-  
rum quinque vel sex pondere: in mediocri-  
bus vero trium vel quatuor, è saccharo vi-  
laceo vel rosarum. Pueris natis annos qua-  
tuor, quinque vel sex, datur granum unum  
& semis, in rob ebuli vel sambuci. Aniculis  
granum j. cum lacte. Operatur autem intra  
horam, vel sesqui horam. Potest etiam gra-  
uidis citra noxam dari ( de quo valde du-  
bito.)

Qui sumunt antimonium præparatum,  
sumant stomacho ieiuno, & cibum post sep-  
tem vel octo horas demum gustent: paulo

# EVONYMI

verò post assumptionem, ius cicerum calidum bibant, in pauca quantitate. Contineant se intra parietes per dies duos, & à portu quoque eo tempore sibi temperent. Aliqui stibij tritissimi & calcinati tantum, cinere seu calce vtruntur eodem modo, sed tutius videtur, ut aliquoties fundatur.

Morbis conuenit, primo quidem pestilentiae, & qui ea sunt infecti, ijs quam primum offeratur: quin etiam præseruationis gratia ad purgandum exhibetur. Est præterea singularis medicina, contra hausta venena. Deinde competit ijs, qui diuturno capitis dolore vexantur. Terrio catarrhis ad pulmonem descendentibus. Quarto doloribus ventriculi, & eius debilitati. Quinto hydropisi. Sexto asthmati prodest, & difficultati anhelandi. Septimo paralysi particulari. Octavo epilepsiae. Nono, febribus quartanis. Decimo melancholicis & delirantibus & insanis. Undecimo, quorum corpora ad elephantiasim inclinant, & scabie mala affecti sunt. Parant nonnulli ex stibio pillulas, ad hunc modum.

Et aloës 3 s. cinnamomi 3 s. caryophyllorum 3 s. mastiches 3 s. rosarum, liquorice ana 3 s. misce & fiat massa cum aqua rosarum. Accipe huius massæ iiiij. cicerum magnitudinem, & permisce ei gr. iiiij. stibij præparati, & cum aqua rosarum aut vino subiungendo in pila, fac duas aut tres pillulas.

Secretum

Secretum quoddam cuiusdam magistri,  
in cura polypi, cum antimonio præparato.  
Et pulueris antimonij præparati, fac tentam  
quam inunge vnguento apposito, post in-  
volues tentam in dicto puluere, & impone  
in nasum super polypum, id quod pluries  
expertum est.

Post usum antimonij, ad confortationem  
ventriculi, quidam his sequentibus medica-  
mentis uti solent. Et vini aromatici, Hippo-  
craticum dicitur, partes duas, iulepi sequen-  
tis, partem unam. In his simul mixtis, intinge  
panem testum: cui asperge, pulueris electua-  
rij trium santalorum, & tantillum mentæ &  
absinthij siccorum. Iulepus est talis. Et par-  
tes tres aquæ vitæ extractæ per membra-  
nam madefactam oleo anisi, aut alio bene-  
olenti, & per vaporem tantum balnei Mariæ  
destillatæ, aquæ rosaceæ partes duas. In aqua  
vitæ infundatur per noctem, aliquid caryo-  
phyllorum, & misceantur, addendo saccha-  
rum. Galli solent offam, aut ius aliquod post  
antimonij usum, exhibere, cum iam quis  
vomitum sentit, ut facilius vomat. Ex li-  
teris cuiusdam insignis Medici ad Dominum  
Gesnerum.

Quattanarijs omnino tuto exhiberi testa-  
tur quidam empiricus, eiusque iam aliquot  
propria experimenta refert. Hydropico ali-  
quando proprio affini, idem exhibuit, & ma-  
gno successu. Tamen neque hunc quidem

## EVONYMI

periculo caruisse initio, affirmat. Cuius cum causam requireremus, respondit, non satis paratum haberi posse antimonium.

In summa tuto antimonium sumitur, inquit quidam, hoc enim medicamenti genus, eam habet à natura facultatem, ut nullum benignum & utilem in corpore humorem adstratur, sed noxios tantum expellat, idq; aut per sudorem, cui, si quidem appareat, locus dandus est, aut per vomitū, aut per secessum,

Mirificè quidam Antimonij vsum extollunt, & superare omnia reliqua remedia, in ijs qui pestilentia sunt infecti, putant: vsum ego, inquit vir doctissimus in literis ad D. Gesnerum, quitam bene præparatum, quam illi habent, habeo, in multis male periculum factum scio. Nam illius vsu, cor grauer affligi, quod præcipue in febribus pestilentibus adficitur, certum est.

De Antimonij vsu, sic alias quidam ad D. Gesnerum scribit. Aurum vitæ, & præparatione & vsu, per omnia respondet. Antimonium vnu, sed non præparatione, quod hyacinthum (non) referat, respondet. Nunc primum præparaui, ac præparationem eius, quidam, vt pote perfectam, approbarunt. Eorum itaque autoritate, & propria præparatione confisus, cuidam gr. iii. exhibui, post duas horas cum dimidia, sexies vomitum, ter aluum mouere, nec ullum post se reliquere incommodum.

De

De Antimonio præparato, eiusque usu, sic quidam alias doctus ad Gesnerū scribit. Mito hic tibi vel minimū frustulum stibij præparati, prout D. Matthiolus super Dioscoridem docet, cuius insignes enumerat vires, de quibus si certo constaret, quis obsecro me fœlicior esset? qui hoc pharmaco à diuturno illo meo & saeuo morbo liberari possem, ut ibidem historiam cuiusdam flatuosi ita curati, recitat. Puluerem huius ego hactenus plus quam viginti varijs ægrotis exhibui, in quibus omnibus, primo quidem vomitum, deinde verò aliud, satis copiosè & haud inclementer etiam (sicut Matthiolus eo in loco asserit) concitauit. At quamvis quidam ex ijs postea melius habuerunt, nullus tamen omnino à morbo liber evāsit. Ideò nū sèpius fortassis exhibendum sit, iam ambigo. Nobiles nostri valde commendant, cum in tam parua quantitate sumptum, tam egregias in euacuando exerat vires. Soleo cum suauissimis conseruis, succisq; hoc venenum permiscere, ita ut sine omni nausea, facilè id deuotare queant. Ego ipse quoq; tandem usus sum, duob. tantū granis, cum alias tria exhibeam, & certè sine aliqua ferè molestia: primo ultra semilibram porraceæ bilis, cum tenacissima pituita euomui: postea nouies satis copiosè egessi, at morbus inde nihil remisit, imò deterius aliquot postea diebus habui, quod mihi hypochondriaca melancholia af-

T 5

## E V O N Y M I

fecto) ab omnibus purgantibus medicamentis accidere solet, siue vehementia siue mitiora fuerint, &c. Quod si aliquis ad vomendum facilior sit, & ad expurgandum difficultior, aut saltem mediocris, huic turò hoc stimulum propinare poteris duorum vel trium granorum pondere. In ijs verò qui difficulter vomunt & lubricam aluum habent, aut debilioris naturæ sunt, ut picrocholi, non abest periculum, id quod ego studiosè hactenus obseruavi. Hæc ille.

Rursus aliis quidam Medicus, de antimonij præparati vsu, ad Ges. scribit. Antimonium ad te mitto, quemadmodum petiuiisti, igne præparatum & puluerisatū, non potui autem integrum nunc habere: mitto autem geminum, alterū quod ad nigredinem vergit, est illud ipsum quod hic multis fuit sæpe exhibatum. De eius vsu innoxio possum testari, sed arbitror alterum esse adhuc melius & præstantius. Qui eo vtuntur, ferè in pillularum forma exhibent, facta incorporatione cum idoneo serapio. Exhibit verò paulò ante cibum, ita ut cibus medicamenti assumptio nem mox sequatur, ita retineri affirmant, & operationem eius esse potentem. Reijci verò vomitu plerunque, si longius sit interassumptionem medicamenti & cibi interuallum.

## D E O L E O S V L furis.

Sulfur

Sulfur licet aridum , siccumque aspectu  
Sapparet , proindeque nihil penitus hu-  
moris , è quo aliquid extrahi oleosi possit , in  
se continere videatur ; usque adeò siccum ta-  
men non est , calidumque , quin ex elemen-  
torum mixtione , humiditatem quandam ,  
camq; pinguem , per quam nimirum hac for-  
ma constet , adiunctam contineat . Destillatur  
autem ex eo oleū , aliquando absolutè & per  
se , nullis alijs admixtis simplicibus : aliquādo  
verò permixtis ei corporibus etiam alijs .

Oleum ex solo sulfure , ut asserit Brassauo-  
lus , vi ignis & glaciei mirificè extruditur .  
Sed optimum esset , si quis , inquit , sulfuris  
resudationem haberet , quæ in locis sulfureis  
ex montibus tanquam flos exudat , imò flos  
sulfuris appellari potest & debet , nam uti  
ros , ita sudor saxa exit . Cum illustrissimum  
ducem nostrum 1535 . Neapolim ad Carolum  
Imperatorem comitatus essem , inquit , Bas-  
ias inuisi , & puteolana loca , vbi inter mon-  
tes pulcherrima adest conuallis , in cuius me-  
dio feruentissima ebullit aqua , & in angus-  
to alio adest ebulliens fouea , huius con-  
uallis solum cyaneum visitur , montibus  
vndique cingitur : aderant pueruli qui-  
dam , quos vidi montes digitis tangere ,  
digitosque in os imponere , & lingere , quid  
facerent interrogavi , respondere quod  
sulfur edebant , & quod dulcissimum erat ,  
cœpi tunc florem illum gustare , qui à lapidiz

## EVONYMI

bus uti ros desudabat, & dulcissimum esse reperi, eo mane nihil aliud in prandio edere volui, quam panem & florem illum sulfuris dulcissimum, & hoc est illud, ex quo perfectissimum conficeretur oleum. Et rursum alibi, inquit idem. Oleum sulfuris destillari potest, tum ex apyro, hoc est, sulfure igne non experto, tum ex eo quod ignem est expertum. At verò optimum esse coniiciendū est ex flore sulfuris oleum: ex sulfure verò ignem experto, depurato scilicet, ac à lapidis bus & terra vi ignis defæcato melius; ex eo verò, quod ignem non est expertum, bonū. Sulfur seorsim ac simpliciter sic destillatur. Paretur ante omnia ex vitro aut terra inuisitata forma campanæ amplæ, ad formam ferè campanæ, qua reliqui liquores destillantur: ea liberè in aëre, ut nihil quicquā ea parte qua dependet contingat, ex filo seu corda suspendatur. Sub hac campana, vas aliud, angustius tamen campana, terreum aut ferreum collocetur, cui sulfur tritum imponendū est. Distet verò campana à subiecto vase tantū, quod fumus exiens, ignem non suffocet, sed liberè in campanam recipiatur. Mouendum verò aliquando erit sulfur, ut liberius ardeat. Anima duertendum autem est, oleum non ita cito in campanula colligi, ut destillet, sed id aliquando altero demum die apparere, & ex quinq; libris sulfuris, vix vnciam olei colligi. Est autem sulfur tritum non simul & semel

mel copiosè affundendū, sed paulatim. Atq; si hoc modo perrexit, colliges oleū rufum, obscurum, quod seruari debet in vitro. Hoc quoq; oleum, inquit Leonh. Fierauant. lib. 2. Capric. tantæ est efficaciae, & virtutis, vt vix quisquam satis credere possit, si effectum non vidisset. Ego, inquit, nunquam eo sum vsus, quin non miracula viderim, præsertim, vt idem testatur, si per os exhibetur. Dari verò potest cum appropriatis aquis, aut sys rupis liberè, ad grana quatuor, ad sex, neque vñterius tamen. Potest coniungi cum omnis generis electuarijs, & pillulis, quoniam hoc modo multò fœlicius operationem propriā perficiet. Confert omnibus morbis tam calidis quam frigidis, &c. Sed & efficacissimum idem hoc oleum est ad dealbandos dentes, exiccat enim vehementer. Vtitur eo quidam magni nominis, in Gallicis vñceribus, & virgæ, licet enim primò mordicet, postea tamē dolorem & vlcus aufert. Ardor eius extinguedus est, albumine oui conquassato, & injecto, aut cum vnguento de cerussa, aut butyro loto. Valet & ad vñcera praua gingiuarū, & oris in pueris, ad gangrenas, ad verrucas (quod ego in meipso sum fœlicitet experitus) & alios contumaces morbos. Ad fistulas ani & cæterorum membrorum, oleum sulfuris per siringam injicitur, & ardor, si quis fuit, ut supra, extinguitur: replet verò fistulas, expuluere ellebori albi, & est bonum.

## EVONYMI

Olei sulfuris descriptionē Matthiolus quoque habet, huic ferè similem, nisi quod vasorum quædā sit differentia. Ampulla lata virea in caudam oblongam exiens (ut in templis suspenditur) ponatur in arena vel cincere, in aliquo vase ligneo, ut stabiliſ maneat. Tum à marginibus ampullæ, suspendatur vasculum ferreum (fortè altitudine trium digitorum) rotundum aut quadrangulum, in quatuor locis perforatum, ubi inserta sint fila ferrea, que imponantur marginibus phialæ, ita ut vasculum ipsum nusquam tangat phialam, præterquam filis: & super phialam suspendatur calix longus & profundus, ut minimum pedem, qui fumum ascendentem recipiat, unde iterum destillat per imas margines calicis in subiectam phialam. Oportet autem subinde dum sulfur viritur, nouum cochleari infundere, & laminam (cuius pars ima ad magnitudinem & figurā articuli pollicis accedit) ignitā apponere, atque sic nouum semper sulfur infundere, donec  $\frac{1}{2}$ .j. aut ij. consumantur. Quod si sulfuris oleum sic non succedat, fortè quod sulfur nimis aridum fuerit, calix qui fumum receperat inuersus, ponatur in locum frigidum & humidum, & post biduum colligetur.

Sulfur, inquit quidam, non destillat à vase vitro, superius suspenso, sed adhæret lateribus. Infundatur igitur parum aquæ vitæ in vitrum

vitrum, ita ut omnes partes vitri tantum manifestent, deuoluendo aquam vitae ad omnes partes vitri. Deinde vitrum totum operatur orbe ligneo, interposito folio papyraceo, ne quid evaporet, & in locum frigidum & humidum ponatur dies aliquor, donec omnis materia in fundo residueat, & destilletur per alembicum vitreum. Vel si tota materia sit clara, in aliud vitreum vas clarum, oblongum ponatur, & separetur, ut olea separantur.

Alius modus est sulfure viuo, quem quidam Medicus mihi indicauit. Primum calcinari sulfur modicè debet, sed cautè ne vratatur, aut inflammetur, ita ut ferè in puluerem redigatur. Postea destillato id per ascensum, facile enim ascendit. Cæterum difficile esse hoc oleum parare, affirmabat, nec posse se describere, sed opus esse præsenti inspectione. Ad Gesnerum missum fuit alicunde paruum frustulum sulfuris sublimati, ex quo oleum fuit extractum: quod non aliter astringit, quam oleum Vitrioli, & est aque potius substantia, quam oleaginosæ, quod miror. Ex epistola quadam ad Ges.

Rursus ad Gesnerū à veteri amico, & viro docto, de eodē sulfuris oleo sic est scriptū. Sulphur ignem nondum expertū in lebete fictili accendatur, et supra lebetē capitellū, ut vocat, seu campana (vitrea nimirū) luto incrusta ta colloetur in tripode, ut halitum sulfuris

## EVONYMI

excipiat, qui ibi densatus in oleum, per canalem seu nasum campanæ extillat in vas subiectum, recipiens nominari solitum.

Alia ratio. Quidam alia ratione conficiuntur. Ad partem vnam sulfuris triti, addunt partem alteram silicum in puluerem itidem reductorum. Hanc mixturam in retorta ad levissimum ignem apponunt, & oleum optimū eliciunt. Quod oleum quibus in morbis usurpetur, & quo cum exhibeatur in singulis, quaq; mensura & quomodo, breuiter ostendendum.

Usurpatur hoc oleum in morbis frigidis, quorum causa sunt humores vel frigidi vel putrefacti, aut in quibus flatuū adest copia; ut in febribus putridis, tertianis, quotidianiis, quartanis, in peste, in vulneribus, in ulceribus maximè cauis & sinuosis, in affectibus plerisq; cerebri, oris, dentium, ventriculi, hepatis, lienis, matricis, vesicæ, intestinorum & articulorum, ijs videlicet qui ex humoris abundantia, aut putrefactione proueniunt.

Datur autem pauxillum huius olei, cù de stillatio liquore vel decocto herbæ conuentientis, pro cuiusque partis & affectus qualitate. Mensuræ modus hic est, Gallinæ pena in oleum intingitur, atq; inde mox extrahitur, & quod adhæret pinguedinis seu olei pennæ, id in liquore, seu decocto diluitur, & datur bibendum ægrotō.

Quibus autem coniungatur in singulis affectis

affectionibus: In febre quidem quotidiana, in vino decoctionis rorismarini aut mentæ paulò ante accessionem. In tertiana, cum decocto centaurij in vino. In quartana, cum aqua buglossi. In peste, cum vino decoctionis raphaeli, cui admixtum sit parum theriacæ & mi- thridatici. In ulceribus & pustulis oris, pena aut gosipium oleo madens loco ulcerato ad mouetur leviter, ita contactu olei aliquoties repetito, persanatur malum. Epilepticis, in decocto betonicæ & pæoniæ propinatur. Tussientibus, cum semine vrticæ & hyssopo coctis in vino. In anorexia, quæ redundantia phlegmatis existit, cum aqua absinthij. In dolore ventriculi & coli ex flatu, cum aqua cha mæiali. In hepatis frigiditate & hydrope, cum aqua iridis, chelidoniae & melle. In obstructionibus & dolore lienis, cum aqua tammaricis. In morbo Gallico, cum aqua fumis terræ & florum genistæ. Contra vermes, in aqua graminis aut absinthij. In dolore matricis, cum vino decoctionis betonicæ & matricariæ. In vrinæ suppressione, cum vino decoctionis allij. Ad podagram frigidam, cum aqua chamæpityos. Atq; in his omnibus idē vtendi modus est, is videlicet, qui supra est expositus, de penna oleo imbuenda, & mox diluenda in idoneo liquore. In vulneribus autem & ulceribus, locus affectus oleo linendus est, cum penna leviter. Dens cum dolet, eodem leviter attingendus est. Sed si pariter

EVONYMI

omnes doleant, decoctū mentæ calidum, cui  
immixta sit olei guttula vna atque altera, ore  
continendum est.

Oleum sulfuris, Romani cuiusdam medi-  
ci, ex quodam lib. manuscripto secretorum,  
translatū ex Italico. Oleū sulfuris facile quidem & citò cum vitrea campāna paratur, sed  
melior modus & perfectior hic est. Puluerise  
tur sulfur subtiliter, & de pumice tātundē pi-  
stetur, quæ duo misceantur simul & ponātur  
in retortā, cui adiunctum sit satis amplum &  
magnū recipiens, & bidui spacio, leuissimo  
igne oleum sulfuris destillabis, quod Italis di-  
citur oleū Da grata, ouero, De regestro. Addi-  
tur autem pumex, ne sulfur ascendarat, ac etiā  
citius vapores sursum mittat. Eadem penè  
facultates assignantur ei, quas modo supra  
recensuimus, nisi quod in paucissimis hanc  
diuersitatem notauiimus. Valet ad vulnera, ac  
cipiendo puluerem ex folijs quercus, pimpi-  
nella, agrimoniae, consolidæ maioris, hyperi-  
ci, quibus omnibus benè contusis, decoquan-  
tur in vino, & colature admisceatur pauxillū  
huius olei, aut saltem quantū satis sit pro ma-  
litia, & magnitudine plagæ. Cum hoc deco-  
cto lauetur vulnus recès aut inueteratū vlcus,  
& subito curātur. In morbo Gallico op̄t suf-  
ficiēt purgationem, valet oleū eodē modo,  
quo supra. Atq; haec quidē, & alia supra scri-  
pta, quæ huc referenda, perhibentur experta  
a medico Imperatoris Bononiæ, & ab alio  
Romæ.

Oleum

Oleum sulfuris odoriferum, & potabile,  
quod sanat & curat ferè omnis generis mor-  
bos, vicunq; pertinaces & malignos, ex lib.  
Italico secretorum Fallopij. Sulfur pulueriza-  
tū crassiusculē, ponitur in vas terreū, cui per  
spacium duorum vel triū digitorū supra sus-  
pendatur campanula seu capitellum nasus-  
tum, cui accommodetur recipiens, in quo sic  
musci aliquid dissoluti in aqua rosarū. Qui-  
bus peractis, accenditur sulfur, & fumus in ca-  
pitellum recipietur. Priusquam autem sulfur  
destillet, in capitelli parte interiori generabi-  
tur quasi tunica quædam, aut pellicula (neq;  
enim quicquam prius destillaret, quā ita pel-  
licula intreinsecus fuerit nata) semper adden-  
do aliquid sulfuris, vbi prius fuerit absu-  
ptum. Hoc oleum ita destillatum, fit suave, o-  
doriferum, & gustu acidum valdē. Iam ut po-  
tabile fiat, & per os sumi possit, fiat iulep ex  
melle, eo quo ex saccharo quoq; fit modo, &  
huic instilleretur tantū de oleo sulfuris iam fa-  
cto, quantum videbitur tum ex usu esse, tum  
verò ne nimium acescat. Hac potionē prouo-  
cabitur sudor & vrina, dissecat & digerit o-  
mnes prauos stomachi humores, omnes fe-  
bres, quæ cum frigore inuadūt, sanat, lapides  
renum dissoluit, omnis generis vlcera sanat, si  
madefiant hoc oleo, quandoquidē ex natura  
propria calefacit & exiccat. Atq; hæc omnia  
oleum sulfuris, eo modo paratum, præstare,  
certo experimento & infallibili comperti,

V a.

EVONYMI

Alium modum, per destillationem nimis  
rum, docet idem author, lutatis scilicet & si-  
gillatis iuncturis, procedatur lento igne, sem-  
per augmentando mediocriter. Hoc modo  
destillatum oleum, est maximarum virtutum.  
Primo expellit omnis generis apostemata  
interna corporis, ad superficiem, si accipiatur  
de eo tribus vel quatuor diebus de mane 3j.  
(vide ne nimium pro vice vna) cum iuscule,  
aut vino, aut simili liquore. Valet ad asthma,  
ad tussim, ad catarrhum, hepatis malas dispo-  
sitiones, ad omnis generis scabiem, & ma-  
xime contra pestem. Vulneribus & ulceris  
bus est thesaurus.

Alius modus. Accipiatur vas aliquod fer-  
reum, quod cum alembico sigillari possit, al-  
rum sex digitos aut paucio altius, idq; parte in-  
feriore per duos digitos, habeat foramen am-  
plum trium digitorum, per quod sulfur im-  
mittatur. Huic vasi imponatur alembicum  
perlutatum cum luto, deinde per foramen in-  
ferius accendatur sulfur, & ardeat tandem  
quandiu voles, & effluet liquor guttatum. Et  
hic modus licet sit fastidiosus, est tamen mi-  
nimè contemnendus.

Fit quoq; ad opera Chymistica oleum sul-  
furis per descensum, hoc modo. Sulfuris ci-  
trini vel viui triti pars vna in testa terrea len-  
to igne liquefiat, & misce cum eo tantundem  
aluminis rochæ etiam ad ignem liquati. Po-  
ste atere simul & mitte in descensorium sub

terra

terra locatum ad soueam aptam, sibi desuper adhibito igne, & quod collectum fuerit, usui serua. Diod. Euchyon.

Oleum sulfuris sic componitur. Rx sulfuris calcinati ℥. ii. infundatur in aceto, quod quatuor vel sex digitis supernatet acetum in cucurbita, hinc in fimo equino sepeliatur quatuor hebdomadis, post destilleatur igne forti, tunc ascendit spiritus sulfuris cum aceto, quod iterum sepeliatur in fimo equi per duos aut tres dies, post in vase lato, non stricti orificij evaporetur acetum, tunc manebit spiritus & oleum sulfuris in fundo. Idem oleum iterum sepeliatur in fimo ad octo dies, post destilleatur per alembicum, & tunc ultimo in fine abscondatur per mensem vnu, & sic purificabitur oleum sulfuris. Est enim magnae virtutis, exhibeatut guttae tres ad summum. Item fimus equi semper est renouandus.

Oleum naphtæ, id est, sulfuris incombustibile, quod est inceratiuum spirituum (an incensiuum) & clarificatiuum, sic fit. Rx naphtæ, id est, sulfuris cuiusvis citrini vel viui partem i. salis armoniaci partes v. haec duo terete & commisce. Postea adde sibi de oleo cōmuni parum, & distempera ad modum farinatæ siue falsæ spissæ. Postea pone in cucurbita, & lento igne destillabit humor magnæ virtutis ad multa. Perfecta vero prima destillatione, adde ei de sale communi partes v. calcis viuæ

## EVONYMUS

partes quinq; tunc facta farinata iterum posse ad destillandū, & sic facito quater, & omni vice proba cum candela vel aliter, donec non comburatur. Nam cum tali oleo naphtæ, inceratur Mercurius sublimatus & arsenicum sublimatum, & sit clarum valens ad albū vehementer.

Oleum sulfuris citra destillationem, contra dolorem podagræ, hoc modo fit, ex libro manuscripto. Recipe sulfuris viii ℥. duas, vitellos ouorum, num. xxv. terantur simul & ponantur in patella ferrea, & lento igne coquantur, & quando incipit ardere, inclina patellam ferream ad alteram partem, & quod liquidius est effluet, & habebis quod queris.

Oleum de sulfure citra destillationem, sic parat Brassauolus, accipe sulfuris citrini, testrebinthiæ ana ʒ iii. vini boni ʒ iii. olei rossacei ℥ i. bulliant lento igne ad vini consumptionem, quod relinquitur, est oleum de sulfure.

Aliter & quidem citò sic fit. Accipe lixivium forte clauellatum, aut etiam ex calce extincta confectum, ita ut ouū ei innatet. In hoc lixivio decoquatur sulfur tandem, quoad pinguedo in superficie lixiij apparuerit, & fæces fundum petierint: tum despumando quasi pinguedo auferatur.

*Aut coniiciatur sulfur tritum in frequentem aquam, decoquatur, donec terra pars residat, oleosa verò in superficie natet.*

*Aut recipere olei seminis lini partes iiij. mitte in ipsum partem j. sulfuris viui, & simul optime tere, & dimitte sub fimo per duos dies, in vase bene obturato, eritque clarum & pulchrum.*

### DE O L E O V I T R I O L I

*De faciendo oleo Vitrioli, ex*

*Valerio Cor-  
do ferè.*

**O**leum Vitrioli, quod à quibusdā Oleū Vitiae appellatur, aut Melancholia artificialis, quodque nonnulli volunt auri potabilis speciem facere, propterea ; quod minera vitrioli, species sit mineræ auri, à Chymistis pariter & medicis expetitur. Est autem etiamnū hodie in frequenti omniū penē Medicorū usū, ideoq; tanquā res secretissima occultatur & supprimitur. Est autē nihil aliud, quam aluminosa qualitas & substantia, ex vitriolo per artem extracta, modiceque sulfuri mixta. Nam ipsum vitriolum ex quo fit,

triplici constat mixtura, videlicet multo aluminine, modica æragine, & paucō sulfure. Aluminosa enim aqua in metallis, per æris venas & Marchasitam destillans, æruginosam qualitatem acquirit, & sulfuri, quod Marchasitæ inest mixta, paulatim cōcrescit, aut industria ad spissitudinem coquitur. In destillando autem aluminosus & sulfureus vapor tantum ascendit, æruginosa qualitate in fundo retortæ relicta: quo sit, ut hoc oleum aluminis, & non æruginis saporē habeat. Est autem duplex hoc oleum, austерum videlicet & dulce. Austерū duplīcī cōstat mixtura, hoc est, aluminine multo, & modico sulfure. Dulce verò simpliciter sulfure constat. Nihil enim aliud est, quam liquidū sulfur, ex austero oleo extractum. Quapropter gustu nequaquam alumen, sed sulfur emulatur. Faciendum autē est utrumq; maxima cura & diligentia, adhibitis, apta fornace, retorta & receptaculo: siquidem aptitudo instrumentorum, ut asservent Chymistæ, magistrum parit. Hactenus Cordus. Cæterum hoc loco, quid nomine olei vitrioli veteres Philosophi intellexerint, hoc ne oleum nostrum, cuius descriptiones sumus daturi, an verò aliud quippiam, quod modo præparandi saltem differat, non materia ex qua, non sine ratione quidam huius artis peritus dubitat. Cum enim præter alias eius, penè innumerās facultates, etiam correspondendi vim in se continet, ( id quod etiam

ex eo

ex eo manifestum fieri potest, quod non nisi optimo vitro Venetiano seruari possit, & labia cancerosa, oleo illinita ab eo consumantur) non potest non periculosus eius esse aliquando visus. Itaque existimaram (inquit) ab antiquis alio modo præparatum, multoq; subtilius & sine corrosione fuisse, atque in balneo Mariæ destillatum. At quoniam hic modus est in cognitus, cœperūt posteriores alias atque alias ad imitationem excogitare præparations. Neque enim ignoro, quantopere ad perfectionē horum, præparations conferrant, ut nimirū putum & nocuū, ab impuro & innocuo separetur, & subtile & penetrabile, à grossō & immobili. Quocūq; igitur modo res quælibet potest fieri subtilior, clarior, & magis spirituosa, eò maiores vires ostendit in actione. Feces enim elementorum simplicium, actiones impediunt. Ideoq; veteres Philosophi, mentionem faciunt reductionis ad primam materiam, ad quam vbi ventum fuerit, res extremam subtilitatem acquirit, & maxima quoq; in opere pratico præstat. Itaq; non dubito, quin tale oleum vitrioli, quod extremam præparatione subtilitatem fuerit adeptum, in actionibus suis sic futurū non perfectissimum solum, sed etiam minimū nocuum: quo verò in præparatione artifices fuerint negligentiores aut remissiores, eò etiam intra corpus assumptum esse venenosius. Igitur quo minus erretur in eius præ-

## E V O N Y M I

paratione & destillatione, quouè fiat oleum perfectius, tria hæc sunt diligenter ante omnia consideranda. Primo quale vitriolum sit eligendum, tum quomodo coquatur, & tandem quis calcinationis modus. Videtur enim, quod ea regula, quam in Antimonij præparatione proposita habent, etiam vitrioli oleo accommodari possit. Antimonium (inquit) præparatum, si optimū quæras, optimè calcinato, quasi innuant, nō posse, nec recte, nec tuto Antimonium exhiberi, quod optima ratione, venenosam qualitatē nō deposuerit.

### E L E C T I O V I T R I O L I

ex Cordo.

**C**Vm plurimæ sint vitrioli species, indiscandum omnino est, quæ nam species eius, huic operi potius cōducet. Et quamvis ex omni & quocunq; vitriolo oleum per destillationem elici possit: multum tamen olei, & ex omnibus præstantius, ex Cæruleo aut vitidi destillatur, quoniā plurimum fugitiu sulfuris obtinet, quo adiuuatur, ut facilius oleum ascēdat. Notandum etiam est, melius esse factitio, natuū, & maximè Vngaricum. Præterea eligendum quod magnis racemis constat, & maioribus cubis est concretum. Quod autem fractum minutim ac puluerulentum est, quasi inutile est reiiciendū, quem admodum etiam quod solis, aut aëris iniuria candorem & puluerulentam canitiē contraxit. Fallop. Rom. Germanico præfert, quod illud aliquid ferri in se contineat.

C O

COCTIO VITRIOLI  
ex eodem.

**V**oniam vitriolum multū in se habet aquei & excrementitij humoris, quā oleū diluit, & nō nisi longo tempore, ac magnis molestijs per destillationē ab oleo separari potest, compendiaria ea inuenta via est, qua breui temporis interuallo, ea humiditas absumi queat, ne longa mora artifici fastidū pariat. **R**eg igitur prædicti vitrioli **†. xii.** coniice eas in ollam magnā, nouam, & optimè crematā, ollā impone fornaci profundę super ardentes prunas. **V**bi liquefieri & ebullire cœperit, spatula agitetur, ut integrum liquefactō comisceatur, donec & ipsum liquefar, bullire deinde sinito, usque quo nullam prorsus bullam amplius exciter, & donec totum densetur, deinde extractā ē fornace cum vitriolo ollam, refrigerari permittito, loco neq; humido, neq; ventoso, sed sicco & tepido. Postquam refrigeratum fuerit, ex olla exi mito, & considera, an superficies eius vndiq; rubescat. Rubedo enim signum est perfectæ coctionis, ut facilius calcinari possit.

VITRIOLI CALCINATIO.  
ex eodem.

**E**xemptum olla vitriolū, in minutas partes confringe, & in mortario subtilissime terere, deinde tertiam aut quartam eius partem

## EVONYMI

In recentem ac robustam ollam conjice, ac rursus in profundā fornacem, sicut ante, demitte, & aliquandiu vrito, donec rufius fiat, mox ollam ab igne depone, & moue eam, ut videas an satis calcinatum fuerit vitriolum. Nam si in olla fluctuat, argenti viui aut liquefacti plumbi modo, & saltantes bullas ciaculet, satis vstum esse intelligas. Tunc in magnam & recentem ollam prius calefactam effunde, & effluet quasi sit liquidum, aut ad modum argēti viui. Quod autem reliquum est vitrioli, similiter sigillatim ut calcinetur, vras. Cum vstum fuerit, commiscetur rursus optimè in mortario, modestè agitando, ne puluerem excites, nares & fauces offendatur. Vbi hæc omnia executus fueris, Vitriolum in bilancem ponito, & animaduerte pondus ipsius. Nam si sex libræ, hoc est, medietas eius quod primo coexisti, superfuerit, bene omnia abs te sunt administrata.

## D E F O R N A C E facienda.

Primo fornax apta est extruenda ex lateribus in planū positis, quò enim crassioribus parietibus constiterit, eo ignis fortior est, & diutius caliditas conseruatur. Fiat etiam quadrata & æqualiter vndique crassa: spacium internum concavum, ferè duorum spithamorum habeat latitudinem, non tamen omnino, sed dempta tercia parte spithami,

mi. Extrahatur autem hoc modo. Prima & infima cava, habeat altitudinem semipedis, cui per transuersum imponantur ferramenta satis crassa, ut ignitis carbonibus non flectantur. Secundum spaciū seu cava, super ferreum craterem constituta, ob deim roost, habeat duum pedum altitudinē, & ex anteriori parte foramen, per quod carbones injiciantur. Hoc incipiat lateris transuersi crassitudine super craterem. Per medium deinde spaciū, in ipso medio inspicienti fornacem, per transuersum infigatur ferreus axis quadrangularis, crassitudine pollicis, qui impositam retortam sustineat. In latere dein de sinistro fornacis, relinquatur meatus, per quem retortæ collum exeratur.

## DE STILATIO VITRIOLI.

**P**ostquam fornacem exituxeris, eligito retortam capacem, aptamque ante omnia, ex vitro Venetiano, aut saltē Hessiacō factam, prius vndique luto obductam, in eam coniuncto totum vitriolum, (exempli gratia, lib. vi. vt supra à principio) ita tamen ut aliqua pars retortæ relinquatur vacua, quod facilius à vitriolo spiritus ascendere queant: mox transuersam fornaci super ferream trabem itidem perlutatam, unā cum fragmento testaceo perlutato, immediate inter vitrumque ponendo, retortam impongo, ita ut in medio fornacis retorta colloccetur.

## E V O N Y M I

**R**ostrum eius seu collū extorsum, modice  
 pronum promineat, meatus autem qui col-  
 lum recipit, luto obstruatur. Postea accipe te-  
 gulas quinque, & facito ex ijs tectum supra  
 fornacem, sub quo retorta lateat. Tectum  
 luto vndiq; obducatur, quatuor pro fumo  
 foraminibus relictis in singulis angulis, sin-  
 gulis, ea amplitudine, ut crassissimus pollex  
 liberè intromitti & exerci queat: Fac etiam  
 quatuor conos ex luto, quibus foramina ob-  
 struantur. Quo facto, applica retortæ ori-  
 cio receptaculum grande, è vitro Venetiano  
 aut Hessiaco, quo enim maius ipsum fuerit,  
 eò liberius spiritus recipiet, si vero paruum,  
 periculum est, ne spirituum copia disten-  
 tum, rumpatur. Infunde etiam in retortam  
 aquæ clarissimæ vncias xvij. aqua enim citò  
 spiritus ad se recipit, & prohibet ne confrin-  
 gatur receptaculum: & diligenter perlutetur  
 in iunctura, cauendo diligenter, ne quid in  
 receptaculum incidat, tingitur enim inde in  
 tufum colorem oleum. Cum omnia hæc ab-  
 solueris, dimitte per integrum noctem lutum  
 exiccati, ac si qua, fatiscunt rimæ, luto illi-  
 nantur: mane deinde placidum accende  
 ignem, ex puris & magnis carbonibus, aperte  
 o uno superius foramine, per quod fumus  
 exeat, augeaturque successiue ignis usque ad  
 vesperam, quo tempore aperiendum est se-  
 cundum foramen. Et attende diligenter, an  
 appareat spiritus qui è retorta egrediuntur.

ac si

ac si quis candidum efflaret fumum. Nocte sequente vigili cura cauendum, ne ignis remissior fiat, sed acrior, paulatim tamen: ita deinde auctum ignem in vigore teneas, ac altera die tertium aperi foramen, augendo siccillatim ignem, usque quo etiam retortæ collum candescat: sequenti secunda nocte auge ignem, & post medium noctem aperi quartum foramen. Cum ita in summo vigo- reignis fuerit constitutus, videbis spiritus egredi, veluti conglomeratas nubes, qui cum cessare voluerint, aperi omnes fornacis aditus, & sine intermissione carbones ingere, usque quo etiam receptaculum candescat, studiose cauendo ne quicquam frigidum aut humidum super retortam aut receptaculum incuria aut casu decidat. Peragenda hęc sunt in loco clauso, quo neque imber neque ventus ingrediatur. Conseruandus autem ignis est, donec nulli prorsus spiritus in vitriolo relinquantur, quod visu facile percipi potest. Cum autem nulli amplius egrediuntur, sine ut per se extinguitur ignis, ac totum opus, integrum cum nocte diem quiescere ac refrigerari finito. Postea aufer cum contento humore receptaculum, & repone donec oleum ab aqua segregabis, tum contractam retortam inspice, & vide an caput mor- tuum nigrum sit, hoc enim si- gnum est perfecti operis.

EVONYMI

SEGRAGATIO INFUSÆ  
aq. aque.

**Q**uoniam in receptaculo, continetur  
vna cum vitrioli oleo, aqua, segregan-  
da ea est, ut vitrioli liquor syncerus  
reponatur. Segregatur autem per destillatio-  
nem in balneo, aut cinere subtili, tutius ta-  
men est in balneo. Quapropter totum hu-  
morem qui est in receptaculo, in cucurbitam  
vitream Venetianam aut Hessiacam infun-  
de, superponendo alembicum ex simili vitro  
factum, quæ bene luto circumlinatur. Sub  
balneo deinde accenso igne paulatim, sine  
aquam exire, donec pertransuerint octode-  
cim istæ vnciæ aquæ, quas infudisti. Quod  
si vitriolum non bene calcinatum fuerit, plus  
aqua egredietur, quamobrem videoas ut 18.  
istæ vnciæ sint boni ponderis. Cum hoc pe-  
regeris, refrigerari balneum sinito, & aquam  
quæ destillauit abijcito, quod vero in balneo  
in cucurbitæ fundo reliquum fuerit, purum  
est vitrioli oleum. Habet tamen plerumq; ru-  
sum colorem, ideo secundum sequentem mo-  
dum, rectificandum est.

RECTIFICATIO OLEI.

**A**cciper retortam Venetianam, ante alius  
to optimo vestitam, in eam infunde,  
quod in cucurbita continetur oleum. Retor-  
tam

tam pone in minorem fornacē in capellam, quæ pura & lota arena repleatur, & quemadmodū antea in balneo, ita nunc in arena destilla, paulatim ignem acuendo, ut per interualla delabantur guttæ. Retortæ orificio applica receptaculū ex eodem vitro factum, ac cōmissuram luto optimè claudē, ne quicquam expiret. Vbi totum ē retorta destillauerit, refrigerari sinito, & postea aufer, & infunde seorsim in purum vitrū Venetianum, quod habeat angustum orificium, ac repone ceu presens in multis morbis remedium, hoc est austерum vitrioli oleum, cuius vires & naturam nunc indicabimus.

## V I R E S O L E I.

**M**Erum ac non dilutum, neq; debet neq; potest intra corpus sumi, nam propter nimiam acrimoniā, ignis modo, interanca aut quicquid attigerit, adurit. Omnia enim corrodit præter vitrum, & pinguia veluti ceram, picem, & liquidorū etiam oleorum colorem immutat, præsertim olei macis, cui si misceatur, sanguineū reddit colorem. Si etiā in duobus vasculis continetur, quantumuis frigidum, & repente sibi ipsi misceatur, adeò incalescit sua sponte, ut manibus vix teneriqueat. In terram effusum bullit, quemadmodū melanocholie species, vnde etiam Melancholia artificialis appellatur. Quemadmodū enim melancholia, ita etiam hoc oleum ven-

X

## E V O N Y M I

triculum confortat, & ad cibum inuitat ac stimulat, frigidum ventriculum calefacit, phlegma omne consumit, crassos & viscosos humores incidit, colicæ ac dysenteriæ opitulatur, sitim ac fevuorem interaneorū in febribus extinguit, singultum prohibet confestim, & nauseam ac cibi abominationē auertit: sed temperandum est cum alijs quibusdam. Quare exemplum vnum aut alterum apponemus.

**R**e olei macis, terebinthine clare ana gutt. xiiij. aquarum anisi, fœniculi ana 3 ii).

syrupi liquiritiæ 3 i.

Olei vitrioli guttas iiij. vel iiiij. Misce omnia optimè, & gustato, si accerositatem habeat, quæ dentes non in stuporem trahat, bene est: si non est acetosa potio, instilla adhuc vnam aut alteram guttam, & consule palatum, ac propina secure aduersus calculum. Vel.

**R**e syrup. de menta 3 i.

aquaæ cinnamomi 3 iiiij. l.

olei cinnamomi guttas ii.

olei vitrioli guttas iiij. Misce, da secure, ad ventriculum debilem. Aut.

**R**e syrup. ex succo aut infusione violarū 3 i.

aquaæ cinnamomi, 3 j. hordei 3 iiiij.

Olei vitrioli guttas iiij. aut iiiij. misce & contrahet puniceum colorem, & saporem vini austeri, cinnamomo aromatisati, propina contra calores & sitim febricitantium.

D3

DE OLEO VITRIOLI AVSTE-  
RO, quomodo dulce fiat.

**A** Principio huius capituli de oleo vitrioli, dictum à nobis est, oleum vitrioli austero, dupli mixtura constare, videlicet multo alumine, & paucō sulfure. Quare cum ex austero oleo, dulce extrahitur, nihil aliud sit, quam quod sulfur ab alumine segregatur. Est itaque dulce vitrioli oleum, nihil aliud quam oleum sulfuris, aut ipsum sulfur in liquidam substantiam redactum, & hoc proprioleum dici potest. Est enim pingue & vnguiculatum, quemadmodum etiam ipsa sulfur, quod in oleo & non in aqua liqueficit. Sequitur autem modus segregationis.

MODVS SEGREGATIONIS.

**R** Ecipe vini ardentis acerrimi, & ter sublimati 3 vj. olei vitrioli austeri tantundem, misce in Venetiano vitro, & pone in cucurbitam paruam angusto orificio, & luto optimo orificium clade, dimitte ita per integrum mensem aut duos. Deinde effunde in cucurbitam, cui sit immeditate annexum alembicum, hoc est, ein Fölb mit einem angeschmolzten helm / cuius figuram subiiciemus, pone deinde in paruam fornacem ac dimidiati eius partem cinere obrue,

## EVONYMI

postea applica recipientē & luto iuncturam  
 claude diligenter, & extrahe 3 vj. vini arden-  
 tis quas infudisti. Ut vero tutius hoc fiat, po-  
 ne in balneū Mariæ, sic solum vinum, absq;  
 oleo, ascendet. Cum extraxeris autē per bal-  
 neum infusas vj. 3 vini vsti, pone id quod re-  
 siduum est in fornacem, vt arena medium cu-  
 curbitæ partem attingat, ac nouo & vacuo  
 recipiente, eoq; non magno applicato, luto  
 iuncturam diligēter claude. Accende deinde  
 modestum ignem, & sensim extrahe omnem  
 humiditatē, quæ relicta est in cucurbita, do-  
 nec nihil humidi amplius infundo appareat,  
 adhibita semper maxima cura & diligentia,  
 vt ignem ita modereris, ne ebulliat usque ad  
 alembici canalem. Nam si hunc ebullitio atti-  
 gerit, sedare non potes, neq; prohibere, quin  
 in receptaculum egrediatur, ac totum oleum  
 perdat, solet enim facillimè ebullire. Cum au-  
 tem sensim extraxeris, aufer statim recipien-  
 tem cum suo humore: tum videbis duo con-  
 tineri in eo, aqueum videlicet humorem, &  
 oleosum, ac pingue. Segregabis autem vnum  
 ab altero statim, ita ut nihil aqueum in oleo  
 relinquatur. Nam aqua illa oleum corrumpit.  
 Solet vero oleum plerunque aquæ inna-  
 tare, maximè si infusum prius vinum, om-  
 nino per balneum extractum fuerit, sed sta-  
 tim poteris tactu oleum ab aqua discernere.  
 Oleum enim pingue est, aqua minime. Se-  
 gregatum oleum deinde usui reserua.

FIG V

FIGVRA CVCVRBITAE CVM  
alembico immediatè annexo. Ein Fölk mit einer  
angeschmolzten helm / die muß man in den  
glashütten bestellen zu machen/ vñ  
zerbrochnem Venedischem  
glas/ &c.



**V**ires eius quod segregatur est, sunt omnino cædē, quæ & sulfuris, sed omnia efficacius præstat, quia propter liquiditatem facilius penetrat ad actiones proprias, quod sulfur nō potest: quia impeditur à soliditate & spissitudine sua. Illud verò amplius potest sulfure hoc oleum, quod valet præterea ad omnes in corpore putrefactiones & præcipue ad pestem, ad educendum è pulmone in pleuride & peripneumonia, & difficiili tussi, pus, & crassos viscososq; humores. Tuto enim & absq; vlo periculo, intra corpus sumitur. Calculum neque in renibus neq; vesica, coalescere sinit, exulceratam vesicam sanat. Dosis eius est vna, aut altera guttula, aut tres, in vino modico temperatæ. Miscentur etiam rotulis, morsellis è saccharo factis. Diligenter autem reseruandum est, nam modicum fit ex H. j. austeri olei vitrioli, &

## E V O N Y M I

facile propter aëream naturam, evanescit. Et hæc quidem omnia, aut pleraque saltem, ex ex Valerij Cordi libro de artificiosis extractionibus.

Vitrioli oleum, ad hunc modum paratur, secundum Falloppium in secretis remedijs, ex Italico translatis. Vitriolum Romanum (hoc enim non Germanicum est accipendum, quia continet in se de ferro, quod stomachum confortat, eiq; est familiare) in fornace reuerberationis positum, ad rubedinem calcinatur. Deinde posteaquam fuerit ita ad rubedinem calcinatum, ponitur in bociam, quæ forma testudinem, instrumentum musicum, referat, optimè ac diligentissimè per lutatam luto purissimo sapientiæ, eaque in furnum reuerberationis eo modo est collocanda, ut collum bociæ extra fornacem prominat, & paululum deorsum sit inclinatum. Huic adaptetur recipiens, itidem in iunctura quam diligentissimè clausum, siccq; quatuor diebus continuis & totidem noctibus oleum vi ignis est eliciendum, quo ad nihil penitus supersit, quod destillari possit. Quo facto, apparebit nigerrimum, instar atramenti, quod in vitro diligenter clauso, ne perspirare possit, est seruandum. Atque hic modus facilis est, & optimus. Usus eius, talis est. Accipio iulepi violacei H. j. & H. alteram aquæ vitæ optimæ, aquæ rosarum


vncias

vncias tres, musci soluti duo carat, & drach. vnam olei iam dicti, & commixtis omnibus fit diuinissima mixtura. Etenim si datur cochleare eius patienti febrem acutam & calidam, continuò recreatur & refrigeratur. Contra sputum sanguinis, contra fluxus alui, contra venarum rupturas in pectore, & catarrhos datum, statim prodest. Aque horum omnium certissimam experientiam vidi, &c.

Alius modus. Recipe vitrioli quantum videtur, & calcina in olla, calcinatum in puluerem contunde, puluerem pone in retortam, & superfunde aquam fortē communem, ut imbibatur in loco calido, sine stare viginti quatuor horas aut amplius. Deinde pone in fornacem retortam, & superius tege, ac perluta, relictis quatuor foraminibus. Destilla primo igne lento, ut post quatuor musicos tactus, gutta exeat: cum aqua non amplius destillat, tum ignis amplificandus, ut spiritus exeant: id erit oleum. Deinde in balneo Mariæ, separa aquam ab oleo: eam aquam serua, donec iterum vis oleum facere. Postea oleum in retorta in fornace, igne magno destillando purgabis. Poteris album, rubeum, vel flauum facere, pro ignis magnitudine.  
G. Rascol.

# E V O N Y M I

Alius modus. Rx aquam vitæ, & eam posse in alembico vitri bene lutato, & inter curbitam & operculū, ponas quatuor membranas tenuissimas, & fac destillare aquam vitæ ad dimidiam partem, vel minus. Postea Rx vitriolum, & puluerisa optimè, & pone in cornuta lutata, & fac destillare aquam vero quæ destillabit, rursus excipe & pone ictlam super fæces imbibendo, & hoc facito quater, quoad non amplius destillet. Postea



rursus tere, & simili vase impone bene lutato, cum aqua vitæ sic præparata ut supra, ita tamen quod aqua vitæ excedat, per duos digitos in vase prædicto bene clauso, & maneat per sex horas in igne lento, & hanc aquam seorsim serua, ite-

rumq; aliam aquā vitæ impone, (sex horis) vt supra, idq; tertio est faciendum. Postea accipe istas tres aquas, & destilla in balneo Mariæ, cum vitriolo supra dicto, & quod de- stillabit, abijce, si volueris, & inuenies oleum in fundo. Huius olei, cum quis acceperit, se- ptem vel octo guttas cum vino maluatico, vel alio vino albo, vel oleo rosarum, aut vio- larum, ante pastum, conseruat valetudinem. Cum aqua pimpinellæ mundificat sanguinem, laetificat cor, & conseruat calorem nat- uum. Cum decoctione buglossæ & masticis

vel

vel eorundem aqua, sanat vertiginem. Cum aqua saluiæ valet contra spasmū. Cum aqua maioranæ & basiliconis, valet contra tremorem cordis. Cum aqua fœniculi & sileris montani, sanat debilitatem visus. Cum aqua ireos, bonum est contra catarrhos à capite. Cum aqua vel decoctione rosarū, compescit fluxum sanguinis narium. Cum aqua capillorū veneris, tussi medetur. Cum aqua citri, appetitum mouet. Cum aqua betonicæ, sanat omnes ructus & dolores stomachi: quod si verò dolor hic fuerit à causa calida, dabitur rectè oleum cum aqua rosarum & diarrhod, abb.

Oleū vitrioli, ex relatione domini Georgij Haymberseri, R<sup>z</sup> vitriolum commune, q. vis, destilla aquam eius ab eo, per alembicum, vt scis: postea R<sup>z</sup> fæces, seu terram vitrioli è vitro, & calcinato valdè bene quàm potes maxime: tunc affunde aquam, quam prius à vitriolo destillasti, super terram vitrioli calcinatam, & pone in siccām cellām vinariām, & habebis verum oleum vitrioli. Sed terra vitrioli calcinata, debet prius benè conteri, & tūc aqua super affundi. Cum hoc oleo, & cinnabrio, fac vt scis, ad congelatidum mercuriū. Ex libro manuscripto veteri Alchymico.

Alius modus. Vt facias oleum vitrioli, acceſſipe vitrioli Romani ſubtiliter triti ††. xx. & diſſoluatur paulatim in vase non vitreato, ſupra carbones, & poſtquam fuſum fuerit

## E V O N Y M I

Si ne utrādiū bulliat, qno ad bene sit exiccatū.  
Quo factō, puluerisetur diligēter, & ponatur  
in aliud vas nō vitreatū, sed bene coopertū, ne  
quid immunditiae accedat. Deinde excitetur  
supra infraq; ignis clarus & vehemēs, ex car-  
bonibus, vt vitriolum instar cinnabaris rube-  
scat. Huius rubificati vitrioli, accipet h. xij. et  
imponas retortæ optimè perlutatæ, cum suo  
recipiente, similiter lutato in iunctura: ac  
primo quidē die lento igne, secundo verò for-  
tiori ex carbonibustantū, ac tertio fortissimo  
etiam ex lignis factō, destillabis oleū vitrioli.  
Notandum autem est, quod in recipiente ali-  
quid aquæ vitæ est ponendum, vt vitrioli spi-  
ritus retineantur. Ac post destillationem ea-  
dem euaporari debet, posito nimirum reci-  
piente supra carbones, ita eleuatur vapor se-  
tidus, & ubi nullus vapor apparuerit am-  
plius, aut grauiter fœteat, tum oleum vitrio-  
li purum relictum erit. Facultates huius olei  
sunt penè innumeræ. Cum aqua tamarici  
valer cōtra passiones splenis. Cum aqua rhap-  
hani vel puluere tabularum marmoris, va-  
let contra lapides, & omnem passionem renū  
ac eorundem oppilationem. Cum aqua ca-  
lendulæ ac verbena, valet contra pestē. Cum  
aqua salviæ & buglossæ, contra morsum ser-  
pentum. Cum aqua vitæ, est summum reme-  
dium ad superfluitatem menstrui. Eodem  
modo datum, tollit tertianam. Cum aqua  
pentaphylli & marrubij, curat quartanam.

Cum

Cū aqua filicis, necat vermes. Cum vino maluatico, vel cum aqua pimpinellæ, usque ad quantitatem octo guttarū bibita ieuno stomacho, laetificat cor, mundificat sanguinem, & lepram reprimit, conseruatq; & auget calorem naturalem. Sumptum cum aqua fumi terræ, & aqua mirobalanorum, citrinorū, curat lepram. Cum aqua maioranæ, leuat dolorum capitis, & interficit pediculos capitis, Cum aqua buglossæ & melissæ, tollit dolorem capitis, hemicraneā, vertiginem & scotiam. Post purgationem sumptum cum aqua liliorum alborum, purgat lethargum. Cum aqua rutæ, curat lethargum. Cum aqua fœniculi, vel apij, vel acori, confert memorię, & prodest ad diminutionem intellectus. Cū aqua lactucæ vel papaueris albi, prouocat somnum. Cū aqua borraginis vel buglossæ, prodest melancholicis. Cum aqua nennuphatis, & cum aqua myrtillorum, tollit phrenesim & apostema calidum, & prodest in pellicula cerebri. Cum aqua vitæ, post purgationē, tollit apoplexiā. Cum aqua pæoniæ, tollit morbum caducum. Cum aqua mentastri, valet contra paralysim. Cum aqua saluīzæ, valet contra spasmum. Cum aqua basilici & majoranæ, tollit tremorem cordis. Cum aqua trifoliij, tollit dolorem corporis. Cum aqua fœniculi & sileris montani, tollit omnem debitatem visus. Cum aqua sigilli Solomonis, valet contra surditatem & tinnitus aurium.

## EVONYMI

Cum aqua ireos, valet contra rheuma capie-  
 tis. Cum aqua capularum glandium & ro-  
 sarum, restringit fluxum narium. Cum aqua  
 saluiæ & hyssopi, valet contra paralysem. Cū  
 aqua morsus diaboli, valet ad squinanciam.  
 Cum aqua capillor. veneris & hyssopi, valet  
 ad tussim. Cum aqua plantaginis, valet con-  
 tra pleurisim, & eos qui emittunt sanguinē  
 per os. Cum aqua cuscutæ & capill. Veneris,  
 valet contra pleurisim. Cum aqua rosarum,  
 aut vini granatorum, valet contra syncopē.  
 Cum aqua corticum citri, tollit debilitatem  
 appetitus. Cum aqua mentæ, valet contra de-  
 bilitatem & frigiditatem stomachi. Cum a-  
 qua myrtillorum, valet contra dolorem sto-  
 machi calidi. Cum aqua portulacæ extinguit  
 sitim. Cum aqua betonicæ, tollit eructatio-  
 nem & dolorem stomachi, & si dolor est  
 ex causa calida, debet dari cum aqua rosarū,  
 vel puluere diarrhodon abbatis. Cū aqua ci-  
 toniorum, tollit vomitum, & si est cum san-  
 guine, detur cum aqua plantaginis, vel cum  
 aqua bursæ pastoris, & puluere diarrhodon  
 abbatis. Et si est de vena fracta in pectore, vn-  
 ge cum calce corticum ouorum, & sanabitur,  
 dando mane singulis diebus per mensem cō-  
 tinuū. Cum aqua pulegij & puluere diarrho-  
 dō abbatis, facta purgatione, valet contra in-  
 flammationem stomachi. Cum aqua scabio-  
 sæ, tollit torsionē corporis, quæ venit ex cau-  
 sa veneni, & si est ex alia causa, detur cum a-  
 qua

qua rutæ, & syrupo de nenuphare. Cū aqua  
rutæ, valet ad colicam passionem. Cum  
aqua verbasci vel millefolij, valet contra hæ=  
morrhoidas & alias passiones inferiores. Cū  
aqua absinthij, valet aduersus morbum vene= nosarum bestiarum. Cum aqua endiuia vel  
eupatorij, valet contra omnia apostemata he= patis, & contra hydropisim. Cum aqua pen= taphylli, valet contra ictericiam. Cum aqua  
artemisiæ, valet contra passionem matricis  
& asthmatis. Cum aqua allij, tollit dolorem  
dentiū. Cum aqua mentastri, vel aqua vitæ,  
tollit sciaticam. Cum aqua caulinum, tollit po= dagras frigidas. Cum aqua parietarię & plan= taginis, curat podagras calidas. Cum aqua a= grimoniae, valet paralyticis. Cum aqua eupa= torij, tollit passiones splenis. Cum aqua ro= tismarini, confortat stomachum. Cum aqua  
calamenti, valet ad catarrhum, qui descendit  
in pectus. Et tandem valet omnibus passio= nibus, si detur cum aqua appropriata passio= ni, & dicitur aurū potabile, & est pretiosius  
omni medicina, sicut aurum præstat reliquis  
mineralibus. Cum aqua betonicæ, valet con= tra iliacam & colicam passionem. Cum aqua  
nasturtij & millefolij, prouocat vrinam.

Oleum vitrioli parandi modus, à superio= ribus non multum diuersus & bonus, quem  
ab amico quodam accepit, qui affirmabat, se  
nouisse chirurgum, qui hoc solo sibi quæsie= rit victum: translatum ex manuscripto Ger=

## EVONYMI

manico. Sunt aliqui, inquit, qui ex vitrioli Romanis aut Vngarici lib. 10. aut 12. in bocia perlutata, aut terrea inuitreata olla, quam in latus inclinant in ipsa fornace, iunctura cum suo recipiente diligenter perlutata, vi ignis oleum vitrioli eliciunt. Alij per ascensum ubi destillauerint, separat phlegma ab oleo, rursumque idem phlegma capiti mortuo affundunt, & denuo destillant ut prius, idq; repeatunt tories, donec vitriolum penitus factū fuisse inutile, nihilq; olei contineat. Et licet his modis extracta olea, ad multa variaq; sint utilia; ego tamen, ut intra corpus, aut quocunq; alio modo usurpari oleum possit, ita in eius præparatione procedo. Accipio ollas novas etiam non inuitreas, quibus indo vitriolum, & igni admoueo, ut liquefaciat vitriolum. Potest tamen etiam, quamuis non ita necessarium sit, eidē aqua affundi, & spatula lignea agitari, & sic iuxta ignē exiccati. Hac prima calcinatione, à venenositate sua perpurgatur vitriolum. Tum rursus in puluerē redigo vitriolum, & per cibrum setaceū subtile transmitto, ut exactē in puluerem redigatur, & si quid fuerit crassiusculum, rursus tero, &c. Postea calefacio aquā, eamq; ita feruidam, in vase satis amplio & capaci existente puluere, affundo, atque spatula lignea agito aliquoties, sicque fino, ut per noctē quiescat. Mane post residentiam, aquā puriorem omnem, quo ad eius fieri potest, aufero, turbidā verò per filum

trū destillo. Fēcibus ijsdem post destillationē  
relictis, rursus affundo aquam feruidissimā,  
rursumq; agito, separo, vt supra, idq; tandiu  
repero, quoad vitriolū nullam amaritudinē  
in se habeat, aut aquæ cōmunicet. Hoc clarū  
ex vitriolo lixiuiū aut aqua, iuxta ignē, tādiq;  
coquatur, donec in vase, in lapidē coierit aut  
concreuerit, consumendo aquā. Huius deco-  
ctionis beneficio, tollūtur omnes phlegmati-  
ce & crassæ humiditates, & quo penitus exic-  
cabitur, eo subtilius, melius, ac præstatius fiet  
oleum. Vitriolum sic percoctū & exiccatum,  
rursus pulueriso, eiusq; pulueris ℥. 6. aut 8.  
in bociā terream inuitreatā, aut ollam mitto,  
atq; in fornace ita in latus inclino, vt collum  
eius extra fornacem, per duorum digitorum  
longitudinem, promineat, & coniungatur cū  
recipiēti suo, bene iunctura perlutata. His pa-  
ratis, primo die, lento igne procedo, ita vt vix  
sentiaatur, deinde verò paulatim ignē fortifi-  
co, per diem vnū aut alterum. Etenim si ignis  
à principio fuerit vehementior, recipiens mi-  
nimè erit ferendo, sed dissiliet. Apparebūt in  
destillatione spiritus candicantes, qui in reci-  
pienti cōspici possunt. Illi enim indicio erūt,  
deficientis aut excedētis caliditatis. Cauendū  
autē est, ne spiritus cohibeantur à debili igne,  
valido enim igne promouētur. Est autē ignis  
tandiu seruandus, quandiu spiritus appaue-  
rint. Ultimo debet fortissimus esse, etiam ex

## E V O N Y M I

flammis. Vbi spiritus deficiunt, refrigerescat  
per se, & infunde in bociā Venetianā vitreā,  
ibi per duos dies stet, ut clarescat. Quo factō,  
oleum separetur à fæcibus in aliud vitrū Ve-  
netianū in quo seruetur. Neq; enim quouis vi-  
tro, sed fortiori cōseruari potest. Usus olei est  
multiplex. Pestis tempore, sumitur in cerui-  
sia, vino, aqua, carne, aut brodio calido, mane,  
sic enim præseruat ab aura venenata, & à ve-  
neno quoq;. Cōtra infinitos alios morbos, da-  
tur diuersis modis, nunc guttæ ij. nunc iij. plu-  
res aut pauciores, p necessitate. Oportet aut  
ut cum liquore cui admiscetur, probè miscea-  
tur, agitando, nā sua natura oleū fundū petit.  
Modus aut in exhibitione olei sit, saporis in  
acidū mutatio. Bibitur in die bis, mane iij. vel  
iiij. horis ante cibū, & vesperi à cibo. Quomo-  
do aut ad particulares morbos, & cū quibus  
liquoribus exhiberi debeat, lege in præceden-  
tibus. Contra sitim datur cū aqua portulacæ.  
Ad synanchē & inflāmationē oris & parysth-  
miorū, cū aqua foliorū quercus. Ad epilepsia  
valet oleū vitrioli, si vnā destillētur persicorū  
nuclei. Ad vētris dolores, cōferunt vinū opti-  
rectificatū, & oleū oliuarū purgatū, cōmixta  
cū oleo vitrioli & potata: purgat enim & san-  
guinē mundificat, appetitū excitat, & omnes  
futuros morbos abigit. Valet ad memoriam,  
& acuit ingenī, cum aqua fœniculi, vel apīj,  
aut aqua liliō. Mēses mulierū inordinatos, re-  
ducit in viā: nā abundantiā corū cohībet, de-  
fectū verò promouet.

De facultatibus olei vitrioli, sic scribit quisdam ex Gesneri amicis. Præcipua eius vis est, Montano etiam astipulante, ut homines tardius senescere faciat, dentesque pessimos ac purulentos, efficiat pulcherrimos, ac firmissimos, gingivias etiam firmas reddat, si cum una aut altera guttula, quotidie dentes leviter fricentur. Quo & Curtisana quædam mulier, dentes suos Venetijs ab omni immundicie ac prauitate, in plurimos annos, solidissimos retinuit & conservauit. Noluit tamē Montanus, absq; aliorum simpliciū additione, ad morborū curationem, & symptomatū remotionem vti: semper enim ad ea quæ moderationia, & tutiora essent, respexit, hæc ille. Ad morbū schorbugium (scorbuticum) quidā non sine maxima mercede, vsus est fœliciter.

De vsu olei vitrioli Arnoldi. Rx theriacam optimā, adde paucas guttas olei vitrioli, stent simul mixta donec utraris. Si quis decubat, nō tamē ad mortē, Rx huius mixturæ potidus a rei, aut si homo nō imbecillis sit, paulò plus, & cum paucovino mane hora 4. mediocriter calidū propina totū: & si quid parū remanserit in fundo, id quoq; vino ablutū bibatur. Inde æger in lecto bene coopertus & capite oboulatus, ita ut totius corporis nihil quam os emineat, per 4. horas iaceat, & sudet quantū possit, nec dormiat. Tū linteis mutatis, maneat adhuc in lecto (nō sudando) per 3. horas prius quam edat aliquid. Tunc edat aliquid, & bibat vinum vetus bonū.

Y

## E V O N Y M I

Post hoc pharmacum medicus poserit etiam  
alijs medicamentis uti, vt purgantibus & co-  
fortatibus. Natura huius medicinæ est, omnem  
morbum imminuere, & viam preparare ad sa-  
nitatem, idq; cito & brevi tempore, fac modo  
vt æger pareat, & bonam diætam seruat. Cu-  
randu ut quatuor prædictis horis recte & co-  
piosè sudetur. Ritè enim adhibitus hic potus,  
nunquam frustratur medicum. Curandu ne  
æger cum sumpsit, reuomat.

In colica, Benedictus Victorius sic oleo vi-  
trioli vtitur. Recipit vini maluatici 3 ij. olei  
vitrioli 3 s. Experimentum mirabile, si derut  
in hora doloris sine febri. Prodest etiam si lo-  
cus dolorosus inungatur cum oleo vitrioli,  
præmisso enemate. Ad anginam remediu ex-  
pertissimum, Alexij Pedemontani lib. 1. Et olei  
vitrioli Romani, guttas tres, quibus in via-  
num iniectis, fiat gargarismus. Eius guttae ij.  
cum aqua saxifragiae, vrinam prouocant. Ad  
vlera mala tibiarum, aqua aluminis valet,  
cum modico olei de vitriolo mixta.

Contra febres, recipe vitriolum calcinatum,  
& puluerisatum, superinfunde aqua vitæ, vt  
ij. digitos excedat, sine vt quiescat per triduum  
aut quatriiduum, postea infunde aliam, & simi-  
liter fac, deinde ab istrahe aqua vitæ, da ij. vel  
iij. guttas in aqua conuenienti: sex aut viij. dies  
oleo vitrioli madidu linteolum applicatum  
fronti, grauem capitum dolorē curasse, retulit  
quidam. Dolorē vetrīs & stomachi, leuat potio  
olei

olei de vitriolo, cum 3 ij. vini maluatici. Oleum  
vitrioli aquæ iniectum, ut fiat acidula aqua,  
purgat. Quidam curauit eo colicam despera-  
tam: & exhibuit in asthmate phlegmatico, in  
periculo suffocationis, profuit cum vomitu.  
Hic aliquando sumpserat 3 j. pituitosis omni-  
bus affectibus utilissimā, præsertim ventricu-  
li. Ad verrucas tollendas, singulare: arbitra-  
tur quidam etiam utile esse ad clavum, quan-  
quam expertus non sit.

Oleum vitrioli nostrū sic fit, Recipe de vi-  
triolo meliori, quātū eius habere poteris, dis-  
solue illud in aqua calida, postea permitte ut  
aqua rursus clarescat, & destilla per filtrū, &  
quod destillatū est, pone in vas cupreum, vel  
deuitreatū. Post rursus in aliud vas vitreatū  
pone, collocando intra carbones, ut vitrū ad  
summū rubescat: postea iterū dissolue ut pri-  
us, per filtrū destilla & exicca, quo usq; bene  
rubescat, tū teratur minutissime, & triti vitri-  
oli pone 1 1/2. j. aut ad summum ij. in vas vitreū  
seu bociā, & antequā imponas, infunde aqua  
vitæ sine omni phlegmate cyathum dimidiū  
in vitrum, ac tandem superaffunde pulue-  
rem vitrioli, & mitte bociam contra bociam  
in furno apto, & dato ei primo quidem igne  
leuem, quo usque fumi albi comparuerint,  
post augmenta ignem, & dato ei ignem flam-  
meū, ad finem usq; continuando. Post accipe  
omne qd' destillatū fuerit, & in retorta destil-  
la per arenā. At rursus qd' destillauerit, itorū

## EVONYMI

in retortam infunde & rursus destilla, idq; tires, quo vsq; nullæ fæces in retorta manse-rint. Tum destilla in balneo forti, & separa-  
bitur quinta essentia, & phlegma & manebit  
oleum purū in fundo vasis: quod si non satis  
purum aut mundum inuenieris, ponas iterū  
per se solum in retortam, & iterum destilla se-  
mel per arenā, & habebis oleum optimè re-  
ctificatum, quod serua, quia carum.

Olei vitrioli præparationem ingeniosam,  
probatam, nec non absolutam, integrāq; do-  
cet quidam magnus cius artifex, in sequente  
modum, ex Germanico translatum. Ad olei  
destillationem, ante omnia extruenda tibi e-  
rit fornax quadrata, eius amplitudinis, ut in  
ea collocari facile possit bocia magna perluta-  
ta, vitrea, octo aut decem mensurarum ca-  
pax, magno & amplo ventre constans. Pri-  
mo extruatur à terra fornax altitudine pe-  
dis aut circiter, deinde craticulam collocato  
ab hac iam dicta altitudine, circiter pedem v-  
num cum dimidio distantem. Tum per mee-  
diam fornacem ferrum oblongum, & forte,  
optimo luto perlutatum, & pertingat ab v-  
no fornacis latere, ad aliud. Inter craticulam  
& ferreum baculum aut stylum, adaptato  
pigrum Heinricum fornaci, secundum la-  
tus, prout sequens figura, tibi depingit. Sit  
autem Heinricus piger ea magnitudine, ut  
caput penè ingerere possis. Quibus paratis,  
continuetur fornacis extructio supra ferreum  
bacu-

baculum per pedis vnius cum dimidio al-  
titudinem, ac ita apertam relinquito, usque  
quo vitrum, in quo vitriolum continetur,  
fornaci imponas. Et nota, istud latus ver-  
sus pigrum Heinricum debere à craticula, us-  
que ad summitatem esse apertum, quo ad vi-  
trum fornaci sit impositum. Parata forna-  
ce, accipito vitrioli ℥. xxx. aut xl. pro ma-  
gnitudine & capacitate vitri, & vitriolum  
pone in ollam inuitreatam, quam colloca in  
ignem, ut exactè calcinetur, ne quid humi-  
ditatis in eo relinquatur, & quo ad punicio  
colore tingatur, aut instar lapidis indure-  
tur: tum perfracto vase terreo, & refrigerato  
vitriolo, in mortario minutissimè pistetur,  
& puluerisatum, impone vitro huic magno,  
cuius supra facta est mentio. Vitrum hoc vi-  
triolo repletum, ea parte fornacis, qua aper-  
ta est, ponatur per transuersum supra trans-  
iens ferrum, deorsum collum vertendo,  
quantum potes, ita tamen ne vitriolum ef-  
fundatur, & collum promineat extra forna-  
cem, ad dimidiij pedis longitudinem, quo re-  
cipiens commodius postea luto adaptari que-  
at. Quo facto, partem fornacis apertam, à  
craticula, ad summum usque clade, vitrum  
simul diligenter luto, fornaci coniungendo.  
Ad summitatem ubi peruenieris, in uno qua-  
tuor angulorum facito foramen magnum,  
oui magnitudine, cum suo operculo, quod  
ad moueri & remoueri possit, reliquis tribus

## EVONYMI

angulis, itidem fiant ventilia, minora tamen,  
ut digitum maiorem tantum capere pos-  
sint. Dehinc fornax paulatim est contra-  
henda, & in acutum efformanda ita, ut in  
summo foramen quoque ea amplitudine re-  
linquatur, quæ manum intromissam, libe-  
rè admittat, cui operculum quoque fabrica-  
candū, quo claudi possit, aut aperiri. Postea-  
quam fornacis extructionem, una cum bo-  
cia, ei indita, ita perfeceris, rursus alio opus  
est vitro magno, capaci octo vel decem men-  
surarum, idque collo bociæ, quod extra for-  
nacem est exertum, accommodandum, mos-  
re vasorum recipientium, ita ut collum alte-  
rius satis profunde in recipiens ingrediatur,  
& vtrunque simul, diligenti studio, & opti-  
mo luto, coniungatur, ut moris est. Totam  
hanc fornacis & vasorum descriptionem se-  
quens figura ob oculos ponit.

Vbi notandum pigrum Heinricum, non  
debere ita exactè craticulam attingere, sed  
satis esse, si carbones eò deferat.

1. Porta, per quam aér subingrediens, ignē  
fouet.
2. Craticula, cui carbones incumbunt.
3. Piger Heinricus, carbones deferens.
4. Locus, quo repositum est oblongum fer-  
rum, sustinens bociam,
5. Collum bociæ prominens, deorsum in-  
clinatum.



6. Recipiens illud magnum.
7. Ventilia, quatuor in fornacis angulis sita.
8. Foramen magnū, in summitate fornacis existens.

Vbi hæc omnia præparata, calefiat fornax cum igne carbonum, & piger Heinricus magnis carbonibus repleatur: operculo imposito claudatur, & omnia reliqua ventilia, exceptis tribus supra memoratis paruis. Ostium quoque, quod sub craterे est, unitate notatum, ex parte dimidia claudendum, propter aërem, ad conseruandum ignem. Procedendo itaque primo, igne mediocri, mox stillabit oleum clarum: vbi olei color clarus, cœperit fieri obscurior, & oleum vt cunque turbidum, ignis erit fortificandus, & sequetur materia rubra, quæ propellenda est, fortificando paulatim ignem, ita ut etiam, per foramen, quod in summo existit, carbones injicias, & fornacē ijs repleas ad ventilia usq;, quæ aperienda sunt, nec ullum clausum relinquendum. Sic destillatio est continuanda, quandiu destillat, id quod fit 24. aliquando

Y 4

## EVONYMI

30. horis, quibus continuè, sine vlla intermissione, destillatio absoluenda. Hoc enim modo, habebis oleum vitrioli perfectissimum. Itaque hic modus, non semel, utpote verissimus, à quodam insigni artifice est probatus. Vbi notandum est, recipiens vas refrigerandum esse, alio vase aqua frigida pleno, cum epistomio, ut supra recipiens vas, continuè aqua frigida destillet: aut imposito huic vasi filtro, aqua similiter supra recipiens destillet, sicque refrigeretur recipiens, quod vi excedentis caliditatis, alioquin dissiliret. Post absolutam destillationem, & fornacis, vitrique refrigerationem, oleum in retortam effundatur, & balneo Mariæ rectificetur ab ignea, aut rubra materia, quorum utrumque seorsim est seruandum. Alius existimat, consultius fore, ut postquam rubra materia comparuerit in destillatione, recipiens mutetur, ne quo pacto verum oleum, aliena quædam qualitate afficiatur. Usus huius olei est, contra quascunque febres: contra colicam, & stranguriam: contra lapidem aut arenulas vesicæ. Suffocationi uteri, pesti, lepræ, dysenteriæ, dentium dolori, tussi, pectoris apostematis, & pulmonum, ascendentí etiam & quasi suffocanti pulmoni, valet apprime. Hydropisim à quacunque causa curat, contra podagram, paralysim, &c. prodest. Sumi verò debent duæ vel tres aut quatuor guttæ pro vice in aqua vel vino, mane, aut vesperi.

Leons

Leonhardus Fierauanti, lib. 2. secretorum lingua Italica scriptorum , modū docet destil landi oleum vitrioli , qui à communi modo nihil omnino differt , nisi quod destillatio olei octauo demū die, aut decimo absoluitur, & à principio, vt videtur, ignem flammeum excitat, & oleum ipsum nigrum destillat.

Oleum vitrioli compositum. Rx sacchari purissimi & albi ℥. iiiij. rhabontici ℥. j. rhabbarari ʒ j. florum mercurialis ℥. j. pistatis & contusis omnibus simul fiat pasta. Postea accipe aquę vitæ optimæ, ℥. iiiij. & omnia simul in retortam coniice, quę diligentissime sit perlutata, ac pone in fumum equinum calidum per sex dies, postea destilla per balneū Mariæ, quo ad nihil amplius eliciatur. Tum fæces relictas in sacculo lineo, fortiter torculari exprime. Deinde accipe aquę fumiterg, buglossæ, scabiosæ, ana ʒ vi. & cum his aquis lauato diligenter fæces expressas , & rursus torculari exprime, ac postea abiice. Ac eas quidem duas aquas , quas per expressionem collegisti, destilla per filtrum toties, quo ad sat clara appareat. Postea cum prima aqua commisce, & simul omnes destilla in balneo Mariæ. Vbi autē ex tribus istis, vnam aquam perfeceris, pro qualibet libra aquæ, pone ʒ j. olei vitrioli finissimi , & serua in vase vitro ad usum. Hanc aquam paraui tempore aestatis, & maximo successu, sum ea usus. Stomachum debile restituit, sanat liensem, dolorem

## E V O N Y M I

capitis mitigat, & dentium, &c. Senes in vi-  
gore quodam conseruat, cuius ego experien-  
tiam certam vidi, in viris & mulieribus, sani-  
tatem conseruat, qui ea fuerint usi. Modus  
autem, & quantitas est, ut mane accipiatur  
vicia dimidia, frigida ita, qualis est, post cu-  
ius assumptionem, cibus ad minimum 4. ho-  
ris tardetur, eoq; die, cibis boni succivatur.

Vitrioli oleum corrosuum. Vitrioli Ro-  
mani ℥. vj. salis comunis ℥. j. s. calcinentur  
simul tandem, quoad rubere incipient, tum  
amoue ab igne, & puluerisa simul, ac diuide  
in tres partes. Postea habeas tres bocias simi-  
les testudini, optimè luto sapietiae perlutatas,  
& in unam quamq; harum, pone vitrioli rubi-  
ficiati partem tertiam, & omnes tres bocias in  
unam fornacem reuerberationis ponito, sicq;  
vi ignis, omnem substantiam extrahito, quæ  
aliquando nigra videbitur ut atramentum, &  
nonnunquam satis difficulter, nec statim pro-  
cedit. Quod ita destillatum fuerit, in vitro satis  
amplo seruetur, ne dissiliat. Atq; hoc liquore  
aperiuntur omnia apostemata, & mundifi-  
cantur omnis generis ulcera putrida, saltē su-  
perficie tenuis attingendo, & citò operationē  
facit mirabiliter. Cancros & cancrosa morti-  
ficat, & multa alia; quæ ipse inspexi, facit.  
Fallopian in secretis.

Aliter, ex vitrioli Romani ℥. vj. salis am-  
moniaci, sulfuris, cinnabaris, auripigmenti,  
aluminis rochæ ana ʒ. vj. calcinentur omnia

vt prius, ad rubedinē, post redigantur omnia simul in puluerem subtilem, & positis omni bus in bocia (vt supra) per sex dies cōtinuos vi ignis destillato, cauendo ne iuncturæ alem bici male sint clausæ, &c. Hoc liquore quævis membra possunt amputari, si in eo lignum ex olea arbore madefiat, & hoc ligno signetur locus amputandus. Et id quidē tantæ est efficacij, vt carnem aperiat, ac si rasorio dissecta foret & operationem suam facit, sine vlla sanguinis effusione, aut hæmorrhagia. Atque hoc causticum est ex secretis secretissimis totius Chirurgiæ, & à me ipso plurimes probatum, atq; ab alijs, vt ego sæpe aspexi. Idem

Oleum vitrioli naturale & subtilissimum, dulce gustu, quod pro miraculo habetur. **R**itrioli Vngarici ℥. iiiij. tere subtilissimè & in bocia desiccatur, deinde rursus in aliam paruā bociā perlutatā impone, fortiter constringendo, & impellēdo. Tum super infusa de vini sublimati, rectificati usq; ad summū ℥. iiij. deinde repone ad digerendū dieb. 40. poste adestilla, et videbis oleū vitrioli natare in superiori parte vini sublimati. Oleū vero vitrioli cōmune permiscetur cum sua aqua, ideoq; habet opus rectificatione, ex lib. man.

Oleum vitrioli, quod mortifiat cancrū & fistulas, & præcipue ulcera antiqua corrosiva, sic fit. **R**itrioli Romani vsti in cacabo ad rubedinem ℥. j. puluerisetur subtiliter, deinde adde olei oliuarum ℥. semis, pone in

## EVONYMI

bociam vitreatam, & sublimetur communis modo: tum destilletur cum bocia contra bociam, aut per alembicum, addendo parum aquæ vitæ, bene rectificatæ, ut ascendat, &c.

Fumanellus de oleo vitrioli contra cancrum, sic scribit. Extremis morbis, extrema remedia optima sunt: cum igitur cancer huius sit generis, licet ipsi extrema adhibere remedia, cuiusmodi est oleum vitrioli, cuius haec est confectura, ut sumatur vitriolum rubificatum, ignitū utiq; & tritum, & in alembico positum, ingeniosè destilletur. Huius die prima detur ieiuno, gutta una, cum vniuersis tribus aquæ buglossi, & die secunda, guttæ duæ cum maiori aquæ quantitate, sicque addendo guttam & aquam, usque ad dies quinque. Iстis peractis, oleo prædicto canceris extrema siue margines liniantur, donec canceri materia radicitus eximatur. Hoc autem medicamentum, expertum non est à me, sed ab empirico habui. Cancrosos concoquens humores, constat ex succi fumariæ, borraginis, scabiosæ de uno quoque ʒ iiiij. endiuiaæ, scariolæ, cuiusque ʒ iiij. epithymiæ, senæ, vini granatorum, ex singulis ʒ iiiij. sachari q. s. fiat syrpus. Soluentia sunt, elect. hamech. pill. de lapide lazuli, pill. indæ, sena, epithymum, aqua lactis cum sena ipsa macerata.

DE OLEIS EX RELI-  
quis metallis.

**O**leum ex cupro, à Gallo empirico. Accipe æris adusti ℥. ii, subtilissime teratur, & ponatur in vitream cucurbitam optimè lutatam, & acero imbibatur fortissimo, fac destillare per horas 24. & habebis oleum fortissimum coloris rubri & viridis.

Oleum Saturni commendatur in ulceribus inueteratis, faciei verò maxime (Sireion ulcera faciei vocat Theophrastus) cuius generis sunt, cancer, fistulæ circa nares. Noui mulierem cuius nasus ferè totus pessimo ulcerare fuerat consumptus, probè curatam hoc solo oleo: adhibetur autem oleum tepore liquefactum, vel ad fornacem hyeme, ac pena illinitur. vnc. s. quid avno coronato venedit. Dosis eius, gr. iii. Usus, in colica, fistulisq;.

Oleum ex ferro, à Gallo empirico. Accipe limaturaæ ferri q. vis, imbibe vrina, postea calcina toties in fornace reuerberationis, donec impalpabilis reddatur, colorisq; sanguinei, tunc pone in cucurbitam vitream optimè lutatam, imbibas quoq; vrina, & fac destillare more aquæ fortis, per horas 24. semper ignem augendo: & habebis oleum spissum rubicundissimum. Experientia illius olei, rubifcentur laminæ cuiusuis metalli, si extinguantur in isto oleo, statim accipiant auri colorem.

## E V O N Y M I

Oleum ex chalybe, & lapide magnete eodem modo extrahitur, quo de ferro dictum est.

Oleum lithargyri, pro magno secreto est tenendum, quoniam mirabile est in delendis maculis, pannis faciei, & subtiliat cicatricem, & rubedinem eorum delet, ex libro manuscripto antiquissimo. Rx lithargyri pulueris sati, quantum satis videtur, dissolue per decoctionem in aceto forti, pluribus vicibus successiue, deinde euapora acetum ad ignem, & remanet oleum nigrum in fundo, quod dissoluatur cum aqua calida per agitacionem cum baculo paruo, & mundo, tunc destilla per linguā laneam, & remanet oleum in fundo, quod ab aqua separatum, est singulare.

Oleum quod fit de calce, est mirabile. Rx calcis viuæ frustum integrū, & infundatur in oleo communi donec dissoluatur, & calx in puluerē redigatur: & postea pone in alembico vitreo & destilletur, & emanabit oleum quod vocabitur oleum calcinum, &c.

Oleum è bolo armeno, legitur alicubi apud Theophrastum Paracelsum.

DE OLEO SVCCINI FACIENDO, ex prescripto insignis Medici Germani, qui totius etiam Succini historiam luculenter descripsit, ut aliquando videbitur.

Oleum

**O**leum succini nihil est aliud, quam subtilissima, pinguis & aërea substantia, quæ succino inest, extracta arte. Et quam uis non adeò difficile sit elicere tale oleum, requiritur tamen ad eam artem, cura, ac aptitudo instrumentorum, quare maximè annitendum, ut sequentia præcepta obseruantur.

Q V O D S V C C I N V M  
*fit eligendum.*

**Q**uanquam non esset inconueniens eli gere ad destillationem, & extractio nem olei, purissimum, & quod mai orum esset partiū succinum, quia sumpta pu riore materia, purior etiam egreditur liquor, & vas inferius non tanta replebitur copia excrementiij humoris ac scoriarum, præte rea & non tam facile igne resoluetur, & uno impetu corruet, si maiorum fuerit partium, sed pededentim & tarde liquefcet, ut quæ inest ipsi substantia subtilis melius à fecibus secerni possit: tamen in defectu ipsius etiam pulueres, & ramenta sumere licet, quia & ipsa reddunt oleum, si recte vasi imponantur. Obseruandum igitur, ut injecto succino in cucurbitam, imponatur lapilli silices, & desuper rursus succinum, & sic deinceps.

EVONYMI  
DE FORNACE ET INSTRV.  
mentis ad destillationem succini  
necessarijs.

PLurimum interest habere instrumenta  
apta & idonea, & primum quantum ad  
fornacem attinet, sit ea rotunda, duorum cum  
dimidio pedum altitudine, latitudo vero  
ipsius diametralis sit duarum spithamarum.  
Extruantur autem vel ex lateribus, vel ferro  
luto obducto habens duo foramina rotun-  
da, per quae, (ut paulo post depingemus) ca-  
nales instrumenti secundo loco positi exire  
queant.

Porro alia duo preparari tibi curato instru-  
menta, ex cupro intus stanno obducta, pre-  
sertim inferius, superius habeat figuram  
cucurbitæ, altitudine spithamæ vnius &  
dimidiæ, ex integra lamina compositum, &  
collum ipsius applicetur inferiori instru-  
mento, illudq; ingrediatur.

Paretur etiam ex cupro operculum rotun-  
dum, & foraminibus plenum, ut tectum eo  
succinum, emanare & destillare resolutum  
possit. Inferius verò instrumētum recipiens  
succinum (est enim destillatio per descēsum)  
sit rotundum, habens collum quod recipiat,  
& in se contineat collum cucurbitæ, capax  
trium vel quatuor mensurarum, habēs duos  
canales, quorū unus descendat, sitq; inferior,  
alter vero ascendat, & fiat hoc modo.

FOR

## FORNA X.

Foramen in-  
ferius, per  
quod exit in-  
ferior cana-  
lis.



Foramen su-  
perius, ad ca-  
nalem alte-  
rum.

INSTRUMENTVM superius sc̄a  
cucurbita, in quam cōiicitur Suc-  
cinum cum Silicibus.

Canalis infe-  
rior per quē  
oleum vna  
cum aqua e-  
greditur.



Canalis supe-  
rior per quē  
subinde af-  
funditur a-  
qua calida.


INSTRUMENTVM inferius  
excipiens scorias & oleum.

Z


E V O N Y M I

C V C V R B I T A cum inferiori instru-  
mento coniuncta, si sunt utraq;  
imposita fornaci.

Operculum perforatum  
quo obstruitur cu-  
curbita.



F O R N A X cum omnibus ad deſtilla-  
tionem necessarijs.



In hac figura, omnia ad huius olei destillationem necessaria instrumenta, proponuntur. Fornacis structura ad dextrā apparet, in cuius summitatis medio, cucurbita eminet. Habet eadem fornax ad dextram, prominentem sursum versus canalem, (qui canalis superior dicitur) ligneo cono obstructū. In eadē ad lēuam, conspicuus est canalis inferior, cū aliis, per refrigeratoriū transiens, attextur. In medio apparet vas refrigeratorium, cum suo canali ad lēuam, cum quo statim recipiens committitur.

DE DESTILLATIONE  
ne Succini.

Postquam fornacem & instrumenta tibi omnia paraueris, accipe inferius instrumentum, impone fornaci & exerito ambos ipsius canales, (vt vides factum in præcedenti schemate) atq; illud in fornace optime munito lateribus & luto, fietq; interseptum satis firmum, ne ab extra inspiciatur, & ignis ipsi incubando nocere possit, tantumque ipsi aquæ infunde, donec ex canali effluat. Postea positis alternatim & succino, & lapillis in cucurbitam luto vestitam, ita ne succinum, sed potius lapilli operculum attingat, tege cucurbitam ac operculum clavis fereis ad latera ipsius infixis munito, ne illud vi & impetu caloris excidat. Sed potius onus

Z 2

## EVONYMI

sufficere queat, & impone cucurbitam inferiori instrumento, ac locū, vbi coniunguntur oblique luto, ne aliquis vapor exire possit. Similiter & canale ascendentē obstrue ligneo cono, ut extrahere eū possis, si affudenda est aqua calida, quod fiet, si parum ipsi inerit, & oleum exire nequiverit. Canali inferiori appone alium canalem stanneum, vel ex cupro confectum, transcurrente vas aqua frigida repletum, quę vbi calefacta fuerit, aliam frigidam affunde. Illi vero canali receptaculū adiungito in quo sit ℥. j. aquæ frigidæ purissimæ, satis magnū & capax aquæ cum oleo. Sit autem vel vitreum vel figulinum, munitum vitro, non cupreū, quia facillimè oleum contrahit viredinem ex ærugine quæ cupro inest, omniaq; optime & diligentis. obstruantur. Hæc vbi facta sunt omnia, circa cucurbitam prunis ardentibus accende ignem placidum, suppeditantē ex omnibus partibus equalē in principio calorem, et auge eum successiue, usq; ad vesperam (vno enim die ea destillatio finitur) donec tota cucurbita tegatur & obruatur ignitis carbonibus. Et obseruandū est, vbi cucurbita quasi excandescit, absolutam esse destillationem, quare ignis remoueri potest, stent tamē sic per integrum noctem sine igne, ut per se frigesceri possint. Postea exemptam cucurbitam, reperies vacuā à succino, lapillos qui ipsi adhue insunt nigros quasi fuligine obductos. In fundo vero inferioris instrus.

instrumenti cernes feces , vel scorias picem referentes , oleo innatante per canalem cum aqua ad receptaculum delato, quæ utraq; reseruanda sunt , donec rectificetur oleum. Et hæc sufficient de priori destillatione.

## DE RECTIFICATIONE.


**V**eniendum iam ad secundam & postremam destillationem quæ fit per ascensionem, & est rectificatio olei , id est, puri ab impuro segregatio. Peragitur autem sequenti modo. Accipe cucurbitam vitream, atq; in eam infunde aquā cum oleo, ut venter ipsius repleatur usq; ad collum, & imposito ipsi alem bico similiter vitreo, balneo cōmitte, & omnia optimè communire debes , ne calor eam perfringat, & calida aqua est affundenda. Si quidem vitrum calefactum subitam frigescionem perferrere nequit, sed rumpitur. Quibus peractis, applica alembico quoq; receptaculum vitreum, & exibit oleum purissimum pauca aqua permixtum, quæ segreganda est ab oleo, instrumento vitreo, quale est Valerij Cordi , quo semper est usus , vel ipsius defecu, alio infundibili formam referente. Innatant enim hoc oleum aquæ.

Potest autem hæc destillatio quoq; fieri per arenam eodem modo, obducta tamen cucurbita luto , ne calore frangatur : sed melius & purius fit per balneum.


# EVONYMI

*Instrumentum Vale-  
rij Cordi.*

*Segregandi instru-  
mentum aliud.*



- 4. Est spaciū vacuum.
- B. Canalis per quem in spaciū vacuum aér ingreditur.
- 2. Spaciū olei & aquæ.
- 1. Canalis per quem aqua egreditur.



## DE EXTRACTI ET RECTI- ficationi olei viribus & utilitate.

**A**pellatum fuit olim hoc oleū factum, propter vires eius nimirū admirandas & arcanas. Habet quidem easdem, quas succinum ipsum, verum multo efficaciores. Nam quicquid efficaciæ & virium in quinq; sex, vel septem succini libris inest, in vnā libram facile redigi potest. Quare plurimum cōfert Epilepticis, Paralyticis & spasmo laborantibus, & mulieribus patientibus suffocationes matricis. Confortat etiam fœtum in utero.

De oleo succini, eiusq; virtutibus, sic quidam scribit. Superat sua facultate, inquit, omnes aquas vitæ, quas vocant, omneq; aurum potabile, præsertim in apoplexia & epilepsia curanda.

DE

DE OLRO EX  
lateribus.

Oleum benedictum siue lateritium habens in se multas virtutes ad ægritudines frigidas, ut iliusque balsamo virtute sua & subtilitate. Ex laterum vel tegularum rubarum nouarum ab aqua intactarum, quantitatem quam voles, contunde in paruitatem cicerum, canabis, miliij, aut etiam subtilissimè cribrentur. Postea mittantur in vase vitreato vel alio, & fortiter igniantur. Deinde projiciantur in oleo oliuarum antiquo &claro, si haberi potest, in vase terreo vitreato. Et dimittatur sic stare per viij. dies & plus, & si fracturæ sint grossæ, conterantur in puluerem subtilem, & in cucurbita magna pone, & superposito alemblico destilla lento igne. Et scias quod de  $\frac{1}{2}$  j. olei,  $\frac{3}{4}$  j. tantum exibit, cuius virtus naturalis maior est, quam in balsamo naturali ad omnia curanda, & est calidius ipso, & propterea dicitur oleum benedictum, maximè ad morbos frigidos curandos, & quanto antiquius, tanto melius.

Probæ agnoscendi ipsum sunt, quod oleum oliuae tenet hoc oleum suspensum in medio sui: vel circa fundum non tangendo fundum. Vnde ostenditur ipsum calidius esse & magis leue. Illud verò quod non est lateritium, est graue. Et ideo si iacte-

## E V O N Y M I

tur gutta in ipsum, petit fundum. Et in hoc cognoscitur eius grauitas & frigiditas. Item hoc oleum reddit fortē odorem & in colore est rubeum. Et gutta eius posita in manu, statim euaneat, & dispergitur per totā manū. Et si ferrum liniatur eodem oleo, statim ardet, & accensum facile non extinguitur. Quum autem perfecta fuerit huius olei destillatio; sapienter aperi vas, postquam frigidatum fuerit, & extrahe puluerem laterū, & iterum impone de alijs pulueribus, si vis plus habere de ipso oleo, & destilla ut prius. Et destillatum bene serua in vitro bene obturato cum cera.

Virtutes eius hic 44. annotantur, in frigida causa, interiori & exteriori. Primo reddit omnia membra aliquo accidente infrigida, si membra læsa eo inungantur. Item ad sanandum vulnus, si herba appropriata aliquid in eo decoquatur. Item ad omnes manuum & pedum fissuras tempore hymis. Item ad nenuos infractos ex gutta, vel alia causa, & ad manuum & capitum tremore. Podagræ & arthriticæ frigidæ, collo dolenti & circumento cum nec commodè flectitur. Item lapidem renum & vesicæ comminuit inunctum, & frequenter bilitum. Excoriationi quoq; vesicæ, intus & foris, quæ agnoscitur per mordicationem virgæ inungendo. Item retentioni & difficultati vrinæ. Itē passionibus aurium ex frigiditate, ut surditati & sibi-

& sibilo & fluxui malorū humorū ad aures, panniculum ipso intinctum auri immittendo. Item contra vermes auriū ab intra natos vel extrinsecus ingressos. Item tortioni oris. Item acutæ tortioni ventris. Et matricum doloribus in omni ætate. Dolori quoq; sciatico, renū & spinæ dorsi, addi tamen possunt ei herbæ, flores & radices calidæ naturæ illis appropriatae, ut salvia, pulegium, absinthiū, serpillum, origanum, betonica, hyssopus, disptamnus. Item omni pustulæ & apostemati crudo non bene maturo, quia crudū cito maturat, & maturum cito dissoluit. Cui si addatur radix lolij & vitellus oui & cepe album, coctum sub cineribus calidis, prodest vehe menter, si superponatur. Item valet duritiei splenis propter infrigidationem nimiā, quia cito humectat & suauiter ipsum calefacit. Itē epilepticis & caducis, si cum eo nares patientium vngantur. Item oppilationi cerebri & nasi, propter causam frigidam vndecunq; ve nerit, siue oculi lacrymentur, siue nares sint plenæ phlegmate, si loca earum cum ipso in ungantur, siue etiam per os sumatur. Item valet omni frigiditati capitisi & cerebri, si cū eo vngantur calefacit, & mirabiliter confor mat. Item vñcta posteriore cerebri parte, valet obliuioni, & debili memoriae. Item valet dentium dolori, vngendo gingiuas ex eo. Item valet frigiditati matricis bibitum, intus quoque & extra inunctum, & retentione

## EVONYMI

intempestiuæ menstruorum. Item educit fætum mortuum, aperiendo orificia venarum. Item valet sanguini coagulato ex percussione. Et sterilium mulierum malas exiccat humiditates. Item tussi frigidæ & oppletioni pulmonis, bibendo ipsum, & pectus inungendo, & valet tussi siccæ & molli, quæ vocatur strictura pectoris, & dissoluit illic congelatos humores, & canales pulmonum appetit. Inunctum quoque oculis lacrymantibus subuenit, si super palpebras fiat inunctio. Item valet inflationi ipsorum, dolori & rubedini per inflationem, vel abundantia sanguinis in ipsis facta. Item omni morsui veneno, ut scorpionis, araneæ, vespæ, apum, serpentis, si locus percussus ex eo inungatur. Item valet syncopi, & debilitati cordis, & stomachi, si ex eo bibatur cum bono vino. Item valet piscatoribus, si eorum retia tali oleo inungantur antequam vadunt pictatum, trahit & allicit pisces odore suo. Item valet contra potionem opij vel hyoscyami. Item dolori ani & lumbricis bibitum & inunctum, maximè si ei absinthium fuerit admixtum. Item valet sputo sanguinis, & mictui sanguinis. Et cui coagulatus est sanguis in capite, & causa sit apostematis generati, vel ex percussione, si locus ipso inungatur, sanat. Item valet crepatis, si supra locum sit cum ipso inunctio & emplastratio, cum succo absinthij. Item contra scabiem duram, & sicciam

sicciam capit is inungendo. Item omni fistulae. Item lapidi vesicæ & renū, si herbe ad hoc appropriatae, scilicet saxifragia, milium solis, semen petroselini, fœniculi, sanguis hircinus, ei permisceantur, & in potu tribuantur, benedictus Deus, cuius immensa largitas tot rebus humanæ fragilitati prouidit.

Si in oleo benedicto coxeris piper longum, & grana paradisi, & pyrethrū, de quolibet ʒ j. castorei ʒ s. & cum hoc vnxeris (virgam puto) ad coitum facit.

Vt candela, neque vento, neque pluuiia extinguatur. Et bombacem aut stuppam, & madefac in oleo benedicto, & cum seuio aut cera fac candelam, quæ poterit in aqua ardere. Item sterlus columbae, cum oleo benedicto mixtum, & cum eo lignum linitum, & in sole calido positum aliquandiu, per se accendetur. Item accipe calcem viuam, & sulfur æqualium partium, & distempera cum oleo benedicto, & forma inde pillulas, quas proijice in vrnā aqua plenam, & exhibit inde ignis. Vt filum candelam ardente extinguat, tunc circumuolue candelam, & linias ipsam cum theriaca bona, & extinguetur.

## EVONYMI

1. DE A Q V A V I T A E S I M P L I C I E T C O M P O S I T A.
2. DE S V C C I S E T E X T R A C T I O N I B V S.
3. DE S A L I B V S.
4. DE B O R A C E.
5. DE A V R O P O T A B I L I , E T O L E O A V R I .

DE A Q V A V I T A E , S E V V T  
vocant, ardente, destillanda, deq; eius-  
dem facultatibus.

**V**A E è vino, aut eiusdem facie-  
bus, destillatur aqua, alijs dicitur  
aqua vitæ, quod vitam nimirum  
fulciat, seniumq; remoretur: sed a-  
qua mortis rectius vocari posset, si non ritè  
fuerit parata, vt potè quod talis plus incòmo-  
di, quam còmodi afferat, vt refert author Py-  
rotechniæ: alijs verò ardens appellatur, quod  
pilis capitis super affusa, vel panno, adhibita  
candela ardente, statim inflammetur, videan-  
turq; capitis pili vel pannus ardere, licet neu-  
trum consumatur. Dicitur etiam ad extre-  
mā subtilitatem redacta, à Chymistis, Quin-  
ta essentia. Destillatur verò, ex generoso non  
nunquam vino, albo vel nigro: plerunque ex  
fæce cuiusq; villi vapescens, per turbinem  
seu metam furnariam prunis moderate ex-  
calefactam, exprimitur, vt author est Lem-  
nius. Cæterū quando ex ipso vino aqua vitæ  
destile

destillatur: audio, inquit Gesnerus, ex satis magna vini quantitate, parum aquæ ardens destillari: ex fæcibus contra, multum. E vino Alsatico, aqua vitæ non usq; adeò bona destillatur. Porro vinum ardens, leuitate ferè reliqua omnia humida superat. Quum enim quatuor sint (ut idem Lemnius author est, lib. 2. cap. 34. de Occult. naturæ miraculis) quæ leuitatis, ac grauitatis, ratione inter se certent, vinum, aqua, mel & oleum: horū omniū leuissimum, minimique ponderis est vinum ardens, quod oleo admixto fluitat, summasq; partes subit, oleo in imis subsidet. Est enim illi prorsus excocta terrea omnis concretio, totaque illius substantia ignea, aëreaque, effecta est. Proximum huic leuitate est oleum, &c.

Quod si experiri velis, syncerâne sit, an ad ultera hæc quinta essentia: mantile aut linteum liquore illo madefacito, & flammæ ad moueto, si confestim in ardescat, illæso intectoq; linteo, efficacissima est. Inflammescunt si quidem sudariola aqua hac macerata, at non consumuntur. Flamma enim leniter modò peplo incumbit, nec penetrat, sed lambendo absorbet cognatum sibi ac familiarē, igneq; naturæ liquorem. Quod si volæ manus non nihil imponas, admouerisq; ardenter papyrus: ardescit quidem palma, at manus non vritur.

Illiū vim mirificam, in multis rebus sum

## EVONYMI

expertus (inquit Lemnius) quamlibet enim  
asperum intensemque gelu existat, liquor is,  
geli nunquam congelascit, nec in glaciem  
concrescit aut cogitur, adeo ut atramentum  
scriptorium, tum pleraque alia, quibus gut-  
tas aliquot admisceri contingit, nunquam  
frigore constringantur, idque ob extremam  
caliditatē ac tenuitatem, quibus est imbuta.  
Commixtum sali hoc ardens vinum, & ap-  
positum igni, recepta flamma, astantis for-  
mam cadaueris similem efficit, Ringelber-  
gius. Ouum decoquit, carnes coctas vel cru-  
das à putredine conseruat, vbi in eadem in-  
tinguntur: vinum turbidum, si cum ea mi-  
sceatur, clarificat & restaurat. Mustum cla-  
rum reddit; Vinum pendulum, acidumque,  
affusa restituit. Herbarum omnium virtu-  
tem si in ea ponantur, extrahit, præter violæ  
odorem, quem non retinet. Odor ipsius re-  
ptilia interficit, & venenum fugat, Vitalis.  
Est & hoc mirabile, quod à fide digno acce-  
pi: Si guttae aliquot aquæ bombardis infun-  
dantur, ut cum puluere cōmisceantur, & po-  
stea incendantur, dissiliunt statim. Eodem  
modo etiam franguntur petræ: & audio sic  
factam viam, à Valle Tellina(puto) Medio-  
lanum versus. Ex stillicidio illo, quod fit ex  
vino bis aut ter adustionem passo, mira ex-  
citantur, & utilia. Panniculus enim illo infu-  
sus (ut modo etiam dictum) citra filorum  
læsionem, totus inflāmescet; quod quartam  
adustio-

adustionem sustinuit, in aëra si proieceris, nihil ex eo ad terram descendet. Piscem si volueris meliorem saporem habere, in hoc vi- naceo stillicidio eneca, & in eo esse finito: ita perdurabit ad complusculos dies. Si hac ratione piscem enectum sale & pipere condias, nihil erit suauius, præsertim si ex optimo genere fuerit piscis. Aqua ardente, quæ saepius destillata fuerit, si manus laueris, ardebunt quidem, sed citra noxam, Gaudentius Merula Memorabilium lib. 4. Quod si inter de stillandum, puluis sulfuris viui permiscetur, accensa aqua vitæ, fortius arderet. Dolorem capitum sedat, si ex materia frigida fuerit. Si bibatur ieiuno stomacho per biduum, cum pauca theriacæ quantitate, purgat caput, & exiccat eius humiditates. Qui biberit huius aliquid cum alio vino, mane, eidem confortat cerebrum. Tenebras oculorū pellit, & pannos eorundem consumit, & humiditatem exiccat. Auribus instillata, auditum restituit: linguæ imposta, linteo in ea mafacto, sermonem paralyticō restituit, si alias quot horis continuetur. Quidam laudaue re vini sublimationem contra vermes, qui dentibus innascuntur, colluendo ea os. Ad id præfertur, inquit Alexander Benedictus, vinum Cretense aut Rheticum, validius enim quo saepius camino (alembico) vitro aut æneo vaporatione perficitur. Raucedini confert, collo inuncta, & mare bibita. In

## EVONYMI

Hydrope celebratur eius usus ad hunc modum. Accipe aquae vitae mensuram dimidiā, calefiat mediocriter, ut sit quasi tepida, lauentur pedes, ac immittantur per quartam horae partem, postea succo vrticæ fricentur plantæ pedum, & circa malleolos, & curabuntur, ut nobis retulit Vitus à Rechberg. Aqua ex vino meraco sublimata, valet contra sanguinum ex vento aut frigore, Alex. Benedict: Germani eam, ardente etiamnum Syrio, mane bibunt vel delibant, pituitæ salutarem arbitrantes, idem. Ad lumborum dolores & ad tumores phlegmaticos, hoc à quodam rustico accepi. Habeas patinam aliquam, quæ ab igne non lædatur, eiq; impone pannum: patinam pone in sudatorium clausum, pannus madefiat aqua vitae optima, ac postea accendatur (neq; enim pannus consumitur, si aqua vitae fuerit bona) tum ingrediatur patiens balneum & statim sudabit, calorem enim vehementem facit: hoc fiat quinques aut plus pro ægrotantis viribus, & locus dolens aqua vitae in qua flores spicæ nardi fuerint macerati, bene fricetur, & sanabitur. Ad vesicæ calculum, iubent bibere aquam vitae, per spacium septem mensium, singulis diebus mane & vesperi, commiscentes vini non destillati partes duas, destillati verò unam: & hoc modo comminuitur lapis & excernitur. Vulnera lota sanat, itemque cancrum & fistulas.

Vitalis

Vitalis de Furno, ex multis, has quoq; illi  
tribuit facultates: Apostemata rumpit intrin-  
seca & extrinseca, si bibatur, aut extinsec<sup>o</sup> cū  
ea aliquoties liniantur. Oculorum maculas,  
eorumq; ruborem & calorem aufert, lachry-  
mā etiam ab oculis fluentē restringit. Sple-  
neticis valet & hepaticis, vbi sobriè potetur.  
Mercurium congelat, cuprum dealbat, spiri-  
tus & corpora calcinata soluit. Vulnera cu-  
rat, omnemq; guttam, cancrum, & fistulam,  
si potetur, aut locus vulneris abluatur. Intel-  
lectum acuit, sobriè sumpta, præterita ad me-  
moriā reuocat, hominem super omnia red-  
dit hilarem, iuuentutem conseruat. Salsum  
phlegma, guttamq; rosaceam curat. Narium  
fætorem, gingiuarum, axillarumque tollit.  
Apostema in guttate rumpit gargarisata.  
Melancholicis plurimum confert, ischiatis-  
cis, podagricis, & cartheticis multum prodest.  
Hydropicos ex causa frigida, curat. Colicam  
passionem patientibus, plurimum confert.  
Cum calce sua in vino soluta, lapidem fran-  
git vesicæ: cum suo sale verò soluta, tenuum la-  
pidem frangit atq; fugat. Febremq; quartanam  
tollit, sobriè assumpta. Leprosus si non-  
nunquam de illa moderate biberit, lepra nō  
ultra ascendet. Prodest etiā conceptui, si  
pregnans de illa biberit. Si modicum de ipsa  
bibatur interdū, aut in ore retineatur, ipsum  
rheuma curat. Oculos subuersos, quando pal-  
pebræ resoluuntur, illita curat. Audaciam

## EVONYMI

præstat, si pusillanimis aliquis aut formido-  
 losus de ea interdum potauerit. Hactenus  
 Vitalis. De facultatibus præterea eiusdem a,  
 quæ, in genere, hæc scribit Leffinus Lem-  
 nius lib. de Occultis naturæ miraculis. Nul-  
 lus, inquit, liquor, qui in aliquem vsum cor-  
 pori humano adhibetur, est aqua vitæ, aut  
 leuior aut penetrantior, aut quæ omnia à pu-  
 tredine, aut corruptione magis præseruet ac  
 tueatur. Cuius vñus sic inoleuit apud Belgas,  
 vt liberalius, quam valetudini commodum  
 est, assumant. Neque enim omnibus, aut quo-  
 uis tempore, eius potus æquè salubris est: ma-  
 cilentis siquidem, siccæq; nature hominibus;  
 denique æstate, vñus eius admodum perni-  
 tiosus est, adurit enim corpora, atque humo-  
 rem natuum depopulatur. Obesis autem  
 corporibus atque humidis, quiq; pituitosis  
 humoribus redundant, nihil incommodat,  
 nam & humores excrementosos concoquir,  
 & corpora à lethargo, atque apoplexia, mor-  
 bisque frigidis vindicat ac tuetur. Quapro-  
 pter hybernis mensibus moderatum illius  
 vñus concedo, nempe sesquidrachmam, que  
 cochlearis mensuram implet, exquisitè sac-  
 charo edulcaram, adiestoque exiguo panis  
 primarij bolo, quo minus vi adurente cere-  
 brum naresque feriat, aut hepati noxæ ali-  
 quid penetrabili, feruentique calore inferat.  
 Foris verò admotum, neruis ac musculis,  
 membrisque algore oppressis auxiliatur, o-  
 mnesq;


mnesque affectus dolorificos, qui in frigidis humoribus consistunt, compescit ac discutit vi calorifica, ac celeritate penetrandi. Quin & apoplecticas loquelas restituit, si seminis erucæ & acetii scillitici momentum illi commisceatur. Quod si id genus vini facticij, bis terue in alueum stillacitium immissum, ignis vi extrahatur, incredibilem vim penetrandi consequitur. Hæc Lemnius.

DE INSTRUMENTIS, QVI  
bus ad aquam vitæ destillandam artie  
fices vtuntur.

IN destillatione aquæ vitæ, quoniam multæ spiritus crassi, vi caloris eleuantur, necesse est temperare eos, & subtiliores reddere beneficio instrumentorum longorum, angustorum, & sinuosorum: nec solum refrigeratione opus, sed etiā in loco frigido, ubi aqua nimis actu frigida permaneat, ne aliqua viscositas aut crassities, ad alembicū perueniat, destillatio perficienda. Vnde factū est, ut ab artificibus varia sint inuenta instrumenta, quæ id præsentent.

Aqua ardenter nonnulli per vesicam destillant, de qua consule Lonicerum: verum is destillationis modus, propterea quod aquæ affundant, non omnibus probatur. Utuntur autem hoc modo, propter compendium, fere Pharmacopœiam.

EVONYMI  
INSTRUMENTVM AD A-  
quam vitæ, ex vini fecibus, dea  
stillandam.



- A. Fornax rotunda forma constans, aut etiā quadrata, parum enim refert.  
B. Locus seu foramen, per quod aheno, ignis subiicitur.  
C. Ahenum seu vas satis capax , continens fæces.  
D. Operculum aheni. Id si, aliqua ex parte conuexum fieret, & in medio, ubi canalis egreditur, in acutum desineret, vapores multò melius sursum mitteret, quam si planus in fuerit.

E. Operc.

E. Operculi foramen, in quod canalis inser-  
tus est.

F. Canalis æneus, seu fistula, deferens vapo-  
res. Sit autē hoc modo contorta, & sinuo-  
sa, ita enim, aiunt, aquam videri quasi sæ-  
pius destillari: aut fortè, ut vapores diu-  
tius contenti, facilis condensentur. Ali-  
qui sinus aliquot faciunt in fistula, priu-  
quam ingrediatur situlam, quod fortè mi-  
nus probandum est.

G. Situla lignea continens aquam frigidam.

H. Subsellium, sustinens situlam aqua frigi-  
da plenam.

R. Locus in subsellio, quo recipiens vas col-  
locandum,

Possent iuxta hanc situlam, duæ fornaces  
extrui (ita quidam apud nos solet aquam ar-  
dentem destillare) quarum altera vicinior sit  
situle, altera remotior. In viciniore aheno, fæ-  
ces primo destillarentur: in remoto, secun-  
do, ut subtilior & purior aqua fiat. Verum  
id ipsum, minori negotio fortè fieret, si quæ  
secunda vice destillari debet, per longiorem  
fistulam destillaretur, per longiorem enim  
viam, spiritus agitati, magis attenuantur.

#### INSTRUMENTVM ALIVD.

3. Vas seu olla, materiam destillandam conti-  
nens. Quidam apud nos ollam habuit 16.  
mensurarū capacē. Ex ijs biduo, bis, teruē  
repetita etiam destillatione, mensuras tres  
extraxit.

# EVONYMI



2. Operculum.
3. Canalis seu fistula, quæ sicca  
vadæ fieri debet.  
Posset hæc ea-  
dem duplex fie-  
ri, ut aqua frigi-  
da infundi, &  
rursum calefa-  
cta emitti posset.
4. Situla, conti-  
nens aquam fri-  
gidam.
5. Sedes, quæ su-  
stinet situlam.

6. Recipientis aptandi locus.

7. Ignis, in circuitu, ex quolibet ligno.

Per tale instrumentum aqua viræ valde co-  
piosa habetur, magis quam ex vulgaribus:  
quoniā fistula ex operculo ollæ, rectâ ascen-  
dit, non ut in alijs obliquè, & forte maior est  
quoq; quam in alijs.

## INSTRUMENTVM ALIVD

pro aqua viræ destillanda, ab authore

Pyrotechniæ mutuatum.

IN  
TUM  
SACRUM
**L**icit in dies singulos varia excogitentur  
instrumenta, hoc tamen mihi semper vi-  
sum est esse commodissimum, ut ilissimumq;. catur  
Præparetur vas æneum stannatum, è quo  
parte ea, qua vinum infunditur, produ-




catur fistula longa  
multis concava-  
tibus fabricata.  
Huic ad finē qua-  
tuor aut sex vlna-  
rum, sit fistula par-  
ua ex ære aut lig-  
no extorta, eomo-  
do, vt fistula parte  
tinæ, seu fistulæ su-  
periore, sinuosa, è  
medio eius egre-  
diatur. Finis verò  
seu fistule extre-  
matis recta, capitellū  
vitrū habeat adas-  
ptatum, cuius na-

sus in recipiens vas recipiatur. Hoc vas ita pa-  
ratum in furnum ponitur, eiique infunditur  
vinum, per egredientem fistulam oppositam  
epistomio, per quam etiam post finitam de-  
stillationem fæces expurgantur. Parte verò  
superiore, fistula seu tina posita sub fistula  
quæ à sinuositate serpens dicitur, aqua frigi-  
da repletur, vt præsens figura ostendit.

INSTRVMENTVM QVARE  
tum ad destillandum aquam uitæ, ita affabré fabre  
factū, vt fiat etiam semel destillata aqua, potentissi-  
ma. Audio Florentiæ tale in  
vſu esse.

# EVONYMI



- A. Locus cinerū,
- B. Crater.
- C. Ignis.
- D. Fornax longa,  
angusta.
- E. Vas longū, re-  
cipiens magnā  
copiam vini.
- F. Iunctura arctis-  
sima.
- G. Fistula, per quā  
vinum infundi-  
tur.
- H. Via per quam  
vapores scandūt.
- I. Nasus capitelli,  
qui recipienti in-  
seritur.
- K. Vas aqua frigi-  
da plenū, refri-  
gerās capitellū.

**L.** Arundo seu fistula qua scandit aqua fri-  
gida.

**M.** Hac emittitur aqua excalfacta.

**N.** Dolium oblongum plenum aqua frigida.

\*. Instrumentum quo efficitur, ut aqua sur-  
sum feratur pulsando, sicut in quibusdam  
puteis. Hoc instrumēto, paucō igne, magna  
quantitas destillari potest.

DE VARIIS MODIS DESTIL-  
landi aquam vitæ, tum simplicem,  
tum compositam.

**A**Qua ex vino meraco sublimata, inquis  
quidam incertus, nouum id inuentum  
est, per vitreum aut æneum infurnibulum  
sublimare, in quo vilis materia substat: quod  
leue est, vapore continuato, sublimia petit.

Aquam ardente simplicem, sic destillare  
iubet Vitalis de Furno. Accipe vinū bonum  
ac forte, purum, rubeum, pone in alembico,  
& destilla lento igne, sicut fit aqua rosacea, &  
exhibit per sublimationem aqua ardens, quæ  
quo sæpius destilletur, tanto erit subtilior  
& utilior.

**V T A Q V A V I T A E S E M B L**  
destillata, equè bona sit, easq; facultæ  
tes possideat, quas alia ter, qua-  
terue aut etiam sæpius  
destillata.

**S**i aquam vitæ simplicem vel vinum ar-  
dens, vna destillatione, ita destillare volue-  
ris, ut in virtute sit, ac si esset vigesies destilla-  
tum, spongiam super os cucurbitæ obduci-  
to, & alembico sigillo Hermetis clauso, ap-  
positoq; recipiente in balneo, destillaro. Ita  
enim fit, ut spiritus vini in cœlum ascendat,  
& rursus cadat in terram, hoc est, recipiētem,  
aquositas vero omnis remaneat in spongia.

## EVONYMI

Hoc modo quidam Alchymista pro maximo secreto, usus est. Contulimus, inquit Gernerus cum aqua vitae sine spongia semel destillata, & inuenimus nostram magis virtuosam : & rursus, cum alia decies destillata sine spongia , & nostra magis penetrabat , quam illa. Destillator quidam apud nos , affirmat, aquam vitae semel tantum destillatam, valde insalubrem ihs, qui eam bibunt, habereq; magnam putrefaciendi vim , quod ipsum hac probat, experientia : Si accendatur, inquit, aqua ardens , ac paulo post rursus extinguitur, quod reliquum est, valde foetere. Quæ vero aqua bis tñrue fuerit destillata, neq; foete, neque putrefacere,

De quintæ essentiæ per balneum Mariæ destillatione è vino. Et vini albi optimi mensuras quatuor, aut quinq; secundum capacitatem vitri aut vesicæ, ita tamen ut tertia vesicæ pars sit vacua , viro superpone alebicum, perlutetur cum albuminibus ouorum, cum farina & aqua mixtis simul , & super pannū lineum extensis, reponatur ita in balneō Mariæ , deinde destilla lentissimo igne, die nocte q; ex quinq; mensuris, medium, & quod destillasti , usui pro extractionibus reserua.

Aqua vitae è vino ter destillata. Et libras viginti vini boni & crassi, & trahe de illis lib. iiiij. in vase ut scis : postea de illis quatuor libris, trahe duas libras; & iterum de illis duabus

bus extrahe vnam. Hæc aqua valet contra omnem guttam & maculam oculorū, & ad omnia vulnera, & contra catarrhum & fistulam, & ad alia multa est utilis. Quod si iungas huic fel perdicis, tollit ardorem & caliginem de oculis: item posita in oculis, lachrymas tollit & restringit, si cum succo serpilli fuerit mixta.

Aqua ardens, accipe sextarium vini nigri vetustissimi, & ponatur in amphora magna amplum habente fundum, & strictum os, & apponantur vnciæ tres viriusque sulfuris, vel viriusque auripigmenti, armoniaci, tartari, salis nitri, lib. i. olei communis vetustissimi, & coquantur usque ad duarum partium consumpcionem, & tunc coletur totum & addatur aqua calida, & extrahatur per embotum, vt extrahatur aqua prima. Si hac aqua deliniatur candela, vel licinum, & imponatur sub aqua, non extinguitur. Item si super aspergatur capillo vel panno vel pileo, vt inflammetur, postea quam consumpta fuerit, remanebit pannus illæsus & illud susper quod ponetur, Rogerius tract. 4. cap. 7. ubi modum hunc destillationis ex præcedenti capite, plenius disces.

Aquam ardente sic facias, recipe vinum nigrum spissum, potens & vetus, & in una quarta ipsius disperges viuæ calcis, sulphuris viui subtilissime puluerisati, tartri de bono vino itidem puluerisati, & salis

## EVONYMI

communis albi grossi, postea pones in eum  
curbita bene lutata, & desuper posito alem-  
bico destillabis aquam ardentem, quam ser-  
uare debes in vase vitro, Albertus Magnus.

Aromatica aqua, quam vocant Aquam  
vitæ, vel Hippocratis, vel Balsamum: herbæ  
& radices odoratæ & aromata, in sextuplo  
vini dies tredecim macerantur, inde vinum  
colatur, species contusæ iterum adduntur vi-  
no, & destillantur. Aquæ destillatæ, salviæ re-  
centis 3 s. iniiciatur, & cinnam. zinziber,  
caryophylli, nux moschata, salvia cum radici  
bus, grana paradisi.

Aqua vitæ ad varios ex frigore morbos;  
ad podagram, & dolores eius, ad dolorem  
iliacum & à capite distillationem, bis mense  
potandum, gingiuarum, & linguæ mor-  
bos opitulatur collutione: ventriculo benefi-  
cit pituitam congerenti, & coli dolori 3 j. ex-  
hibita cum tantundem theriacæ ex vino. Rx  
aqua ardantis 1 1/2 j. euphorbij, bdellij, sagae  
peni, spodij, piperis longi, cubebarum, ope-  
panacis, cinnamomi, caryophyllorum, nucis  
moschatae, pyrethri, cyperi, squinanti, ana 3 j.  
omnia trita, diebus tribus in aqua ardenti  
macerata, destillatorio instrumento liquo-  
rem exmito, Bertapalia.

Aqua vitæ contra pestem, ex lib. manu-  
scripto. Rx caryophyllorum 3 s. cinnamomi,  
zedoariæ, rad. valerianæ, pimpinellæ, tor-  
mentillæ, florū rosatū ana 3 j. Santali citrini &  
rub.

rub. spodij, corr. citri, doronici, terræ sigillatæ,  
 diptamni, se seleos, melissæ, maioranæ, enulæ  
 campanæ, sem. se seleos, carabe, rhabarbari,  
 nucis moschatæ, macis, ana 3 s. scabiosæ, flo-  
 rum borraginis, buglossi, anthos, cornu ceruï  
 visti, rutæ, coriandri præparati, specierum li-  
 berantis, specierum de gemmis, diacamero-  
 nis, lœtitiae, Almansoris, diarrhodon abbatis,  
 diamargaritonis, hyacinth, smaragdi, marga-  
 ritarum splendidarum ana 3 j. mithridatij,  
 theriacæ Venetæ, boli armeni, ana 3 s. folio-  
 rum auri & argenti ana numero viij. vini ar-  
 dentis optimi 1 1/2. viij. contundantur omnia  
 optimè, & misceantur cum vino sublimato,  
 ponantur in vas vitreatum, obturetur eius  
 orificium optimè, ne quid exhalet, stent in  
 infusione tribus diebus, deinde destillentur  
 lento igne secundum artem per balneum  
 Mariæ. Datur de ea in peste cum elecua-  
 rio appropriato.

Aqua frigidis morbis omnibus cōferens,  
 morbo præcipue attonito, membrorū mol-  
 lificationi, podagræ & articulorū doloribus.  
 Aquæ ardantis ex optimo vino 1 1/2. s. acori  
 præparati 3 ij. florum rorismarini, florum  
 saluiæ, sing. 3 j. s. foliorum eiusdem M. s. cins-  
 namomi, xyloaloës, utriusque 3 j. maceris,  
 cardamomi, corticum citri, caryophyllo-  
 rum, croci, sing. 3 s. nardi 3 j. zingiberis 3 j.  
 stechados 3 ij. moschi, ambari, utriusque  
 gr. vj. omnia simul diebus 5. macerata, excep-

## E V O N Y M I

ptis aromatibus, destillato, & aromata ad  
ijsito.

Aquæ generosæ, ad multos facientes affec-  
tus, quarum tam prima quæ stillatur, quam  
secunda, vulnus recens vna die bis imposita,  
sanare fertur: cancer, fistulae, phagedænis, lus-  
poue, & morbo, qui noli me tangere dicitur,  
forixue vocatur, si semel in die lauentur, au-  
xilium vtraq; præstat: & si dimidium drach-  
mæ, cum modico optimi vini potetur, lapi-  
dem frangit, educitque: ardori valet vrinan-  
di, & quibuscumque locellorum, seu matri-  
cis ægritudinibusque: pari pondere cum pin-  
gui iure lassitudini lita auxiliatur, neruos fa-  
nat: conuulsionem etiam patientes, ter in die  
aqua ista, ablutos: pluresque alias infirmita-  
tes. Aqua vero ex ijs tertio destillata, sangu-  
inis colorem præ se ferens, admodum pres-  
ciosa est, de qua qui singulis diebus quinde-  
cim, medium sumperit cochlearium, cura-  
bitur à lepra, paralysi, aqua inter cutem, ar-  
thritica passione, podagra, reliquisque hu-  
iusmodi morbis. Bibita præterea ad dimi-  
dium drachmæ, vel saltem bis in hebdoma-  
da, cum cochleari aquæ boraginis per annū,  
senectutem retardat, & vires refouet, adeo, ut  
si quis morti propinquus fuerit, & modi-  
cum quid de huiusmodi sumperit aqua, non  
tam festinè vita priuabitur. Modus autem  
hanc aquam conficiendi hic est. Sumantur  
zedoariæ, galangæ, piperis longi & rotundi,  
caryophyl-

caryophyllorum, zingiberis, sem. iuniperi,  
corticis citri, citranguli, maliae medici, fo-  
liorum saluiæ, ocimi, rorismarini, maioranæ,  
mentæ, baccarum lauri, pulegij, gentianæ,  
calaminthæ, florum sambuci, rosarum rubea-  
rum & albarum, nardi, xyloaloës, cubeba-  
rum, cardamomi, cinnamomi, calami aroma-  
tici, stœchados, chamedryos, chamæpithyos,  
melegetæ, maceris, thuris masculi, aloës hæ-  
patici, seminis & foliorum matricariæ, sem.  
arthemisiæ sing. 3 j. ficuum, passularum, car-  
nium dactylorum, amygdalarum dulcium,  
pinearum sing. 3 j. mellis electi 3 vj sacchari  
ad duplum ponderis omnia bene trita, in  
aqua ardenti ex optimo confecta vino, ad tri-  
plum omniū pondus macerato et destillato.

Aqua odorifera facié dealbans & oculos.  
Ex rutæ campestris, fœniculi, foliorum ver-  
benacæ, radicis betonicæ, foliorum rosarum,  
capillorum Veneris partes æquales, maceren-  
tur per noctem in vino albo, odoro, & alembico  
destillentur, Fumanellus.

Liquor destillatus pro celeritet sanandis  
vulneribus, ex Fumanello. Ex aquæ vitæ sive  
ardentis 3 iiiij. theriacæ 3 L. in alembico destil-  
lentur, & quod stillauerit vulneri imponito,  
& desuper aridum ex aloë & myrrha (pulue-  
rem) et denuo linteolu predicta aqua madēs.

Ad conciliandum somnum, ad quot hos-  
tas libuerit. Ex sem. papaveris albi & nigri,  
3 L. vini albi, fellis leporis ana 3 ij. aquæ vitæ

## EVONYMI

ʒ iiiij. infundantur in aqua (vitæ) per dies tres, postea per alembicum destilla. Gutta vna somnum cōciliat ad horam vnam: duæ, ad duas, &c.

Compositio quædam Domini Gesneri, pro hydropico, vel asthmatico, Rx vni albi veteris ℥. ij. cinnamomi ʒ j. iridis florentine ʒ s. iridis nostratis ʒ ij. s. ros. rub. ʒ iiiij. coriantri præparati ʒ j. s. fœniculi, zingiberis ana ʒ ij. radicum asari, ʒ iiiij. astrantiae ʒ s. chamaeleontis albi, bryoniæ ana ʒ ij. esulæ corticum ʒ iiiij. ariz j. elect. de succo rosarum ʒ s. mace- rentur per triduum in vitrea cucurbita luta- ta, deinde destillentur in cineribus, donec striæ appareant in capello. Dato ʒ j. expe- riundo. Ad idem potest fieri cum sero lactis per se, vel cum vino, addendo saccharum, vel mel rosaceum, cum dabis.

Aliquando iussit destillari vinum in quo Guaiaci scobs, bacce iuniperi, & cinnamomi aliquid & rosæ maceratæ sint.

Aqua vitæ D. Thomæ Finck ad multa, Rx lauandulæ, saluiæ, ana quartar. iiiij. rutæ vnciam semis, zingiberis, nucis muschatae, earyophyllorum, cinnamomi, granorum paradisi, sacchari albi ana vnciam semis, ma- cis, alkekengi, ana vnciam semis, olei oliuæ drach. ij. infunde in vini fortissimi, mensura vna & semis, per dies quatuordecim, dein- de destilletur secundum artem, igne len- gissimo.

Aqua

Aqua nobilissima destillata pro quodam magnifico, contra hecticam (phthisim forte) Rx vini sublimati de vino maluatico ℥. iiiij. panem tritici calidum, in alembico bene occlusa stent per dies 14. Tum destilla per balneum. Postea Rx specierum diamargariton, diambræ, diarrhodon abb. dianthos, diapris cum musco, lætitiae Galeni ana 3 ij. cassiae extractæ, sacchari candi ana 3 j. succi de liquiritia 3 ij. rosmarini 3 iij. musci Alexandrini 3 s. Omnia in vase destillatorio stent bene occlusa per mensem. Tum fiat destillatio per balneum, & diuidatur aqua in duas partes, prima aqua nobilior est quā secunda.

Aqua vitæ alia, è Germanico translata. Rx aquæ vitæ optimæ mensuras duas, destilletur ut scis, in vitro vase in aqua. De duabus istis mensuris destilla dimidiā partem, deinde accipe cinnamomi 3 ij. incidatur minutim, & in vitro cum aqua vitæ misceatur, ut per digitū latitudinem cinnam. cooperiat, stent simul horis 12. vel quindecim, ut aqua vitæ colorē rubrum aut sanguineū acquirat, quam in aliud vas inffundas & claudas. Rursus eidem cinnamomo, affunde aliam partem aquæ vitæ, à dimidia mensura relictam, ut prius, idq; facies toties, quandiu dimidia hæc pars durat, semper effundendo, & quod effusum est, cum priori commiscendo, ut tandem aqua vitæ colorerufo non tingatur. Postea accipe 3 L. caryophyllorum minutim

b

## EVONYMI

puluerisatorum, & similiter pulueri huic re-  
liqua aquæ vitæ medietas affundatur, ut pri-  
us. Quod si aquæ vitæ nihil amplius super-  
fuerit, accipe aquam vitæ rubram in bocia  
& imposito capitello, destilletut tantū quan-  
tum ad macerandam materiam fuerit opus,  
nihil enim rubedinis ascendit, sed quicquid  
destillat album est. Postea accipias 3 s. nuci  
moschatæ cōcisæ minutim, & ut prius affun-  
de aquam vitæ. Quo factō, accipias aquā vi-  
tæ ex caryophyllis, & ex nuce moschata, &  
cōmisce cum aqua vitæ ē cinnamomo. Tum  
accipe vini maluatici, aut optimi Rhenani  
mensurā vnam, & in olla inuitreata ponito,  
ei adde sacchari candi triti 3 iij. & pasta  
cooperito ollam, & carbonibus impone, ut  
leuiter fundatur saccharum, post fusum sac-  
charum, refrigeretur. Post refrigerationem,  
affunde aquam vitæ rubram, & commisce in  
olla ut prius, aut vitro, melius enim obturari  
potest, & habebis aquam vitæ optimam.

Aqua vitæ nobilissima cōtra catarrhū, &  
hyssopi, satureiæ, marrubij albi, enulæ, ireos,  
leuisticæ, betonicæ, saluiæ, foliorum trifolijs  
(quod facit multos flores grossos in modū  
nucis paruæ; in quibus est quædā dulcedo ad  
modū sacchari vel mellis in sapore) singulo-  
rum 15 s. Trita omnia grossō modo ponan-  
tur in vino potētissimo et electissimo, in vase  
vitreo vel alembico mundo, ita ut vinū super-  
emineat uno dīgitō. Destilla & serua; super  
aurū & gemmas valet.

Aqua

Aqua vitæ contra apoplexiā & epilepsiam, est autem velut aqua quedam balsami. Rx zingiberis, caryophyllorū, nucis moschatæ, granorum paradisi ana 3 s. foliorum saluicæ, ℥. i. cardamomi, cubebarum, masticis, galangæ, rorismarini, lauendulæ, maioranæ, melissæ, betonicæ, ana 3 ij. omnia puluerisata & contrita infunde in vini optimi ℥. ix. vel invino destillato in vase vitro, ut omnia cooperiantur, per dies decem, postea fiat destillatione. Valet ad paralysim, vertiginem, apoplexiā, spasmodum, ad memoriam, & caput, & ad stomachū frigidum: carnes & pisces ea asperfa non corrumpuntur. Vinū corruptū rectificatur: bibantur pro vice, tres vel iiiij. guttæ, cū modico panis in eadem infuso, et postea comedatur, acuit ingeniū. Et fricitur ea quoque occiput & alia loca. Valet etiam hydroscopicis, melancholicis, spleneticis: & oculis etiā est valde pretiosa.

Destillatio quedā mirabilis & delectabilis, quam quidā acquisiuit à quodā Crabatione, cuius experientiā & feci & vidi, inquit quidam innominatus. Rx vini maluatici optimi & electi, mensuras sex. destilletur lento igne per alembicum nouem vicibus: postea imponere ambræ griseæ, spermatis ceti, rhabarbari electi ana 3 s. moschi 3 s. puluerisentur & ligentur in petia subtili, rara, & aquæ vitæ impone. Esthæc aqua mirabilis & maximè virtutis. Valet pro regibus & principibus.

b 2

## E V O N Y M I

Aqua vitæ Friderici Cæsar is, ad omnes  
affectus. Ex aquæ vitæ mensuram dimidiā,  
maluatici mensuram integrā, cinnamomi  
3 iij. caryophyllorum 3 j. zingiberis 3 j.s.  
nucis moschatæ 3 j. zedoariæ Venetianæ 3  
iii.s.granorum paradisi 3 j.s.galange 3 ij. cu-  
bebarum 3 s. rorismarini 3 s. hyssopi toti-  
dem, althæ totidem, rad. benedictæ 3 j. sal-  
uiæ 3 j. lauendulæ 3 s. omnia iam dicta ma-  
nibus rumpantur, & terantur, ponanturque  
in bociam vitream satis amplam, quæ capere  
possit mensuras tres vel quatuor. Præterea  
sacchari candi 3 iii.passularum corinthiacæ  
sum 15. s. passularum quartarium j. sicuum  
quartarium j. camphoræ 3 j. aquæ rosarum  
cyathum dimidium, aquæ florum sambuci  
totidem, & totidem aquæ endiuæ, omnia  
hæc in vitro clausa, insolentur per dies octo  
ante festum lohannis, & totidem post id, po-  
stea aquam colatam reserua. Hac utraris ubi  
opus fuerit, hoc est, in maxima debilitate cor-  
poris & virium prostratione accipias coch-  
leare vnum, & experieris mirabilia: hanc sol-  
aiunt sustentatum Cæsarem Fridericum.

Aqua vitæ composita mirabilis, & con-  
tra grassantem pestilentiam sæpiissimè pro-  
bata, descripta à D.D.Mag. Ex rutæ domes-  
ticæ iam iam decerptæ, saluiæ, lauendulæ,  
libanotidis, rorismarini, rad. tormentillæ,  
pimpinellæ, valerianæ, bistortæ ana 3 ij. bac-  
carum iuniperi, lauri, ana 3 j.s. terræ sigillatæ  
boli

boli levantici ana scrupulos iiiij. radicis pseundo dictamni, seminis sancti, benedictæ, caryophyllatæ, helenij, gentianæ, rhabontici Di scoridis, ciambet (an Zurumbet) ana 3 iiij. l. coriandri præparati, acetosæ, basilicæ, pim= pinellæ ana 3 ij. l. trium santalorum ana 3 j. florum borraginis, buglossæ, rosarum rubea rum ana pugill. ij. rad. ben albi, & rubri ana drach. j. corticis arantiorum acetosorum, cisti, mali granati ana, contusis & incisis grossso modo, destillentur secundum artem per alembicum in vino sublimato, & rectificato ad sufficientiam quantitatis ad ℥. viii. postea recipe Niberis (an piperis albi) bulledini, cinnamomi, granorum paradisi, maceris, nucis moschatæ, cardamomi ana vnciam semis, scrupulos iiiij. croci drach. ij. galangæ, cubebarum, caryophyllorum, calami aromatici, ana scrupulos iiiij. specierum elect. lib erantis, cordialium, contra pestem ana drach. iii. diamusci dulcis, de gemmis, ana drach. j. l. incisis & contusis infundantur in præscripto destillato vino, stent in loco tepido per horas 48. deinde destillentur simul per alembicum luto sapientiæ perlutatum, aromatizentur postea musci alexandrini gr. xvij. ambræ gryseæ gr. xij. croci scrupulū semis, vel gr. vj. in syndone rubra ligata, proiiciuntur in vas, & bene obturetur, ad vsumque seruentur.

## EVONYMI

Aqua destillata ad omnes fistulas, Theophrasti. Rx aquæ vitæ optimæ ℥. iiiij. aquæ rotis marini, saluiæ ana ℥. iiij. l. sacchari albi, ℥. v. misce & destilla per alembicum, certissimum in fistulis & ulceribus internis.

Aqua vitæ ad articulares dolores, & thoracis grauitates, & ad timorem casus in ægreditudines cerebri, quales epilepsia, apoplexia, paralysis, vertigo & huiusmodi, ex consilijs Bened. Victorij. Radicum acori ℥. iiij. pæoniae ℥. l. galangæ, zedorariæ ana ʒ. j. l. iuæ, centaureæ minoris, saluiæ, maioranæ, stœchados, betonicæ, rotis marini, pulegij, calamenti, polypodij, polij, folij, ana M. j. roseum rubearum, baccarum myrthi, ana M. l. omnia hæc crasso modo contundantur, atq; in ducentis libris vini albi potentis & odoriferi fundantur spacio temporis trium dierum, demum vinum coletur, violenta & fortis facta expressione, & in vitro alembico vinum ponatur, & destilletur aqua, cui adde nucis myristicæ, macis, caryophyllorū, cinnamomi, masticis, zingiberis, de quolibet crasso modo rupto, ʒ. j. trahe morā per diem naturalem, demum per alembicum iterato destilla aquam, & vsq; ad nonam destillationem eandem destillabis aquam. Remanenti vero aquæ ex nona destillatione permisceto foliorum auri numero centum, foliorum argenti numero quinquaginta, omnium fragmentorum, ana ʒ. ij. margaritarum ʒ. l. omnia pulueri-

puluerisanda in subtilissimum conduceſ puluerem, & iterato vicibus duabus eandem destillabis aquam. Ultimꝫ vero destillatam aquam cum muſco & ambra aromatizabis, & ſic habebis diuinum elixir vitæ. Modus uſuſ eſt, mane priuſquam ventrem impleat, diluat ſibi omnes ſpondylos colli atque tho-racis muſculos, & plerosq; artus ſibi made-ſiat. Quippe per tres ante matutinum ci-bum horas, ſorbeat potum hunc. Aquæ ſal-uiæ, endiuiaæ ana ȝ ſ. elixir vitæ guttas quin-que, miſce, & potui dato.

Aqua ardens destillata composita contra peste, è Guaynerio tract. de peste. Virtuoſa, inquit, exiſtunt multa contra peste, ſed in infinitū virtuosior eſt, quæ ſequitur aqua. Tanta eſt enim inter cor & ipsam cōuenien-tia, ut in nō perceptibili quāli, tempore attra-hatur ab ipſo, attractaq; mutatur in breui, & in ſpumofam ſubſtantiam conuerta, non ſolum à complexionali virtute: verum etiam tota forma omni pestilentiā veneno reſiſtit, ac iſum perimit indilate. Et ideo tanta eſt eius excellens virtus, quod eius uſu hominē non ſolum præſeruat a peste, imò ab iſa de-prehendit, celeriter liberat: cuius haec eſt permixtio. Bꝫ rad. tormentillæ viridium ſi haberi poſſunt ȝ. j. radicum herbæ tunici & diptamni ana ȝ. ſemis radicum enulæ campanæ vncias iiiij. acetosæ cum ſemini-bus ſi haberi poſſunt ȝ. ij. vel acetosæ ȝ. j.

## E V O N Y M I

& ȝ viij. & seminis eius ȝ iiiij. buglossi & borraginis, cum eorum floribus, rosarum tub. sylvestrium ana ȝ. j. pimpinellæ, scabiosæ ana ȝ. semis, succi limonum ȝ. j. theriacæ finæ ȝ. s. aquæ ardentis factæ cum viii no optimo & pluries reiteratæ vncias ij. teræ sigillatæ, & boli armeni ana ȝ ij. santalorum alborum & rubeorum, spodij, benalbi & rubri, margaritarum splendidarum ana ȝ j. s. ossis de corde cerui vnciam j. rasuræ eboris vnciam semis, croci drach. iiij. camphora drach. ij. foliorum auri vnciam semis; primo accipe folia auri, & ea cum cardone aut forfice diuide in frusta minuta quantum poteris, vel ipsa super porphyrio cum melle inducas, quia in puluerem non perceptibilem tactu ea rediges: postea pone ea in aqua ardenti, bene obturando ampullam ne respiret: & sic dimitte per dies quindecim. Deinde accipe margaritas subtilissimè tritæ, & ipsas pone in alia ampulla cum succo limonum quæ bene obturetur, & dimittatur per tantundem temporis: postea cum optimo vi no radices bene lauentur, ut à terra sint mundæ, demum in umbra à vino desiccatæ, in mortario conquassentur, & similiter herbæ, flores & rosæ cum seminibus. Quo facto, omnia ista in vase quodam terreo vitreato ponantur, in quo postea pone theriacâ cum illis pulueribus & alijs rebus. Deinde cum his pone illam aquam ardentem cum folijs auri,

guri ac etiam succū limonū cum margaritis,  
 taliter vas sigillando quod nequeat expira-  
 re. Postea facies foueam in terra in loco hu-  
 mido, ad profunditatem trium pedum, & so-  
 larium dimidiij pedis ex uiua calce in fundo  
 foueæ constituas. Tum illud vas in medio  
 colloca, cū fimo equino seu vinatijs circun-  
 dando & cooperiendo, super quod vnam vel  
 duas situlas aquæ postea affundas, & sic se-  
 pultum postea per dies xii. naturales dimitte,  
 omnibus tribus vel quatuor diebus sumum  
 vel vinatias renouando, quibus completis,  
 extrahe, & totam materiam illam accipe, &  
 pone in vesica vitrea, & desuper alembicum  
 taliter sigillando ne respiret, & cum igne mol-  
 lium lignorum lento, sine fumo, aquam ex-  
 trahe, & in ampulla taliter ad rostrum ale-  
 bici liga, ne respiret. Extractam verò aquam  
 iterum proijec super faeces, & ut prius iterū  
 destilletur. Tertio verò ponatur in alembico  
 sine fæcibus, & iterum in balneo Mariæ de-  
 nouo destilletur, demum in ampulla bene-  
 clausa vsui reseruetur. De aqua accipe coch-  
 leare vnum paruum per se, vel cum alia confe-  
 ctione vel puluere. Hæc nanq; aqua spiritus  
 multiplicat, ipsos clarificat, membra confor-  
 tat principalia, ipsaq; disponit, vt impressio-  
 nem cuiuscunque pestem inducere potentis,  
 nequaquam recipiat, etiam factæ pestis mi-  
 rabiliter impressioni opitulatur. Dum enim  
 res illæ sepultæ permanebant, in eis quædam

## EVONYMI

est facta fermentatio. Demum per destillatio-  
ne in eis noua introducta est forma, per quā  
non ratione quatuor qualitatū: sed quia tale,  
ut loquuntur authores, cūlibet pestem in-  
ducere potenti, opponitur corruptiū.

Aqua vitæ composita, ad omnes corporis  
morbos, Recipe nucis moschatæ, floris mo-  
schatae, caryophyllorum, cinnamomi, zingi-  
beris, cubebarum, granorum paradisi, stœ-  
chados, granorum pæoniæ ana 3 s. grano-  
rum sinapis, lauendulæ ana 3 j. cinnabatis  
(an sanguinis draconis) coriandri, anisi, ba-  
siliconis ana 3 s. gagatis (malim, inquit, Ges-  
nerus, succini) rorismarini ana 3 j. maiora-  
næ, cardamomi, fœniculi, liquiritiæ, hyfso-  
pi, spicæ nardi ana 3 s. florum borraginis,  
lilij conuallium, melissæ, capitum seminum  
rosarum, ana 3 s. visci quercini, ossium de  
corde cerui, ligni aloës, croci 3 j. salviæ M.j.  
Modus parandi hic est. Accipe mensuras vi-  
ni boni quadraginta, destilla per alembicum  
in balneo Mariæ: in prima destillatione re-  
cipe mensuras duodecim quas iterum destil-  
la, donec nihil amplius sit in ampulla, quam  
quod cortice nucis capi posset, illud reicias,  
quia phlegma est, vinum vltimo destilla-  
tum, destilla iterum quinques totum & pe-  
detentim, in balneo Mariæ, sic erit parata  
qua. Recipe postea supra scripta simplicia o-  
mnia, partim minutim consinde, partim in  
puherem contunde, quæ scilicet contundi  
possunt

possunt, & infunde vini destillati tantum super ea, ut quatuor digitis vinum reliqua excedat, que omnia simul relinquas per tres aut quatuor dies, donec aqua coloretur. Dein vinum infunde in aliud vas vitreum, & tege optime, ne quid euaporare possit. Super faeces vero affunde vinum recens, & ita relinquito septem vel octo dies, donec vinum omnium infusorum substantiam extrahat. Tum vinum a faecibus separa, & pone totum vinum in vitro, & destilla per alembicum in balneo Massiae, ut nulla humiditas in vitro remaneat, & habebis praecedentium rerum quintam essentiam, qua serua diligentissime, ne ab aere contingatur. Deinde destilla vinum ex illis simplicibus extractum per alembicum, & medium vini partem accipe, & haec erit vera vini illius quinta essentia. Alteram verò partem que in vitro remanet, abiice, est enim aquatica solū humiditas. Tandem quinta vini essentia, cum aliarum rerum quinta essentia iungatur, & colorabitur ac si esset aurea. Tum accipe muscum Alexandrinum, ambram gris, seam, ana 3 j. rhabarbari 3 ij. colligentur in linteo panno puro, & impone in vitrum, & confectum erit, clade tamen diligenter, ne euaporet.

Aqua vitae mirae confortans, &c. dissolvens ac coagulans ferrum & cætera metalla, &c. Rx nucis moschatæ, galangæ, cardamomi, granorum paradisi, cubebarum, macis, zingiberis,

## EVONYMI

cinnamomi, omnia puluerisentur, & cum vi-  
no albo fortissimo commisceantur, contun-  
dantur omnia simul ad pulticulæ consisten-  
tiæ, ac postea lento igne destillentur, & ex-  
trahes aquā claram & puram. Huic aquæ si  
comisceas oleum, oleum descendet: si comi-  
sceas camphoram, tum habebit omnes vir-  
tutes quas habet camphora. Quod si hæc cā-  
phorata aqua, commisceatur cum aqua com-  
muni, eam constringet ut lac, & si coletur per  
pannum, remanebit ista aqua coagulata, ex  
qua deinceps poteris facere candelam, & ar-  
debit instar elychnij. Aqua ista prodest in fri-  
gidis corporis ægritudinibus, coquit enim,  
conseruat carnes à putrefactione, conserna-  
tum lætitificat, virtutes omnium herbarum ad  
se trahit: pota rumpit apostemata: coagulat  
& constringit mercurium: ab oculis aufert  
lachrymas, rubedinem, & calorem, iuuat &  
spleneticos. Vulnera à putredine conseruat,  
medetur fistulæ & cancro, emendat causas  
frigidas & paralysim, auget & acuit intelle-  
ctum: memoriam iuuat, si tempora ea vngan-  
tur. Hominem facit hilarem & iucundum,  
conseruat iuuentutem & sanitatem, tollit oris  
fætem & gingiuarum. Ex nouo, facit vi-  
num vetus. contra venenum munit hominem,  
aufert dolorem, & surditatem aurium. Potæ  
guttæ singulæ in vini optimi & albi cyatho,  
memoriam conseruant mirabiliter, si id fiat  
cum iturus es cubitum. Tempora ea quater  
in ser-

in septimana vñcta, tempore hyemali, memo  
riam conseruat.

Aqua vitæ pro quodam nobili, recipe spe-  
cierum diambræ 3 j. dianthes 3 s. radicum  
pyrethri 3 ij. piperis longi 3 vj. anacardi 3 j. s.  
xyloaloës 3 j. trita infundantur in aqua vitæ  
ex vino maluatico destillatæ septies 3 viii.  
stent in infusione per dies octo bene occlusa.  
Postea destillentur per balneum.

Aqua vitæ ad tertianas, Theophrasti, Rx  
aqua vitæ pro denario, albumen vnius oui,  
conquassentur simul optimè, vt redigantur  
ad puliculæ formam, dato ante paroxysmū,  
per horam vnam aut alteram, adde aliquid  
croci, &c.

Aqua aurea, valens in apoplexia, epilepsia  
& ægritudinibus nervorum. Rx foliorum &  
florum saluiæ, 3 ij. nucis moschatæ, caryo-  
phyllum, zingiberis, cinnamomi, granorū  
paradisi ana 3 j. castorei 3 j. corticis citri 3 iiij.  
spicæ nardi 3 j. olei laurini 3 j. contundantur  
omnia benè & ponantur in mensuram vnā  
vini albi optimi, & sigilla benè in bocia clau-  
sa, quæ dimittatur quatuor diebus in putre-  
factione, postea destilla lento igne.

Aqua alia priori non dissimilis, faciens iu-  
uenescere. Rx foliorum & florum saluiæ elea-  
torum, quant. iij. zingiberis, caryophyllorū,  
nucis moschatæ, granorum paradisi ana 3 s.  
omnia subtilissimè pulverisata, pone in men-  
suras duas vini fortissimi, in bocia benè clau-

## EVONYMI

sa diebus quatuordecim, postea apponitur alembico, & destillatur lento igne secundum artem, aquam serua in vitro clauso. Valet ad apostemata intrinseca frigida, potata cum appropriata aqua, statim rumpit. Valet & ad tensiones oculorum clarificando & deponendo, ac cuit visum, & ophthalmiam frigidam sanat, cum penna parum immissa, oculos valde clarificat. Valet etiam ab extra & intra, accepta & potata, valet etiam contra contusiones & percussionses. Podagram & dolorem extremitatum curat. Vnctione facta cum ea, contra dolorem capitis, contra apoplexiā & catarrhum, & omnem cerebri frigiditatē, valet contra hydropisim potata, cōfert stomacho, valet contra tussim cum aqua appropriata. Credo ego quod iuuentutem conseruat, si omni die parū de ea accipiatur. Valet etiam contra scabiem omnē, cum ea linita, & contra morsum canis rabidi: contra eius maniam, ponatur supra morsum, & detur ad potandum.

Aqua vitæ secundum Aristotelem. Rx cinnamomi, zingiberis, caryophyllorum, nucis moschatæ, piperis longi ana 3 s. dactylorum 3 s. cubebarum, granorum paradisi, macis, amygdal. galangæ ana 3 s. saluiæ 3 xij. terantur, post imbibantur in maluatico, in curbita diebus octo, post destillētur igne lento secundum artem.

Aqua vitæ alia, Rx radicis cum herba ebori nigri præparati (an in malo cotoneo)

3 iiiij.

3 iiiij. florum citranguli, florum stœchados,  
citrini, florum prassij ana M. iiiij. & est pro pri-  
ma destillatione. Pro secunda destillatione,  
Et rhabarbari electi 3 s. vel 3 j. florum bor-  
raginis, buglossæ ana M. vij. passarum vuarū  
tib. s. auriculæ muris, florum primulæ veris,  
herbæ ellebori nigri præparatæ ana M. ij. flo-  
rum citri vel melissæ M. vij. angelicæ flo-  
rum aut foliorum M. ij. florum origani M.  
vij. liquiritiæ rasæ tib. s. destillentur. Item,  
recipe vini rectificati ad ultimum, mensuras  
quatuor, funde super prunas species, & stent  
per dies octo, omni die mouendo bis vel ter,  
destillatio fiat lento igne, ita fiat secundo &  
tertio. Post mellis electi despumati, olei oli-  
uarum ana mensuram semis, ponantur cum  
vino sic destillato, & destillentur simul len-  
tissimo igne: tunc tollit fœtorem vino & dul-  
cescit vinum, & tollit fœtorem herbatum &  
ardorem. Si vis melius habere, impleatur vi-  
num floribus stœchados citring, & iterū len-  
tissimo igne destilla. Post recipe istius aquæ  
vitæ mens. ij. sacchari albi tib. j. & sic correctū  
puluerisetur subtilissime & imponatur pru-  
nis, semper agitando, quo usq; saccharum to-  
tum dissoluatur in eo, & fieri 29. diebus. Post  
Et cinnamomi optimi tib. j. puluerisetur sub-  
tiliter, & impone per octo dies vel ultra, om-  
ni die agitādo semel vel bis, postea coletur &  
exprimatur fortiter per torcular. Si placet, p  
maiori aromatisation adde mosci, ambre ad

## EVONYMI

placitum. Est mirabilis efficaciae in defectu cordis, miscendo cum electuarijs & medicinis cordialibus, sicut scis.

Aqua vitae aromatica, seruiens omnibus stomachi morbis frigidis, ex Capric. Leonh. Fierauanti lib. 2. cap. 56. Et nucis moschatæ, earyophyllorum, galangæ, cardamomi, cuæ bebarum, macis, cinnamomi, zingiberis, croci, thuris, ana 3 j. pistentur grosso modo, & misceantur: ponantur hæc omnia in bociam quam optimè perlutatam, quibus commisce aquæ vitæ finissimæ, ℥. vij. stent simul diebus octo, destillentur postea per cineres cum suo capitello & recipiente, & destillabit aqua rufa. Curat, ut dictum est, stomachum, & vulnera sine dolore quoq; sanat, memoriam iuvat, tussim emendat, tristitiam pellit, &c.

Aqua vitae mirabilis in apoplexia & epilepsia, valet sumpta mane & sero, melius tandem si mane accipiatur. In sero accipiuntur tres vel quatuor guttæ cum mica panis, confortat cor & etiam cerebrum, & omnes vires cerebri & corporis. Exiccat omnes humiditates præter naturales, & alias quoque superfluitates, siue sint ex causa calida siue frigida; conseruat calorem naturalem in suo tempore. Infra triginta annos existentes non frequenter ea vtantur, nisi multum sint agrauati multis humiditatibus frigidis: senibus autem & frigidis valde competit. Virtus huius aquæ, nō potest satis exprimi, valet ab extra

extra & intra. Contra pestem accepta cum theriaca eadem die. Inuncta ad nares valde confortat. Et est summa medicina contra apoplexiā & epilepsiam: est mater omnium medicinarum, confortat matricem, & uterum omni tempore: si superfluit, restringit, & similiter prouocat.

**R**eg saluiæ ℥. f. absinthij 3 ij. florum origani 3 vj. betonicæ 3 f. rorismarini 3 f. maioranæ 3 j. pulegij 3 ij. rosarum 3 j. f. hyssopi 3 ij. satureiæ 3 ij. petroselini 3 j. f. radicis petroselinæ 3 j. polypodij. pimpinellæ, ana 3 ij. lauen dulæ 3 j. tormentillæ 3 f. bistortæ 3 vj. valerianæ 3 ij. astrantiaæ 3 j. vel f. radicis benedictæ 3 j. rutæ 3 vj. baccarum iuniperi 3 j. zingiberis 3 j. f. nucis moschatæ, maeis ana 3 f. caryophyllorum 3 vj. cinnamomi 3 vj. cubebarum, cardamomi ana 3 ij. galangæ 3 f. granorum paradisi 3 j. piperis longi, nigri an. 3 ij. croci 3 j. calami aromatici 3 f. zedoariæ, corticis baccharū lauri ana 3 ij. foliorū lauri 3 f. coriandri 3 f. anisi, liquiritiæ ana 3 j. f. theriace 3 ij. man<sup>o</sup> Christi, sacchari candi ana 3 f. cimini, carui, diptamni ana 3 ij. rhabarbari 3 j. nigellæ, cort. pomii arantij ana 3 f. conseruæ rosarum 3 j. psydriæ 3 ij. vel iiij. mellis ℥. f. ultimo impo- nendo musci 3 vnius partem decimam sextā, ambræ gryseæ toridem, camphoræ 3 f. sacchari albi 3 j. vini sublimati quinquies de vi- no, & non de faecibus mensuras tres. Radices & herbæ grosso modo contusæ imponantur

c

## EVONYMI

in cantharo bene clauso tribus diebus: quarto die sublimetur totum. Postea species contritæ imponantur non cribellatæ, & stent decem diebus in cantharo bene clauso, omni die, aut saltem altera moueantur. Deinceps totum sublimetur in vitro stricti colli, cum recipiente clauso, & cum extillarit album, vel fætens, tunc satis est. Et tum impone hæc quatuor, muscum, ambram, camphoram, & saccharum contusum, alia tria non contusa, stent simul tribus vel quatuor diebus, omni die mouendo semel vel bis cum lignea spatula à fundo: tunc iterum stent tribus vel quatuor diebus, donec resideant, tandem quod clarum est, effunde, colando per syndonem in vitrum. Ultimo verò cum turbatur, rursus commisce, & iterum resideat, tunc iterum colla, sicut prius, & ita continua, donec quod clarum est, totum habeas, quæ omnia simul misce seruando in vase stanneo, quoniam vitrum destruet, & seruetur in loco non calido, & virtus eius durat duobus vel tribus annis, aut etiam ultra. Vbi ea vti volueris, accipe seorsim aliquantulum eius, reliquum iterum claudendo. Reliquias poteris exiccare in umbra super panno, & tunc totum impone duabus mensuris vini clari & boni, decem diebus in cantharo obstructo, postea destilla, & sublimatum serua in vase obstructo, & erit aqua nobilis, licet non ita vigorosa, sicut prima,

ma, valet enim vngendo exterius vel in paniculo superposita, in multis infirmitatibus. Primo debet fieri ignis fortis ex carbonibus donec calefiat ita, ut digito admoto sustineat re valeas superius, tunc igni subtrahatur, & sic pergas lento igne, ut si attingas, sustinere valeas, ne ignis sit neque nimis latus, neque fortis nimis, ne materia exicetur in olla. Notabis etiam, saepe digito degustandam guttam, sic senties enim, quando facultas eius minuatur, vel odor mutetur in foetidum: si enim ita, tunc muta recipientem, ut supra est dictum.

Vinum sublimatum D. Ambrosij Lung, pro nobili, recipe interioris cinnamomi 3  
ij. zingiberis, caryophyllorum ana 3 j. sandali rub 3 ij. macis, nucis moscatæ, piperis nigri, galangæ, cubebarum, cardamomi, anisi, fœniculi, coriandri præparati, specietum aromatici rosati, diambræ, dianthos, majoranæ, basilici, florum lauendulæ, anthos, spicæ nardi ana 3 l. Tene omnia grosso modo, & adde rosarum rubrarum M. ij. l. vini maluatici ℥. iiiij. vel ij. sublimati ℥. xj. vel vj. aquæ rosatæ muschatæ ℥. j. l. aquæ caryophyllorum, cinnamomi (scilicet aquæ) ana 3 ij. sacchari candi triti ℥. iiiij. Stent omnia in infusione per dies quatuor. Postea fiat omnium secundum artem decoctionio, & clarificetur modo solito.

## EVONYMI

Aqua vitæ, magnum secretum magistri  
Eduardi, Rx cinnamomi, caryophyllorum,  
nucis moschatæ, zingiberis, zedoariæ, galan-  
gæ, piperis longi & nigri, granorum iuniperi,  
corticis citri, corticum arantiorum, bac-  
carum lauri, foliorum salviæ, basilicæ, roris,  
marini, macis, spicæ nardi, ligni aloës, cube-  
barum, cardamomi, calami aromatici, stœca-  
dos Arab. chamæpityos, myrræ, mastiches,  
olibani, semin. foliorum anethi, semin. arte-  
misiae ana 3 j. sicuum siccatur, vuarum pa-  
sarum, pulpæ dactylorum, amygdalarū dul-  
cium, pinearum ana 3 j. s. mellis albi & puri  
3 vj. zuccari albissimi duri & optimi, ad pon-  
dus omnium prædictorum. Trita mixtaque  
destilla per alembicum vitreum ad minus  
quinquies.

Aqua vitæ ad arthriticos & contractos, re-  
cipere caryophyllorum, macis, ana 3 iii. grano-  
cum paradisi 3 ii. piperis longi 3 ii. nucis mo-  
schatæ, zingiberis, lauendulæ, basilici, hyssop-  
i, balsamitæ ana 3 j. galangæ, anthos, salviæ  
ana 3 l. xyloaloës 3 ii. musci fini 3 l. Trita o-  
mnia infundantur in ℥. iiiij. aquæ vitæ ex  
vino maluatico destillata, per dies 14. post de-  
stillentur in balneo.

Aqua ad multos morbos difficillimos.  
Aqua sanans cancrum, gangrenam, fistulam,  
sinus, morbum attonitum, morbum comi-  
tiale, impetiginem, serpiginem, morbum  
articularem, podagram, omnemq; neruorum  
dolo-

dolorem, siue à causa prodierit calida, siue frigida, cuius modus est talis. Aquæ ardenter electæ ℥. x. aut xv. iuæ M.j. sagapeni ʒ s. cubebarum ʒ j. s. xyloaloës ʒ ij. myrrhæ electæ ʒ s. aloës hepatici ʒ s. aristolochiæ, ammoniaci, opopanaxis, ladani electi, sing. ʒ s. sarcocollæ ʒ s. thuris ʒ iiiij. mastiches ʒ s. gummi Arabici tantundem, santalorum rubr. ʒ ij. spicæ nardi ʒ j. galangæ ʒ s. croci ʒ ij. mūmijæ ʒ s. gummi helemi ʒ iiiij. galbani ʒ s. styracis, caryophyllorum, vtriusque ʒ j. nucis moschatæ ʒ s. cinnamomi electi ʒ s. granorum paradisi seu amomi ʒ s. resinæ liquidæ ℥. v. terebinthinæ ℥. iiij. sanguinis draconis, castorei, vtriusque ʒ s. ex eis stillatitio vtior liquore, Fumanellus.

Aqua conseruandæ iuuentutis, Magistri Leonhardi Fierauant, Capric. lib. 2. cap. 22. Rx ligni aloës, caryophyllorum, zingiberis, galangæ, cinnamomi, macis, nucis moschatæ, piperis longi, calami aromatici, cubebarum, rhabarbari, granorum paradisi, cardamomi ana ʒ ij. roris marini, chelidoniæ, mercurialis, cardui sancti, imperatoris, diptamni albi ana ʒ j. omnia ista infundantur in ℥. vij. aquæ vitæ optimæ, diebus octo, postea destillentur in balneo. Aquæ sic destillatae, adde pro qualibet libra aquæ, sacchari fini, aqua rosacea dissoluti, ʒ ij. & musci gr. viij. pro qualibet libra, & seruato in vitro diligenter clauso. Huius sumuntur quolibet die ad iuuentutis

## E V O N Y M I

conseruationem 3 iiij. digestionem enim adiuuat, calorem naturalem suscitat & auget, stomachum confortat. Humidas & frigidas materias consumit.

Aqua non ignobilis, multa prestantis commoda. Ad arthriticos, morbosue articulares, destillationem à capite, iuuentutem conservas, vires, ingenium & memoriam præstat, arteriarum spiritus vivificat & puriores reddit. Aquæ ardoris, ter vel quater destillatae ℥. iiiij. florum rorismarini ℥. i. summitatum frondium eiusdem ℥. f. per diem simul macerata colliquato in duplice vase, cū recipiente proceriori, parte eius tamen inferiori in frigida existente. Nominamus autem sic, ait Gal. quum in cacabo, qui aquam calidam habeat, vas alterum consistit. Sumitoque aquæ huius per alembicum destillatae ℥. f. nucis moschatæ, galangæ, caryophyllorum, cardamomi, maceris, cubebarum sing. 3 iiiij. ambari albi 3 j. f. ligni aloës tantundem, castorei, spicæ nardi, utriusque 3 ij. leuigato quodlibet singulatim, & omnia simul componito, donec aliquod nanciscantur concrementum, & denuo simul destillato. Usus ex triticeo pane, cum vncia prædictæ aquæ, quod supereft bendo. Valet nanque ut balsamum, Fumanellus, puto.

D E S V C C I S S I V E S V C C O R V M  
extractionibus, rerum simplicium, &  
compositarum.

Succus,

**S**VCCUS, qui Græcis propriè ψύλος, & eius operatio ψύλωσις dicitur, est, qui è rebus simplicibus vel compositis contusis, aut incisis, aut maceratis exprimitur. Exprimuntur autem aliâs succi, vel ex herbarum folijs & germinibus per se tritis, viridibus scilicet & succulentis: vel ex fructibus, veluti ex tua immatura, malis punicis, sorbis, mespilis, prunellis sylvestribus, cydonijs, limonibus, &c. vel ex herbis paucò humores, eoq; lento præditis, ut hedera, portulaca, cotylidone, semper viuo, &c. ex quibus nō simpliciter succus haberi potest, sed affusa aqua, aut alio liquore, illarū facultatibus simili, opus habent contritione aut expressione, ut expressæ vna cum ipso humore, vis simplicis herbæ extrahatur: aut si tusæ calatho imponantur loco frigido, ut paulatim succus, in subiectū catinum defluat. De his & similibus succorū extractionibus, quæ in officinis, in vase angusti orificij, super fuso oleo, digiti crassitudine, aut sale insperso, sicut de omphacio constat, ad usum medicum, asseruantur & reponuntur, nihil in præsentiarum dicemus, quemadmodum neque de alijs quibusdam, que in sole, assidue mouendo, exiccantur & inspissantur, ut in umbra, ut acatiae succus: in clybano vel furno, aut alio loco calido, sicco inclusi atq; suspensi. Dicemus tantum de iis succis, quæ ex radicibus & herbis siccioribus, aut paucò admodum humore præditis, aliquot diebus in

## EVONYMI

aqua aut alio quo piam liquore maceratis, pœstea per balnetum Mariæ destillatur; vt aquæ humiditate separata, ipsa rei infusæ substantia, pura & syncera relinquatur aliquantum crassior: aut citra destillationem, coctione tantu in vaporem humore extraneo conuerso, substantia rei infusæ incrassescat, collata prius, aut per filtrum destillata tota aqua, &c. Et usus quidem huius extractionis est, quod pauca quantitate assumpti succi, magna in corpore nostro præster commoda. Etenim ubi de medicamentis in tota substantia dari solet, 3 j. extracti succi sufficit 3 j. in quo certè egrotis multum gratificari potest, præcipue cum pleriq; ab assumptione medicamentorum plurimum abhorrente soleant.

Est autem hoc notandum in extractionibus. Si spiritus non fuerit satis purus, aut diligenter separatus, ita ut aliquid terrestreitatis adhuc contineat, virtutem seu facultatem rei extrahendę huic terrestreitati permisceri, simulq; ascendere, & euaporare. Spiritus vero syncerus hoc minimè facit, sed è re extra-henda descendit sine ullo odore aut sapore, ideoq; facilè spiritus per balneum Mariæ separatur, cuius calor non excedat gradum caloris qui est in vrina hominis. Oportet quin etiam aqua, qua sit ablutio, valde subtilis sit, & quæ atque vini spiritus, ne mala qualitas aquæ simul ascendat. Proba vero aquæ est, si sine sapore aut odore fuerit.

Ex-

*Extractiones herbarum & aliorum reme  
diorum cum aqua ardente, perfectè in bal-  
neo Mariæ destillata, &c. ut ex rhabarba-  
ro, agarico, elleboro, & guaiaco secundum  
Theophrastum.*

**A**rtificiosæ rerum simplicium extractio-  
nes fiunt ad hunc modum. Primo su-  
mo aquam vitæ optimam, vbi spiritu vini  
careo, quæ ad extrahendam herbarum facul-  
tatem est satis efficax. Accipe igitur saluiam,  
vel aliud quocunque simplex, è quo suc-  
cum extrahere proposueris, exponatur aéri  
sicco, versus Septentrionem præcipue: vbi  
paululum exiccata fuerit, incidatur minus-  
tim & in vitrum, cuius orificium satis sit am-  
plum, hoc est, duorum digitorum amplitu-  
dinem habens, vt inde vbi voles, quod im-  
positum fuerit, rursus extrahere commode va-  
leas ponito, eidemq; affunde aquam vitæ vel  
vini spiritum, vt ad minimum per latum die-  
gitum herbam impositam cooperiat. Po-  
stea cooperi vas diligenter hoc modo. Fiat  
pasta, qua superius orificium per latum digi-  
tum circum circa obliniatur, cui chartam pu-  
ram super imponas, sicque obstruas, vt po-  
stea tantum circa ampullæ os lateribus adhg-  
reat. Imposita hac charta, rursus pasta char-  
tæ, circa locum, vt prius, obducatur, ac rur-  
sus alia noua charta eidem adaptetur. Tan-  
dem ac tertio & circum circa, & supra, vnde-

## E V O N Y M I

quaquæ pasta inunge, & tertiam chartam,  
quæ vndiquaq; adherere debet agglutinetur,  
vt etiam ipsum orificiū pasta & charta, ope-  
riatur. Demum cera totum cooperito, quan-  
quam hoc non ita sit necessarium. His sic ritè  
peractis, collocetur vas spacio triū aut du-  
orum dierum in loco calido : pro vt herba  
imposita fuerit crassioris aut tenuioris sub-  
stantiæ, ita & breuiori aut longiori tempore  
erit maceranda. Post elapsos hos dies, spiritū  
in aliud vas effundas, rursusq; cooperias: her-  
bas autem relictas exprime per pannum li-  
neum, quam potes arctissimè, & post expres-  
sionem, abiice. Tunc rursus alias eiusdem  
generis herbas recentes, & vt prius præpara-  
tas, in eundem spiritum infunde, macera, &  
exprime, idq; est ter, quaterue ita reiterandū,  
pro vt extractionē validam aut debilē volue-  
ris. Quod si vero res, ex qua succus fuerit ex-  
trahendus, fuerit magni precij, vt est rhabar-  
barum, lignū aloës, non semel ei est affunden-  
da aqua vitæ, sed sæpe ac sæpius, vt penitus  
quicquid inerit spiritus aut facultatis, in a-  
quam deponatur. Posteaquam igitur vini  
spiritus, facultate herbarum abundauerit, ita  
vt quasi proprium iam amiserit saporem aut  
odorem, tum exprime herbas, & quod ex-  
pressum fuerit, per filtrum diligenter & sub-  
tiliter exprimetur, & utere ubi opus fuerit.  
Aut facile erit spiritum vini à facultate her-  
barum per destillationem in balneo Mariæ  
separa-

separate, extrahendo vel medietatem vel omnino, vsq; quo ad extremā peruererit aquositatem, aut quousque incrassescat ut salsa, aut succus concretus, qui puluerisari possit, pro ut tuo usui seruierit. Nam ubi multa humiditas, in extractione fuerit, post vini separationem, indicium est spiritum vini non usque adeo syncerum fuisse. Ubi vero vini spiritus satis potens fuerit, & in fine destillationis nulla aquositas sequatur, accipe eiusdem simplicis, aquam destillatam, & affunde extractioni, & commisce diligenter cum penna, ut spiritus adhuc in materia relicta, cum aqua affusa commisceatur, tum rursus per alembicum aquam affusam extrahe, idque potes reiterare, dum nulli spiritus vini in extractione sentiantur, id quod sic cognosci aut probari potest. Ubi nulla vinosa permixtio spiritus una cum aqua elambicatur, sed pura tantum aqua, tum satis esse, intelligas.

Cæterum consulo & ex usu etiam est, ut extractioni seu substantiæ herbarum, propria aqua affundatur, seorsim prius destillata, quemadmodum supra in extractione saluiae monui. Eodem planè modo auferri vini spiritus possunt, affusa scilicet aqua saluiae destillata in fine, & probè permixta, rursusque separata. Et talis extractione est eximia, & conseruatur in multos annos.

## E V O N Y M I

Ratio qua herbæ cuiuslibet succus haberi potest. In aqua herbæ alicuius destillata, impone sicciam herbam puluerisatam, in infusione calida feruente, nec tamē coque. Deinde cola, in colatura deinde impone denuo herbam sicciam puluerisatam eiusdem generis, & infundatur, coletur, hoc sāpius repeatatur, tandem destilla in balneo Mariæ, pars tenuior dissoluatur in vaporem, quod residbit in fundo erit mellis consistentia & herbæ succus: & in recipiente aqua herbæ. Vel:

Herbæ cuius liquorem destillatus es, succum exprime, & expressionis reliquijs vna cum succo, destillatis liquor erit efficior & limpidior, ut audio, Gesnerus.

Modus pulcherimus, nec ita multum operosus, quo cuiuscunque simplicis, siue herbæ siue radicis, vera substantia, siue quinta essentia atque etiam aqua facile extrahi potest: Aptus erit hic modus, etiam fructibus diversis, expressis scilicet succis & depuratis.

Accipias radicem aut herbam optimo tempore collectam, & in umbra siccata aut aere, eamque in vase mundo, affusa propria aqua per destillationem aliâs extracta, macea tandiū, quo ad aqua colorem rei infusæ acceperit, tum separa aquam in vas aliud seorsim, & serua obturatum. Radici autem aut herbæ aliam aquam destillatam affunde, & rursus cooperta stent, ad aquæ coloris mutationem, tum ut prius aquam separa, & cum priore

priore commisce, hoc est repetendum, donec aqua non amplius coloretur, & radix vel herba, nihil virium amplius obtineat. Quo factio, coaceruatas aquas in cucurbita, in balneo Mariæ, cum suo capitello & recipiente destilla, ut ascendat aqua omnis, & materia in cucurbita, incrassata sit ut pasta, aut puplicula. Quod ubi acciderit, materiam relictam crassiusculam è cucurbitæ fundo extrahe, & ubi in peluum aut vasculum mundum posueris, lentissimo calori admoueas, ut iuxta fornacem, aut intra cineres calidos, ut paulatim aliquot diebus superflua humiditas evaporet, & materia ipsa electuarij consistentiam acquirat, aut mellis etiam, tum demum habebis optimam & pretiosissimam rei extractæ substantiam, seu quintam essentiā, cum qua paucissima etiam quantitate, plus efficiens, quam magnis radicum aut herbarum aceruis. Seruetur in vase argenteo, aut stanneo obturato, quod quo fuerit vetustior, eo etiam erit melior. Et nota ulterius, quod aqua per destillationem extracta, non minus vallet, quam aliæ aquæ herbarum aut radicum destillatae.

Modus extractionum alius. R<sup>e</sup> radicem aliquam siccām, ut radicem petasitis, ea ad puluerem subtilem redigatur, & in cucurbita ponatur, vinum affundendo adsufficiētiā, cucurbita perlutata in balneo Mariæ ponatur, & extrahatur vinum. Vbi huīus

## EVONYMI

vini cyathum mediocrem plenum extraxes, ignis paulatim extinguitur, & ubi materia quæ in cucurbita est, refrigerata fuerit, affunde eam quam extraxisti aquam aut vinum, ac rursus in balneo destilla, idq; facito tribus vicibus, si libuerit, aut amplius, usq; quo omnis facultas per decoctionem in vinum fuerit deposita: Hoc facto manibus exprimitur lente, & expressum serua. Hoc est instar auri pretiosum. Vbi voles, in vitro soli exponentur, ut euaporet vinum, & sola oleositas in fundo relinquatur.

Extractionis modus alius, haud inelegas, incerti. Accipe quintam essentiam tuam, cui per horas 14. infunde rem tuam simplicem aut compositam, crassiusculè puluerisatam, maneat in infusione in loco frigido non calido: tunc quinta essentia tua attrahit ad se spiritum rei tuæ fixum, & assimilat, & cum videris quintam essentiam ex re infusa coloratam, tunc separa eam artificiose per instrumentum, & repone in vitrum, cera firmiter obductum.

Recipe iterum quintam essentiam tuam simplicem, & superfunde iterum rei tuæ prius infusæ ( quæ separata nunc est, per instrumentum ) maneat rursus in infusione, per horas viginti quatuor, in loco frigido, tandem denuo coloratam separa iterum per instrumentum à re infusa ( ut scis ) separatam

ram autem priori quintæ essentiæ coloratæ, adde.

Totius rei tuæ infusæ essentiam simplificem superfunde, & separa, donec à re tua infusa colorari nequeat amplius.

Accipe quintam essentiam tuam collectam, impone cucurbitæ longiore collo predictæ, cui superpone alembicum suum, perluteretur secundum artem, repone in balneum Mariæ, deinde destilla lento igne quintam essentiam, donec in fundo cucurbitæ videris mammillas consistentiam referentem, & habebis in fundo rei tuæ infusæ spiritum fixum permanentem, quem collige artificiosè in argenteum vasculum.

Modus extrahendi succos ex herbis, pulcherrimus & utilissimus. Accipe saluiam viridem & extrahe ex ea per destillationem aquam: aut sumatur salvia siccata, cui assundatur aqua, à qua pars subtilior separata sit, crassior vero salvia affusa, maceretur aliquot diebus, postea destilletur. In aqua hac destillata maceretur rursus salvia exiccata, ita ut aqua duobus vel tribus digitis saluiam cooperiat, stent bene obstructa in cantharo, ne vel minimum respirare possit, in aqua temperatè calida. Postea exprimatur salvia, & denio salvia itidem exiccata in hac aqua maceretur ut prius, idque fiat ter quaterue. Quo facto separetur aqua, quæ ad aliam extractionem servire potest, aut ad alios usus.

## EVONYMI

Quod vero extractum est, in fisticili euaporet  
in fornace aut alio loco calido, quo ad redi-  
gatur ad consistentiam, quae operanti placeat.

Vbi volueris substantiam veram e rhabar-  
baro, elleboro, agarico, fraxini ligno, & alijs  
eius generis simplicibus, extrahere, tum pro-  
cede, ut iam supra dictum est. Primo super  
affunde spiritum, sicq; relinque quousq; plus  
satis coloretur, tum effunde, cola, & spiritum  
paulatim in balneo separa: eundemq; rursus  
rhabarbaro priori affundito, & aliquandiu  
in infusione relinquito in loco calido, quo  
usque calorem acquirat, tum cola, & rursus  
in balneo separa per destillationem: id autem  
tantisper est repetendum, quo ad spiritus a  
rhabarbaro non coloretur amplius. Id tum  
exprime fortiter, & per filtrum destilla, ha-  
bet enim nescio quid tenacitatis aut lentoris  
a rhabarbaro, quae in extractione est ini-  
lis, & simul multæ vtile parts fluunt, quæ  
non sunt negligendæ, ideoque ad hunc mo-  
dum destillare oportet, per filtrum.

Per rostrum seu nasum alembici, filo tra-  
he filtrum digitæ vnius latitudine, quoad  
præ nasi angustia, filtrum amplius non se-  
quatur, cauendo tamen ne nimia violentia  
dissiliat vitrum: quo factò impone spiritum  
filtrandum in alembicum obstructum char-  
ta humectata. Spiritum per filtrum destilla-  
tum extractioni, quæ prius erat separata, rur-  
sus in vitro affunde (multum enim vitro ad-  
hæret,

hæret, ideoq; in primum vitrum, cui spiritus erat infusus, omnes spiritus rhabarbari percolandi sunt & ad separationem infundendi) non curando, quod extractio vna, iam prius in vitro reperiatur, omnes enim extractiones necessario coniungendæ sunt, & ad extremum aquæ destillatæ permiscendæ, & rursus separandæ, quo ad aqua limpida extrahatur. Potest vero extractio fieri vel in sicco vel in humido, pro ut cuiq; placuerit.

E ligno fraxini non magno labore extractio fit, nam semel superaffunditur, & diebus quatuor maceratur lignum, post effunditur liquor, & aliud lignum recens imponitur ut prius, idq; faciendum bis terue, pro ut magnam aut paruam extractionis copiam requiris, postea per filtrū mundificatur liquor, separatur verò per destillationem.

Extractio turbith, agarici aut alterius medicamenti cathartici. Ex catharticorum aliquid, ut turbith, vel agaricum, vel aliud cum suo correctiō, puluerisetur sic, impone in sacculum ex albo serico, & pone vitrumque sacculum in alembici partem eam, quæ concretos vapores per nasum emitit: in fundum vero cucurbitæ infunde aquam vitæ restificatam, quæ nihil phlegmatis porrò in se contineat, quam destilla per ea, quæ sacculis inclusa in alembico posita sunt, atq; ita extrahitur omnis facultas. Quo facto, bociam diligenter laua, ac rursus aquam extractam

d

## EVONYMI

in bociam infunde, in cuius orificiu[m] spongiā ponas, & apposito alembico, aquā vitę destil lato per spongiam, & in fundo materia quēdam relinquetur spissa instar mellis, quæ est vera substantia, & rei maceratæ extractio.

De agarico, turbith, colocynthide, rhabar baro, berberi, sumach, balaustio, & alijs vel laxatiuis, vel restrictiuis, vel odoriferis. **E** agarici (vel cuiusvis medicamenti) tere vt decet. Pone in vas vitreum in balneo, super infunde aquam ardente, sigilla, sine per diem naturalem, vt dissoluatur, tum extrahe colan do per pannum lineum sine expressione. Po stea iterum pone in vas tantundem aquæ, vt prius, & circuletur in balneo horis 24. tum cola. Has colaturas pone in vas amplum ad extrahendum cum suo capello & recipiente, ( si voles, aquā reseruaro quæ ad alia tibi ser uiet: ) & cum fuerit ad spissitudinem mellis vel opiate, extrahe, fac trochiscos, & ijs utere.

Rhabarbari extractio, **E** rhabarbari ele gatis iiiij. puluerisa & infunde in aquas appro priatas, stet infusum per diem & nocte, deinde fortiter exprime. Illam expressionem ad iecto saccharo candi, quantum videbitur, le uiter in arena exhalando, exicca, ad crassi tiem electuarij.

Aut sic. Infusio rhabarbari commodissime fit in succis borraginis & buglossi. Post infusionem in vase dupli per integrum diem decoquatur ad tertiae partis consum ptionem,

ptionem, tum exprimatur. Expressus succus ad iustum consistentiam decoquatur mixtus cum saccharo candi. Sic in plurimos annos conseruari potest. Feces post expressionem non abijciantur. Magnus enim usus istarum in astringendo ventre, praesertim in dysenteria. Ipse vero succus suauissime lubricat ventrem, etiam in infantibus citra noxam.

Rhabarbari extractio, quā à Medico quodam accepit Gesnerus: Rhabarbarū eodem modo infundi posset, quo elleboti nigri radices, ut infra dicetur: sed in aqua cinnamomi, & cum syrupo rosato solutio fieri debet: succus de rhabarbaro.

Agaricus in affectibus capitis & catarrho, melius facit, si cum infusione & decoctione preparetur, quā si extrahatur, & egrē etiā extracti potest. Si ramen omnino succū extraheret velis, facias hoc cū oleo anisi in aqua fontana, vel aqua anisi, cui oleum ablatum sit.

Extractio ellebori nigri medici Cæsarei. Infundantur cortices radicis ellebori nigri exempla medulla, in aqua anisi, de qua oleū separatum sit, & stet in infusione per horas viginti quatuor, vel quandiu libuerit, deinde bulliant simul, quousq; extent radices, ad aquæ scilicet ferè cōsumptionem, coletur postea cum forti expressione. Ultimo decoquatur expressum, cum syrupo rosato solutio ad sufficiētē spissitudinem, reponatur in vaculo terreo inuitreato, & vtere. Dosis est 3 j.

## E V O N Y M I

vel scrupulum s. f. purgat sine molestia humorem melancholicum. Valde haec infusio D. Montano placuit, quia dicebat hippocratem semper in exhibitione ellebori nigri, sumere quoq; anisum, ut pote proprium ciuius correctiuum.

Extractio alia Ellebori, Hieronymi He-  
rold. Rx succi buglossi, borraginis ana ℥. ii.  
depurentur colenturq; ut purifcentur, adde  
his radicis fœniculi, cichorij, asparagi, petro-  
selini ana ʒ iiiij. fructuum sebesten, iuubaru-  
ana ʒ ij. seminum frigidorum minorum ana  
ʒ ℥ decoquantur in aqua ℥. xvij. ad tertias,  
colaturæ adde succos suprascriptos, bulliant  
ad ignem parum: permisce postea rad. ellebo-  
ri nigri veri ℥. iiiij. coque donec radices emi-  
neant, fiat tandem colatura omnium, & deco-  
quantur lento igne ad mellis spissitudinem.

Extractio solutiua, D. D. Magenbuch. Rx  
colocynthidis ʒ vj. Ʒ iiij. agarici ʒ ℥. rhabarbari  
ʒ iiij. cinnamomi electi Ʒ iiiij. azari, spicæ nar-  
di, rosarum rubearum, masticis, ligni aloës  
ana ʒ j. storacis liquidæ Ʒ iiiij. vini maluatici  
mensuram vnam, fiat infusio, & extractio,  
vel destillatio sicut quintæ essentiæ.

Extractio solutiua alia eiusdem Doctoris,  
cuius dosis est à Ʒ ad ʒ ℥. viro à ʒ ℥. ad Ʒ iiij. vel  
ʒ j. Rx pulpæ colocynthidos ʒ vj. & Ʒ iiij. tur-  
peti albi & gummosi ʒ x. stœchados Arabicæ  
ʒ ℥. diagridij ʒ iiiij. (alias ʒ vj.) agarici albi ʒ ℥.  
rhabarbari electi ʒ iiiij. cinnamomi interioris

Ʒ v.

¶ v. rad. azari, spicæ nardi, florum rosarum  
rub. masticis, ligni aloës, ana 3 iiiij. aloës he-  
patici 3 j. s. & 3 ij. storacis liquidæ 3 ij. gr. iij.  
incisis & contulisis, infundantur in vino sub-  
limato, rectificetur, & fiat secundum artem  
electuarium.

Descriptio alia electuarij, prioribus fere  
similis, quod Norimberge vocatur extractū,  
pro ut idem parare solitus fuerat. Rx colocyn-  
thidis 3 xiiij. veratri nigri, senę Alexand. ana  
3 s. agarici albissimi 3 j. raued optimi 3 s.  
alias sumit eius 3 j. cum rhabarbaro non ita  
præstanti, diagridij 3 xiiij. cinnamomi 3 ij.  
& 3 ij. turbith, stœchados Arabicę ana 3 ij. s.  
ros. rubearum, ligni aloës, masticis, ligni pa-  
radisi, myrrhæ, rubig, azari, spicæ nardi, sto-  
racis liquidæ ana 3 v. fiat infusio vel putre-  
factio per aliquot dies, nempe 10. 12. 14. cum  
essentia vini, hoc est, aqua vitæ ter destillata,  
calida, & succus deinde expressus vniatur  
cum aloës præparatæ 3 iiij. Præparavit autē  
aloën hoc modo. Inciditur in peluum seu ca-  
tabum vel ollam, aloës 1E. j. plus minus, ad-  
dendo aceti ros. & aquæ ros. ana q. s. ita ta-  
men ut aceti ros. plus sit, quam aquæ rosaceę.  
Bulliant simul lento igne, duabus aut tribus  
ebullitionibus, deinde colato fortiter expri-  
mendo. Colatum iterum bulliat lento igne  
ad cōsistentiam aloës, cum spatula agitando  
continuè. Vbi autem refixerit, seruetur ad  
volum. Species supra enumeratæ, primum to-

d 3

## EVONYMI

nuiter inciduntur, deinde puluerisantur, atq;  
his super infunditur aqua vitæ ter destillatæ  
q.s. frequenter interea agitado quotidie: dein  
de exprimatur per pannū lineū, grossum, for-  
ti expressione, deinde in alēbico adiecto igne  
humiditas aquæ extrahatur, donec, quod in  
fundo remanet, veniat ad consistentiam dia-  
cydonites. Quod si in eo, adhuc quædā humi-  
ditas fuerit, ponatur super carbones ardentes  
in vase aliquo, quandiu videbitur, ut ea à ca-  
lore abstumatur, & evaporet.

Succus extractus è baccis iuniperi, ad duo  
decim annos seruari potest, si ritè sit conse-  
sus. Valet ad calculi præservationem, exper-  
tus enim est eius usus in multis, qui antehac  
grauiiter laborabant, & multa prophylactica  
adhibuerant, à nullo tamen tantopere sunt,  
atq; ab hoc adiuti. Calidū quidē medicamen-  
tum est, ideoq; renes fortassis nimiū calefa-  
cere posset, vt aliquis existimaret, sed propter  
parandi modū, qui calorē nonnihil frangere  
existimatur, non nimium poterit. Pituitā in  
ventriculo vel concoquit, vel consumit, vel  
educit, & ventriculum abstergit, ac roborat.  
Usus eius non tam est ad morbos præcauen-  
dos, quam curādos. Omne genus destillatio-  
num & catarrhorū, vertiginē, lippitudinem,  
raucedinem, pectoris angustiā, tussim, colicā,  
matricis suffocationē, menstruorum suppres-  
sionem, syncopen, calculum, pestem curat.  
Quin etiā ab alijs adnumerantur hi morbi,

quos

quo's hic succus curare dicitur, mania, hydrops, fætor anhelitus, epilepsia, tremor membrorum, apostemata interna. Caput & cor hoc succo mirabiliter recreantur, & sanitatem in multos annos conseruat. In præcautione accipitur ieiuno stomacho tribus anni partibus, sine custodia, aut uno nimirū, hyeme & verè, æstate vero propter calorē & siccitatem, necessitati reseruatur. Quod si ramen cœlum humidum fuerit, & calor moderatior, vti etiam in æstate poteris. In morborum curatione, adhibetur omni tempore & crebrius, sed per certa interualla, interiectis alijs, eodem spectantibus. Theriacā nonnulli Germanicam dixerunt, tum quod efficax sit contra venena, tum Germanorū corporibus amicissima & maximè salutaris.

Succus de malis cotoneis simplex, & sine omni admixtione parari eodem penè modo potest, qui & ipse præstantissimus est, & seruari quoque quam diutissime potest, fitque propemodum de die in die melior ac suauior.

De xyloebeno Thophrasti ab Hohēheim, Primo elicimus tria genera medicaminū, liquorem, gummi, & alkali. Liquor qui erumpit, similis est acaciæ succo: gumi, ei qui est albotim: alkali sali gemmeo. Liquor est ipsissimus potus: gumi vnguentū: alkali purgás et mūdificatiū. Deinde liquor per inclusam destillationē, quemadmodū oleū extrahitur,

## EVONYMI

Cuius 3 j. vel iiiij. præstat & efficaciores sunt  
integro talento, quod iuxta medicorum vul-  
gus decoquendo è ligno scaturit. Tertio, lis-  
quori succedit gummi, scilicet ex eo ligno  
quod reliquum est, in hunc modum. Mitte  
xyloebenum in reuerberationem inclusiuā  
in secundo gradu ignis, & in viginti quatuor  
horis illico videbis gummi, quod eadem te-  
nacitate cum styrace liquida a corpore sepa-  
ratur, & ad ipsam non sine mediocri fragran-  
tia, ( refertur. ) Interea autem dum in calore  
singula existūt, corpus & gummi eliquetur,  
cuius ℥. j. & 3 vj. efficaciores sunt, ducentis  
libris, quæ in elixando extrahuntur. Postre-  
mo elicetur alkali ad hunc modum. Corpus  
transmutatur in ultimam materiam, quæ al-  
kali fons est, & origo, interueniente aqua fu-  
miterræ, probè coagulata, haud dissimile  
anation aut entali, cuius ℥. j. & 3 v. fortiores  
sunt quinquaginta libris, quæ per vulgatam  
viam præparantur.

Usus, principio purga ægrotū in hunc mo-  
dum. Ex alkali xyloebeni 3 s. theriacæ Ale-  
xandrinæ 3 ij. misce, dosis est 3 s. Et id ipsum  
non semel atq; iterum, sed tertio aut quarto,  
pro ratione videlicet morbi. Præterea tanta  
vis purgandi, maximè podagricos, paralyti-  
cos, deniq; pustulosos humores, huic inest  
alkali, quantum neq; in laxatiuis, purgatiuis  
& expulsiuis deprehendes. Hanc purgationē  
continuò sequatur Chirurgica sanandi ratio,  
in hunc

in hunc modum. Principio quicquid apertū est, cum alkali mūda, deinde gummi inunge in die bis, idq; tantisper dum singula solidæ cuti restituātur. Porro si nihil adsit, quod pālam videas, illuc vbi dolor delitescit gummā inunge. In hunc modum medetur podagræ, paralysi, deniq; morbo gallico. Vbicunq; autem aliter atq; à nobis præscriptum est egeris, cum empiricis oleum & operam, non sine priuato dispendio, pērdes.

Viuendi ratio : Nolim hoc loco propriam viuendi rationem præscribas, sed oportet vi no & cibo apprimè condito, ægrotū foueas. Nam prædictorū morborum diathesim, non in viuēdi ratione, sed in remediorū energia, sitam esse, sciēdum est. Quare nihil est, quod hic decūmbentem cœna perparca maceres. Nam hęc omnia superat, non vulgaris huius medicaminis vis.

De extrahenda substantia vera ē myrrha, aloē, aut alijs similibus lachrymis pinguisbus ē quibus quidē extractio vera nulla fieri potest, sed tantū resolutione destillationeq; que per filtrum fit, purificari possunt. Ex exemplā gratia, aloēs, q.u. maceretur aliquantisper, in loco calido, in aqua aliqua conuenienter destillata, aut in rore, vsq; quo aqua coloretur, tum separetur hęc aqua, & noua affundatur, quae & ipsa, postquam colorē infusi receperit, effundenda, idq; continuandū tantisper, donec aqua amplius nō coloretur. Omnes istæ

d s

## E V O N Y M I

aquaæ per filtrum sunt destillandæ, ac ubi fuerit aqua per destillationē separata, remanet in fundo materia, quam quæris. Huiusmodi extractiones à frigore congelantur, à calore vero soluuntur: & eodem pondere & dosi exhibentur, qua res à quibus extrahuntur, id quod in alijs extractionibus non sit, extractū enim multò est potentius, quam id à quo extrahitur.

## D E S A L I B V S F A C T I T I I S

& oleo salis.

**S**Aliū quoq; que ex simplicibus exquiruntur, sæquè ferè magnus in medicina usus est, atq; salis fossilis aut communis, in communi hominū vita. Etenim quando à simplicibus crassum phlegma auferitur, quod nimis impedit, quo minus possint operationem perficere, conuertuntur in materiā spirituosalam, id quod longa destillatione, & filtratione fit, ut in igneam materiam quodam modo degenerent. Nec dubium est, quando ita in salem sunt conuersa simplicia, atq; ita elementum ignis in ijs habet dominium, quin citius etiā penetrant, & actionem propriam perficere possint, ut præterea tanto simplicium variatum aceruo, in remediorum compositionibus, opus nō sit. Sed habent huiusmodi sales facultates aliquas, quibus purgantia reliqua destillata, ferè destituūtur. Omnis sal, inquit Theophrastus, purgat: at aquæ à purgantibus destillatæ, ea facultate carent, quia sal eis

non

non accessit. Magna in omnibus, puto, acri-  
monia est, & vrinam resipiunt.

Verum ratio & modus, quo huiusmodi sa-  
les parantur, alius atque alius ab authoribus  
prescribitur. Quidam ita monent faciendos,  
Simplex collectum debito tempore, inde ex-  
trahatur sua aqua per balneum Mariæ, faeces  
reliquæ in fundo calcinantur in furno reue-  
berationis: cū aqua propria fiat filtratio cal-  
cis fæpissimè: aqua filtrata ponatur in pelui  
ad solem, vel cinerem calidum, ut aquositas  
exhalet, & remaneat sal. Hoc autem fieri po-  
test ex omnibus simplicibus.

Modus aliis exirahendi sales ex herbis,  
aut radicibus, aut ex alia aliqua materia ē  
Germanico. Herbe aut radices ad hunc usum  
destinatæ exiccati prius debent, postea in ola  
la comburi ad albedinem cineritiam. Huius  
cineris ubi satis magnam copiam habueris,  
impone vasculo, eiisque affunde aquam frigia-  
dam destillatam, aut aquam pluviam purā  
& mundam, & stent simul aliquot diebus,  
frequenter agitādo & mouendo, postea aquā  
sibtiliter effunde, aut per fæculū cola, & cine-  
ribus prioribus nouam aquā affundito, idq;  
toties, ut prima vice, repetito, quoad cinis  
nullam amplius in se acuitatem habeat. Qui  
bus peractis, collectas omnes aquas, in cucur-  
bita, inter cineres aut arenam, cuapora, sicq;  
in fundo sal relinquitur, quem serua, quia eis  
res pretiosa.

## EVONYMI

An præstabit non omnino, nec subito cōburere herbās, ut è cinere lixiūm fiat, sed ad dimidium tantum, ut saporis, odorisque de herba plus relinquatur, & empyreumatis minus? an ad ultimum etiam mastiches aliquid adjici poterit, aut gummi, aut aliud, ut glutinosum factum, melius conseruari, & in pillulas etiam formari possit? Ges.

An decoqui poterit cinis, ut absinthij, cū aqua eiusdem destillata, vel succo depurato eius & filtrato: vel herba eius sicca, ita ut insfundatur, simul ebulliat aliquantum, deinde coletur, sic enim sapor odorq; magis aderūt; poterunt etiam rosæ siccæ sic addi? idem. Notandum autem est, quod quidam præcipit, ne salium extractiones aqua feruent, sed frigida potius fiant. Deinde extractum cinerem, rursus licet vrere, ac calcinare, rursumque, ut prius, salem de eo extrahere, idq; roties, quo, ad nihil in se salis deinceps contineat. Quod si sal extractus albedine careat, tum reverberetur ad albedinem, quæ tria sunt notata nō omnino indigna.

In parādis salibus notabile etiam hoc est, ut filtro optime purgentur: quidam etiam vi ginti quatuor vicibus filtrant.

Hæc salia, quæ Theophrastus dicit esse vera alkalia, seruanda sunt in vitro vasculo, ne eliquentur in aëre, quod maximè accidit salibus, qui fiunt ex herbis (rebus) quæ plus olei in se habent, & subtiliores sunt. Indurescent sales

Saltes lapidis instar, aut qui optime filtrati sunt, pellucent crystalli modo.

Salē hypericonis, in pleurite aiunt prōbatissimum esse. Hypericonis plantam siccā in cinerem redige super foco, cinerem proijce in aquam feruentem, & decoquantur, & partes terrestres ad fundum descendunt. Postea aqua in cucurbita in balneo Mariæ consumatur, & remanebit in fundo eius sal; quē exicca bene, de quo dato patienti in vino calido, quantum dimidio cortice nucis auellanæ contineri potest. De sale hyperici pugilatum vnum exhibuit quidā medicus in vino maluatico, pleuritico, & testis est Deus, quād liberatus fuit.

Salem absinthij quidam in omnibus morbis ferē exhibet, sed præ cæteris in peste utiliter offertur in vino, ut audio. Theophrastus huius salis propinat tria tantum grana hydropicis, verum (ut puto) aliquoties repetit. Absinthij sal maximē vrinā sapere videtur, nulla manifesta amaritudine, Ges.

Sal artemisiæ vrinam quoque sapit, sed est candidus & purus, nec non, ut seuum quoddam, pinguis.

Ex herba kali dicta, salem parant. Est autē kali herba duorum cubitorum sine spinis, interdum valde rubens, sapore salso cum quadā grauitate ingrata, colitur apud locos falsos & seritur, ut ex ea parent salem alkali. Paratur autem sic, ut reculerunt ij, qui eum parant. Fo-

## EVONYMUS

diunt fossam, cui transuersim imponunt li-  
gna, quibus suppontunt aceruum herbæ præ-  
dictæ, & accenso igne, efficiunt, ut in foueam  
stillet liquor ex herba, qui liquor tandem con-  
crescit, & fit sal alkali, coloris partim nigri,  
partim cineritij, valde acris & salsus, ut etiam  
corrodat Iohan Bauhinus Medicus Geneug.

Salem chamomillæ, exhibuit quidā in vi-  
no optimo, hoc est, salis huius pugillum vnu-  
m, in difficultate vrinæ, & subito est liberatus.

Salē è baccis & ligno iuniperi, sic parauit  
Gesnerus. Accepi, inquit, virgulta iuniperi  
arida, vna cum suis baccis, in magna quanti-  
tate, & in cinerem redegi (oportet autem exa-  
ctissimè cōburere, aliqui in magna olla figu-  
lina noua, & in qua liquor nullus ante fue-  
rit, comburūt.) Cum hoc cinere fiat lixiū,  
cū aqua mediocriter calida: aut potest in va-  
se ligneo cinis cum aqua relinqui, ut subside-  
at, ac postea aqua seorsim effundi, & cinis  
cum aqua turbida separari. His alia aqua af-  
fundēda, idq; aliquoties, quoad nullus sapor  
lixiū in aquā deponatur, ac postea aqua de-  
coctione cōsumenda, ad exiccationem mate-  
riæ, & eiusdem albedinem. Odore refert be-  
racem & vrinam, acris est, & penetrans.

Modum conficiendi salis, ex aquis ther-  
marum Aponensium in agro Patauino, quē  
tenuit & excogitauit Iohannes de Dondis,  
quo tantā salis copiam confecit, ut satis fue-  
rit pro tota sua familia, & potuerit etiā dono

amicis

amicis dare , docet Gabriel Fallopius libro de Thermis, aquis & metallis. Sal autē quod conficiebat ex ea aqua , erat magis sapidum, & acrius, quam sal marinum, vel fossile quod liber. In lacuna ampla aquae Aponitanæ locabat vasa ex silice excavata, ad profunditatem quatuor digitorum , quæ vasa, præterquam quod erant excavata ad eam, quam dixi, altitudinem , erant etiam quadrata. Vasa igitur hæc collocabat in lacuna , ita ut aqua non posset in ipsa ingredi , sed superstaret aquæ , quantum est spaciū duorum digitorum. Postea habebat plures ollas testaceas, quas explebat aqua illa: mox eas collocabat in quadratis illis vasis, inibiique relinquebat, quo siebat, ut aqua illis ollis contenta agitaretur à calore & ebulliret , & sensim , ac sensim euaporaret: & tandiu permittebat philosophus ille, ut bulliret , quandiu appareret splendor quidam in aqua, & tunc effundebat aquam illam ollarum, in excavata illa vasa lapidea , in quibus concrescet sal candissimum , in summa scilicet vasorum illorum superficie : in ima autem materia gypsea ab ipso vocata,

Vrina pueri , si in alembico more acetii destilletur usque ad spissitudinem picis , deinde phlegma ejiciatur, postea vas optimè sublimetur, habebis sal volatile. Sunt nōnulli qui utuntur ad aurum & argentum dissoluendum, & non pauci philosophi suum menstruum vocauerunt.

## EVONYMI

Ad menses euocandos, quod ipse sum expertus, recipe radices chelidonij mundatas à terra sine ablutione, q.u.tere diligenter in pila marmorea: pone in vase circulationis (ut scis) per diem naturalem, desuper infunde aquam ardentem seu animam vini, ut de agarico & alijs dictū est, postea sine per noctem in balneo Mariæ stare, demum mane extrahē sine villa expressione. Postea fac ut separetur (exuperet) aqua ardens destillando, ut moris est, & colligatur, ut de agarico dictum est. Et cum tota aqua ardens per balneum Mariæ fuerit resoluta, in fundo vasis remanebit puluis citrinus (an salis instar?) quo vere: pro qualibet dosi 3 j. cum vino albo, loco & tempore necessario.

Puluis ex salibus ad separandam omnem pituitam, & hyssopi, pulegij ana 3 s. origani 3 ij. seminis fœniculi 3 s. carui 3 ij. liquiritiae 3 j. salis vsti 3 vj. salis absinthij 3 ij. salis juniperi totidem, cinnamomi 3 j. s. piperis longi 3 vj. cardamomi, granorum paradisi, caryophyllorum an. 3 s. zingiberis 3 j. misce, fiat puluis.

De salium herbarum oleis: sal ita absoluatur, & salem, calcinetur igne fortissimo, calcinatum deinde super porphyrio lapide, subtiliter puluerisetur, puluerisatū sterne super vitrum: vitrum deinde cum puluere pone in cellam vinariam in loco humido, & sal solvatur in substantiam oleosam, quæ vulgo vocatur salsat.

Oleum

Oleum salis, aut vnguentum salis ad defluxiones tam calidas quam frigidas, quas Germani vocant gſüchte, accipe salis bonam quantitatem, teratur quam fieri potest tenuissime, ac postea in sartagine assetur sine aliquo humore, usq; quo fuscum colorem acquisuerit, quo facto, in mortario teratur, ad terruis pollinis subtilitatem, cumque deinceps cum oleo oliuarum ad vnguenti consistentiam permisce, sine calore aut igne. Hoc vnguento virge partem affectam in loco calido.

Sal armoniacus, à Gallo empirico. Rx gummi Arabici albissimi ʒ iiiij. dissolue in aqua communis, cui adde postea salis communis clari puluerisati ℥ iiij. coque adiustam spissitudinem, postea injice in quoddam vas, prius cum aqua communis madefactum, & fuligine vndique aspersum & tegas quoque fuligine puluerisata, & in loco commodo exiceretur.

## DE BORACE.

But Oracis confectio Venetijs usurpata, secreta Rx laetis vaccini destillati ℥ iiij. mellis despumati ʒ iiiij. croci ʒ iiiij. salis nitri rafinatis bene (id est, puri & sub dulcis, nullā habentis amplius acerimoniam) ℥ iiij. Incorporentur omnia cum lacte (id est, dissoluatur ad ignem) cum ℥ iiij. aquæ capitelli fortis, de cineribus optimis, & misce fortiter. Demum mitte in olla vitreata, in loco frigido (humido) per

## E V O N Y M I

mensem. Lapis deinde in fundo repertus, interum mundetur, affineturque sic. Et dicti lapidis ℥. i. aquæ simplicis destillatae ℥. iiiij. ad ignem dissolute omnia simul, remoue spumam, & cum non fuerit spuma, euapora totam aquam (id est, ejice, aut effunde cum refrigerata fuerit) & habebis boracem finissimum.

Pro Borace faciendo, modus egregius, & libro Gallico manuscripto. Accipe butyrum recens vnius mensis, aut circiter, salitum, lauetur sepius aqua clara diligentissime. Huius butyri loti accipe ℥. i. olei tartari ℥. iij. misceantur in sole, & ponantur in patinam vitream aut sigulinam inuitreatam, agitantur simul baculo fortiter: postea accipe ℥. i. aluminis rochæ finissimi & pulchri, salis nitri Alexandrini ℥. i. & misceantur in sole calido, noctu vero aëri exponantur, sed itane compluantur, aut aqua tangantur, alioquin enim frustra fierent omnia. Et congelabitur eius supe ficies instar crystalli, congelatum tolle, illud ipsum enim est quæsus lapis. Fieri autem commodissime potest mensibus Iunio, Iulio, & Augusto.

Borax quomodo fiat, qualis apud aurifabros est in usu, qui ex Alexaneria ad nos affectur, ex Italico. Lacti caprino destillato, in quo vase vitro posito, adiunge alumen rochæ tritum, ut in aqua lactis dissoluatur sine ignie. Ponantur in urinale aut aliud vitrum,

ita vt

ita vt aqua supra alumen per duos digitos excedat, cooperiatur vrinale, & stet quinque aut sex septimanis, vel quo usque alumen appareat seorsim, quod ab aqua est auferendū, & in vitreum vas ponendum. Quibus habitis, recipe ℥. iiij. olei amygdalarum dulcium, & medullæ bouis, aut vaccinæ ℥. iiiij. miscetur medulla cum oleo, vt liquefaciat, & tandem coletur per pannum, & habebis oleum spissum. Huic oleo immittit prædictum alumen, ita vt oleum duobus digitis alumen obtegar, cum exponatur soli per tres menses, aut quod melius est, diutius, & sic facies boracis quantum voles, & scias quod est secretum magnum. Est autem verus borax, qui fit in Alexandria.

Alius, ex eodem D.H.D. recipe alumen ex fæcibus, quo tintores utuntur, & ex eo cum aqua capitelli ouum sustinente, fiat lixiuiū: deinde accipe pastæ boracis quantitatem, quā voles, & ponas in vas, cui lixiuum affundas feruentissimum ea quantitate, vt pastam excedat, & cum canella incorporentur bene, tum stent, quo ad fæces fundum petant. Quo facto, lixiuum ingeniosè separato, ita vt supra dixi, vt pasta bene sit separata & purgata ab omni immundicie. Deinde cape omnne lixiuum (& pastam boracis impone) decoquantur in cacabo despumando. Spumam vero seorsim serua in vasculo, quia in ea continetur oleum, quod instar lucerne ac-

## E V O N Y M I

censum ardet. Ut verò iudicium facere possis  
de perfecta coctione; instilla guttas aliquot  
marmori, aut supra vnguem, & si quidē con-  
geletur, satis est.

Aliter, ex libro aurifabri insignis apud  
nos. Rx aluminis ℥. j. & grossō modo fran-  
gatur: gumi Arabici mundi & clari qr. j. sub-  
tilissime puluerisatum, granorum frumenti,  
& hordei ana qr. l. & ponatur grana frumen-  
ti & hordei in vase terreo intus deuitreato,  
cooperiantur lacte vaccino tepido, ponantur  
in fimo calido per quinquaginta quinq; dies,  
& semper de septimo in septimum diem re-  
nouando.

Aliud. Rx duas partes olei oliuarum anti-  
quati, lactis vaccini recentis partem j. & mi-  
scet totum ad inuicem, & pone in ampullam  
vitream, & pone intus aluminis rochæ inci-  
si in frustis largis ad modum dactyli, tantum  
quod liquores prædicti eminent super alu-  
men per duos digitos, & pone in fimo per  
quinquaginta dies, & quod simus sit bene ca-  
lidus, post sicca in umbra, &c.

Pasta boracis. Rx saponem album & raspa  
subtiliter, & misce cum melle, & coque in  
vase terreo donec deueniat tenerum, pro-  
batum.

Confectio boracis. Rx aluminis rochæ ʒ ii.  
& resolute ʒ ii. salis alkali dissoluti, & pone in  
vase stanni super ignem lentum per medium  
horam, deinde extrahe aquam, & misce cum  
ea ʒ

ea ʒ iiij. salis gemmæ puluerisati, & totidem  
salis alkali, & mellis ℥.iij. & ℥.ij. lactis vac-  
cæ, tunc pone ad solem per tres dies, & inue-  
nies lapides.

Aliter bonus sic fit, perfectus ad omne iu-  
dicium. Salis ammoniaci ʒ j. gummi Arabi-  
ci ʒ iiij. masticis, aluminis rochæ ana ʒ f. salis  
nitri ʒ j. salis communis ʒ iiij. tartari calcinati  
ʒ j. omnia trita subtiliter pone in vase vi-  
treo cum vrina, & fac totum bullire ut spiss-  
etur.

DE AVRO POTABILI, OLEO  
auri, & puluere Solis, sive au-  
ro vite.

**V**ARIÆ fuerunt apud antiquos Philoso-  
phos de auri solutione, opiniones, atq;  
etiam adhuc de eadem inter doctos nondum  
satis constat, possit ne, rā pura & syncera sub-  
stantia, qualis auro est, arte aliqua aut huma-  
na industria, vi & facultate ignis, in liquorē  
synceriorem, purioremque resolui. Aliquot  
huius generis disputationes & argumenta,  
nos hic subiiciemus, prout inter Euonymi  
schemas inuenimus. Sunt autem ferè omnia,  
à viris doctis, in vtramque partem per literas  
familiariter Gesnero, proposita. Ac primo  
quidem partem negatiuam sic quidam, vir  
doctissimus & magni nominis Medicus, tue-  
tur. Si posset, inquit, oleum auri fieri, iam Al-  
chymistæ haberet omnia. Non enim sit oleū

## EVONYMI

vel aqua, nisi redigatur in spiritum & solua-  
tur substantia perfectè mixti. Id an fieri pos-  
sit, obsecro ad tuam Philosophicam intelli-  
gentiam reuoces. Solui potest aurū, & quidē  
in aðeò minutis partes, vt cum liquore in de-  
stillatione, vt vocant, ascendat: remanere ra-  
men auri substantiam certum est. Ac multa  
sunt quæ ita soluunt aurum, vt in minimas  
portiones redigant. Aquam autem vel o-  
leum, ex auro elicere, & *aurarum* esse, sciunt om-  
nes *χρυσικοί* artifices. Ac credas mihi, nullum  
vnquam, qui hoc affirmauit, re ipsa præsti-  
tisse. Crœso ditionis esset, qui hoc sciret. Lapidē  
& tincturas fieri posse non nego. Quæso nu-  
gas paululum istas considera. Quomodo in  
vase aureo, operculo aureo ignito testo, ex  
auro oleum fieri posset, ita, vt ipsum vas au-  
reum non dissoluatur? Somnium est, sicut o-  
mnium fere scripta Alchymistarum, qui tan-  
quam nonnulli nostri temporis homines,  
sua phantasmatata, scriptis complexi sunt, re-  
ipsa autem nihil quicquam experti: vt az-  
lijs vanitatibus & mendacij, sic istis quoque  
se oblectant Theophrastei, & ex stultis insa-  
nos facere student. Verisimile est aliquid ad-  
iutum non diuina ope, fecisse illorum Ma-  
gistrum, verum ista remedia, quæ diuulgant,  
vana ac falsa esse, nihil dubito. Obscuritati  
autem implicant, ne peruersitas deprehendi  
queat. Sed de his satis. Vnum hoc postre-  
mum adiungam, admodum impudentem  
esse

esse oportuit eum, & inimicum nominis tui  
atq; hostem, qui tibi hoc persuadere est cona-  
tus. Hæc scripsit Medicus insignis ad Gesne-  
rum de auri oleo. Idem ad eundem aliâs in  
hanc sententiam scripsit.

*N*isi quis sit alius quid scribam? Otiosorum ho-  
minum speculationes sunt, quæ si ad rem  
conferantur, oleum & opera perit. In min-  
imas partes redigi aurum potest, atq; ita visus  
effici: ut autem in spiritum & oleum natura  
auri conuertatur, spes Alchymistica non ve-  
ritas ipsa, ratum esse iubet. Cæterum quin  
aurum comminutum in minimas partes, &  
redactum in prima sua elementa purissima,  
possit fieri potabile: (non tamen sub forma  
aquaæ aut olei) possit etiam alia metalla ad-  
missione reddere meliora, & quasi transmu-  
tare, nō nego, nee omnino nihil esse, quod de  
lapide Philosophorum dicunt, fateor. De a-  
qua autem & oleo auri quod adferunt, illud  
falsum esse omnino certus sum. In eadem sen-  
tentia videtur & Auicenna esse, Albertus Ma-  
gnus, ac ipse etiam Brassauolus, quandoqui-  
dem aurum materia constat ita perfectè dige-  
sta, ut quasi contrario omni, aut substantia,  
aut exremetitia carere videatur, impossibile  
videtur, vi ignis sine alio adiutorio, aliquo  
modo in substantia alterari posse. Ac ipse Bras-  
sauol. De purgatis, nō modo vana, que de  
auro potibili & argento feruntur, sed etiā vene-  
na esse affirmare nō dubitauit. In hâc sententiâ

# E V O N Y M I

multā plura afferri possent, sed ea relinques-  
mus ad præsens. Vberior dicendi locus fortè  
erit in libro De lapidibus, gemmis & minera-  
libus, cuius schedas infinitas penè, indige-  
stas tamen Gesnerus noster, ut & has ipsas,  
reliquit.

*Page*

Dissolutionē verò auri, quod ea arte Chy-  
mica perfici possit, pleriq; affirmant. Ac pri-  
mo quidem nobis persuadent, authoritate &  
libris venerandæ antiquitatis: deinde verò os-  
culari nostri temporis virorum celebrij  
inspectione & operatione confirmant. In hāc  
sententiam scribit vir quidam eruditus, & na-  
turalis philosophiae studiosissimus, ad Ges-  
nerum. Fuerunt, inquit, apud me, duo, qui  
aurum purissimum ita tractarunt, maceran-  
do, destillando, putrefaciendo, soluendo, desic-  
cando, ut in liquidissimum humorē rede-  
gerint: in eo opere occupati fuerunt septima-  
nas octodecim, à nona lunij usq; ad decimā  
quintam Octobris, idq; ranta diligentia ege-  
re, ut nunquam eo tempore extinctus sit pla-  
nè ignis, eo tamen admodum lento usi sunt,  
in quo video præcipue peccare nostros Al-  
chymistas: adfuere operi perpetuo, noctu vi-  
gilias partiti sunt, & vasa & instrumēta pauca  
adhibuere. Quod si quis liquor auri potabilis  
benè præparati est, hoc modo præparari pos-  
se aut debere crediderim, ut ab his, quib⁹ spe-  
ctator adfui, parabatur. Atq; ut id credam, fa-  
cit primum, quod aurum eō redigunt, ut suæ  
aquæ

aqua innatet, quasi purissima nebula imbrifera; idem transit in recipiente lento igne, & quod maximè sum miratus, tingit aureus iste liquor, colore aureum reddens, chartam, lanam, aliam uerem admotam, qui color ita penetrat, ut minima guttula aliquo folio in Pandaro meo Græco penetrarit. Praeterea, quod etiam ipsum veræ solutionis indicium est, albus auri soluti color est. Hæc & alia faciunt, ut credam hanc rationem soluendi verissimam esse, qua hi videntur, nec simile apud ullos alios Alchymistas haec tenus vidi. Quod si vera sit solutio, facilis inde ratio est, perficiendi liquorem. Illi in puluerem redigereabituri; sed is humido loco sua sponte, vitro etiam bene munito colliquescit olei modo, cuius rei experimentum fecere apud me. Hæc vt oculatus testis scribo, alioquin hæc tanquam ~~aduaria~~, haec tenus saepè apud nostros & alios solebam confutare. Multa sunt in specie impossibilia, quæ certa via ac ratione facillima sunt. Audio hos ipsos curare morbos quosdam deploratos. Haec tenus ille,

## DE AVRO DISSOLVTO ET

potabili, eiusq; facultatibus, caput VH.

Antonij Fumanelli ex lib. De compo-  
sitione medicamentorum.

**N**ec silentio præterire statui medicamen-  
tum, quod Chymicæ artis professores

## EVONYMI

summis extollentes laudibus, Aurum potabile vocant: ut saltem quæ ipsius sit composita notescat. Cuius has esse facultates asserunt, quod bibitum cordi lætitiam præstat, eiusque vires auget, & morbos repellit, senectutem retardat, humores augens nativois, omnes corporis partes illætas tuetur, lepram curat, sanguinem mundat, casui confert capillorum, si cum endiuæ sumatur aqua, aut potius decocto: quod semel retulisse sufficit, ut supra relatum: capitis vero dolori cum aqua betonicæ, scotomiae, & vertigini cum decocto buglossi, & melissæ, lethargo cum ardenti, & lilijs: membranam corruptam cum fœniculi decocto, & acororum, potatum instaurat, melancholiam submouet, omnemque amentiam cum aqua boraginis: facit ad morbum attonitum, cum aqua ardenti: & cum pœoniae albæ radicis luna deerecente collectæ decocto, ad morbum comitialem: ad membrorum vero mollitem cum aqua saluiæ stillatitia, aut decocto ex ea, ad ophthalmitiam, seu oculorum phlegmonem & dolores cum aqua fœniculi, atque sileris montani, sesclisque Massiliensis: ad destillationes, seu rheumatismos cum iridis aqua, ad fluxum sanguinis narium cum aqua scabiosæ: valet & tussi cum aqua capillorum ven. in sputo sanguinis cum plantaginis aqua: in phthisi cum aqua mellis, & lacte: in dolore, et abscessibus pulmonis cum aqua cancrorum fluuialiu: in cordis tremoribus cum aqua melissæ,

lissæ, aut buglossi: in dolore ventriculi cū aqua mentæ, vel ipsius decocto, in calida dispōsitione cum rosacea, aut myrtillorū aqua: in dysenteria, & ventris tormine, fluoréue cum aqua plantaginis: in colī dolore cum ardēti, in vermium passionibus cum zedoariæ decocto, aut absinthijs: in hepatis tumoribus, aut obstructione, atq; aqua inter cutē cum aqua scariolä, & hepaticæ in causa calida, in causa vero frigida cum spicæ nardi decocto, aut cinnamomi: in ictero morbo cū aqua caprifolijs, vulgo periclymenos nuncupati, aut sero caprino: in lienis passionibus cū aqua fraxini, aut tamaricis: in renū passionibus, oppletione, & lapide cum tribulorum marinorū, aut rhaphani, alkekengi, & pimpinelle, aut puluere philantropos, seu apparinæ: in stranguria, & renum ulceribus cum caprillo laetæ: in enterocèle, intestinorū mueramice, epiploce le, omentiue ramice, & epiploenterocèle, intestinorū, & omenti ramice cum aqua utriusq; cōsolidæ: in mensium suppressione cū aqua sauinæ, aut matricariæ, & in partus difficultate cum aqua artemisiæ: auxilium præterea sterilitati prestat cum aqua nepetæ, & lauendule: arthriticis, morboue articulari, podagrícis, ischiadicis, chiragricis, et extenuatis cum aqua ardenti, aut paralysis, aut lauendula: pestilenti febri cum acetosæ, vel buglossi, & scabiosæ: cancrenæ, fistulis, & pforæ cum aqua pedis columbini, aut buglossi,

## EVONYMI

vel acetosæ. A' veneno præseruat, & veneno affectos, morsosq; à cane rabido curat cum aqua tormentillæ, dictamni albi, & bistortæ, aut aqua rad. peonig, febres quotidianas, tertianas, & quartanas in accessionis, seu periodi principio exhibitum cum aqua scolopendrii, vagas & erraticas, causumq; cum serapio violato delet: utq; unico dicatur verbo, asserunt aurum potabile cum aqua ardenti nobilem inducere effectum in corpore humano, omnesq; ferè pellere morbos. De ipso autem in magnis morbis scrupulum aut semidrachmam exhibendam censem, in mitioribus scrupuli dimidium, in paruis ad duorum granorum hordei pondus, decuplum decocti ipsi commiscendo. Quod, quum pluribus doceant conficere modis, hic nonnullos adducam: si autem plura de eo quis scire cupierit, & quod Chymistæ solis fictionem in cœlo nostro dicunt, commentarium legat Cœlum philosophorum nuncūpatum, plurimas auri potabilis formas, & diuersas continentem, in quo & plures aquæ vitæ composituras respicere licet: de quibus veritas ipsa auctorem appellat.

Auri potabilis conficiendi descriptio.

Prima. Foliorum auri electi quantitatem, quæ tibi magis opportuna videbitur, succi limonum optime depurati quod sufficit, in bociam, ut decet obturata condito, ad cineris furnellum igne lucernæ supposito diebus

diebus quatuor, pluribus sue, addijsitoq; aque  
ardentis quinques destillatę partē medium.

**Secunda.** Aliam auri potabilis confectu  
ram edocentes, sumunt foliorum auri in lez  
uorem redacti: numero centum, salis super  
lapidem porphyreum triti. 3 s. hæcq; com  
mixtaa, qua abluunt calida, & in cucurbitam  
vitream iniecta, collo procero fabricatam,  
fundo, sapientiæ luto contexto, copertorioq;  
imposito, & igne lucernæ tria habentis lici  
nia substrato, ut dictum est, destillant, & si  
quid auri in vasis fundo constiterit, ad vsum  
seruant.

### Tertia.

Alio aurum potabile confidentes modo,  
sumunt auri optimi partem vnam, argenti  
viui partes duas, quas nocte, dieq; simul ma  
ceratas, quo usq; aurum dissolutum fuerit  
sua vi destillant igne, donec vtiq; argentum  
viuum ab auro secretum est: auro autem in  
vasis imo, iam ad nigritiam tendenti aquæ  
buglossi H.S. adiiciunt, vasisq; ore obturato  
ignem diebus tribus, & noctibus ad auri li  
quationem supponunt.

### Quarta.

Sumatur auri de cemento 3 j. & compo  
natur cum 3 j. argenti viui hispani puri: po  
nuntur in cucurbitam vitream oleo commu  
ni superposito, & per duos digitos superna  
tante, & ad calidos cineres bulliat horis  
xxiiij. & quum infrigidatum fuerit, extrahe  
oleum, & quod reliquū est, ablue cum aqua  
septida, donec humiditas, & vnguis sita abla

# EVONYMI

ta fuerint, & siccatum in tenuem contere puluerem, ponaturq; cum sulphure in crucibulo super carbones, & accendatur ignis, donec sulphur comburatur: post accipe aurum, & tere cum sale aliquo tempore, & post cum melle super porphyreum lapidem longatricurratione: postea ablue cum aqua feruenti, donec aurum sit optime mundum, & purum: & post accipe vrinam stillatitiam viciis tribus: primo quidem destilletur ad medietatem: secundo ad tertia partem: tertio ad quartam: huicq; ultimo destillatae in vas vitreum ad cineres calidos appositæ, adde salem tritum, & salem ammoniacum ad ignem suauem, donec in vrinam destillatam soluantur: haecq; simul alembico destillentur. Aurum vero per filtrum, quod vrinæ præparatæ misceatur, & salibus utrisque, & ad mollem ignem positis, quod supernatat, ut oleum abluatur, donec sal sedine priuatum fuerit, quæ in bocia vitrea cum aqua vitae imposita, tandem in aquam limpidam soluentur.

**Quinta.** Vitrioli rubificati ℥. j. salis nitri ʒ ix. cinnabaris ʒ vi. salis communis, ʒ iii. tere omnia simul, & extrahatur aqua acris, cum qua misceatur aurum, ut supra præparatum, & destillentur per alembicum, donec exierit aqua in colore auri, ipsum aurum remanens in fundo vasis ad formam mellis redatum commisce cum aqua infra scripta. Cinnabaris ℥. iii. vitrioli rubificati, salis nitri, alumis

aluminis rochæ calcinati, sing. ℥. j. salis communis ℥. j. s. omnia simul terantur, & artificiose elambicentur, & quod sublimatum est, & infrigidatum, albumq; effectum, tere cu m salis ammoniaci æquali pondere, & quinques sublimetur, teraturq; : quod sublimatum est super porphyreum lapidem, & omnia igni simul posita, & liquata misceantur cum auro, ut supra preparato, & bulliant len to igne, donec soluatur aurum, &, quum infrigidatum fuerit, sepiariatur vas suprascripta continens, sub fimo diebus triginta, & ad ignem denuo posita, quod stillauerit reponito.

Sexta.

A V R V M A L I V D P O T A B I L E  
contra pestem, omnesq; infirmitates contin-  
gentes ex intemperie, in compositu-  
ra, soluta vnitate, & eas, quæ  
communes sunt.

**V**RINÆ ter destillatæ, quæ sic fit. Accipe vrinæ hominis ℥. xx. & destilla prima vice extrahendo ℥. x. secunda vice ex his decem v. & ex quinq; iiiij. & cum istis quinq; ponatur ad alembicum aurum preparatum. Accipe auri ex suo naturali cemento 3 j. & amalgama cum ℥. j. argenti viui Hispani, & pone in bocia vitrea, & fac bullire cum oleo communi horis triginta quatuor: post eximito, & refrigerari sinito: deinde laua cum aqua calida, donec oleum, omnisque

## E V O N Y M I

digeratur ventositas: tunc comprime per co-  
gium, & remanebit aurum amalgamatum,  
& desicca, & optime siccatum tere in morta-  
rio cum sulphure, ut amalgama cum sulphu-  
re ad tenuem puluerem redigatur: post haec  
sumito vrinam, ut supra destillatam, & po-  
ne in vinali cum puluere salis communis, &  
salis ammoniaci, & stillentur denuo: post su-  
perpone aurum in bocia vitrea, & fac bulli-  
ge, & aurum soluetur, & tunc accipe aurum  
supernatans cum cochlearivitreo, & pone in  
aquam ardenter, aut eam, quæ destillatur ex  
elixit vitæ in duplice vase, & in ea dissolue au-  
rum calefaciendo, hocq; aurum est ad om-  
nia vtile. Septima.

Sumito fauum mellis cum tota cera, &  
melle, & in vinali vitro imponito, super-  
ponendo de optima aqua ardenti: quod exa-  
ete clausum, duobus mensibus in loco perma-  
neat calido, humidoq;, donec omnia lique-  
scant, & destilla. Quod primo exit, erit vt  
aqua, quod secundo vapor, quod tertio pars  
igneæ, & bulliat, donec soluatur aurum: quod  
mirum est, & expertum pro ventriculo, he-  
pate atque intestinis, ex frigida intemperie  
affectis, & cum timor est de futura ascite.

M O D U S E T R A T I O Q U I D S I-  
mile auro potabili conficiendi, faciens  
ad morbos varios.

Quidam

Quidam ex Chymistis arbitrantes ardentem aquam auri concipere facultates, ipsum aurum, quem Solem vocant, natura aut arte depuratum in segmenta tenuiora, bracteolásue dissectum centies accendunt, totiesq; ardenti extinguunt aqua, quintæq; commixto essentiæ, ut cœlo, in varijs vtuntur morbis. Hactenus Fumanellus.

Modus faciendi aurum potabile, medici Craconiehls, quo etiā vitetur in compositionibus contra pestem. Et aurum foliatum, & miscæ (ponerem in ampulla vitrea) cum tanta quantitate, quæ tibi melius videbitur & sufficiens, succi limonū depurati. Postea ponre in bociā bene obturando os bociæ, & sepeli illam in cineribus calidis, et teneas sic per quatuor dies vel plures, sicut expedit, postea adde pro medietate istius mixturæ, tantam quantitatem aquæ vitæ optimæ (nimirum dulcis illius, de qua supra) rectificatæ, & clavis bene os bociæ ne respiret, & serua tanquam margaritam & balsamū, & thesaurum inestimabile, pro humani corporis sanitate super omnia necessariū. Et de isto thesauro poterit homo sumere quater in anno, in principio cuiuslibet tertij mensis, quantū est cochlear pro vice, cū optimo maluatico vel cum brodio plus minusue pro necessitate. Destillatio nullā facit mentionē, quid si succus limonum primū abstraheretur destillando: deinceps aqua vitæ adderetur, & rursus destillaretur?

f

## EVONYMI

Aut, videoas, quale sit, si ita ex præscripto paratur: & si placet, præterea destilla mediocri igne carbonū, per horas quatuor & viginti.

Aurum potabile paratur more Alchymistarum ad hunc modum, quem accepimus, è libro manuscripto veteri Alchymico. Calcinatur primo Sol, more aurifabrorū per Mercuriū, & permitte ut Mercurius euaporet ab eo, tū teratur valde bene in lapide, postea ponatur in furno reuerberationis per biduum, & eueniēt flores subtilissimi, qui colligūtur, & calcinātur reuerberati tam diu, vñq; totū vertatur in flores. Cum illis floribus auri, accipe acetū vini optimi, destillati, & pone hos flores in vitro, et pone ad putrefactionē per dies xiiij. postea effundatur acetū coloratum, & nouū acetū affundatur, bene mouēdo, postea permittatur vt resideat, ac tandem rursus acetū permittetur, aliud affundēdo, idq; tandem continuandū, quo ad nihil in fundo amplius remaneat, & totū in acetū soluatur. Postea acetum coloratum effunde in vitrum magnū, vt euaporet acetū, & in fundo manebit aurū nigrum ad modū olei vt pix, quod accipe & pone ad vinū tuū rectificatū vt ibi soluatur, & ponatur ad vas circulationis & mittatur stare in calore lentissimo per xij. hebdomad, & coagulabuntur & fixabuntur omnes spiritus vini, & vertentur in puluerē, vñā cum sole, quos excipe & pone ad soluendū, & soluentur in oleū clarissimū, vt aurū, et hoc vocatus aurū potabile, de quo vtere vt scis. Vini autē

rectificatio sic fit. In vase reiterationis seti rectificationis stet vinū per dies x. in vino vero soluātur prius, quām ponatur in vitrū ad rectificandū, camphoræ ʒ iiij. sacchari crudi pri benè exiccati totidē, de nuce mosc. ʒ i. macis, zedoariæ, zingiberis, ana ʒ j. cū his rectifica vinū invasis rectificationis, vasis optimè clausis, ne quid vel minimū respiret, postea auferratur; & hoc vino præparatur aurum.

Aurū potabile inquit Fierauanti Capric. lib. 2. cap. 22. liquor est diuinus, cui aliis nullus potest cōparari. Philos. superioris ætatis, atq; etiā recentiores summo studio auri solutionē quæsiuerāt, ideoq; varijs etiā modis id sunt aggressi: Multi eorū ante destillationē, aurū calcinandū prius censuerūt: alij solutio nem eius quæsiuerūt aqua fortii: alij post calcinationem, soluebant aqua vitæ: alij in alias errores sunt lapsi. Modū vero ac rationē faciendi præciosiss. hunc liquore facilem & famam ego docebo, propterea quod is sit maximi inter mortales momēti, & quasi altera anima, imò vita ipsa nostra. Accipiatur fol. auri pondus vnciæ vnius: dehinc habeatur gallina satis magna, bona, quæ est interficienda, & ita adhuc calida, ab interioribus mundanda, & in multis partibus præcipue carnosioribus, ferro apertienda, vt pote in pectori, in coxis, sub alis: Istaë partes auro commixto sunt infaciendæ, vt penitus cooperiantur. Quo facto ponatur hæc gallina in locū,

## E V O N Y M I

vbi per dies triginta sex calida permanere possit calore suo naturali, vt autum soluatur in aquam, est enim occulta quædam in carne gallinæ proprietas soluendi autum in aquam. Quo finito termino, deprome, & carnem lava ita exactè vndiquaque, vt nihil de auro, ne minimum quidem relinquatur, aqua mellis destillata cum suis spiritibus, quæ sit rectificata bis teruè. Peracta hac lotione, accipe tantum aquæ vitæ, quantum est, de aqua loturæ carnis gallinæ, & cōmisce. Pro qualibet libra aquæ adiunge 3 j. salis ammoniaci albi, sine vlla nigredine, ponantur omnia in bociam vitream, & abscondatur per tres menses in fimo equino calido. Verum singulo quoq; mense visitanda erit materia semel, & effundendæ partes aquæ huius clariores, & seruandæ in vitro optimè clauso. Bocia vero remittenda, & finito mense rursus quod clarum fuerit à fecibus separandum, & habebis spatio trium mensium, omnem aquam solutam & claram. Demum destilla feces in arena forti igne, vt omnis materia melior ascendat. In destillatione vero fecum, sciendum est, quod fecibus est affundenda libra semis aquæ vite optimæ, & quod per destillationem extraxeris, commiscebis cum eo quod primo fuerat seruatum, & rursus in balneo Mariæ quod reliquum est extrahe. Tum repone in fimum equinum diebus viginti quinque, & habebis aurum posabile

tabile paratum facile & minimo sumptu,  
quod sua mirifica facultate mortuos quasi  
resuscitat. Usus eius est eiusmodi. Auri pota-  
bilis sumitur 3 j. cum vncia una iulepi vio-  
lacei simul permixta. Et hec compositio dari  
potest in brodio, aut cum aqua aliqua, aut  
per se sine alio admixto liquore. Maximè  
utile est senibus decrepitis, ad restauratio-  
nem virium. Hoc ipso vita ad dies aliquot  
protrahi potest in ægrotantibus, & sermo re-  
stitui, cuius experientiam ego vidi.

Auri potabilis confectio, ex literis cuius-  
dam lingua Gallica scriptis ad D. Gesnerum.  
Tartari sume quam voles quantitatem, calci-  
netur ad albedinem, quod tribus potest die-  
bus perfici, calcinatum tartarum dissolute in  
aqua communi destillata, & scias quod pro-  
th. j. tartari calcinati, t. E. iii. aquæ requirun-  
tur. Post dissolutionem aqua per filtrum des-  
tilletur & congeletur. Quo facto, denuo hos-  
ris octo vel nouem est calcinandum, tum rur-  
sus dissolute in aqua cōmuni destillata, & con-  
geletur supra, idq; ordine repetatur septies.  
Septima tandem calcinatione, tartarum ad  
dissoluendum per se coijciatur in vas vitreū  
amplū, in loco humido quo neq; aēr, neq; plu-  
via pertingat. Quo sic parato, accipias 3 xv.  
aquæ huius è tartaro calcinato, pro singulis  
vncijs solis calcinati, eo quo sequitur modo.  
Et auri finissimi & puri 3 j. dissoluatur cum  
Mercurio, quemadmodū id ipsum artifices,

# EVONYMI

& aurifabri, qui vas a inaurant, dissoluunt, post separetur euaporatione Mercurius ad adignem. Vbi igitur habueris calcem, aut cinerem aut puluerem auti debito ponde-

re, imponas in vas vitreum, quod matra-

cium vocant, cuius collum

quo fuerit longius, eò est

melius. Tum obtura dili-

genter matracium, ne quid

impuri aut alieni incidere

possit, & repone in fumum

calidum, aut potius in bal-

neū Mariæ per quindecim

dierum spacium, & caue ne

vas moueas, ne id quod so-

lutum est, & quod sublimatū parietibus ad-

hæret, decidat, sicq; actio impediatur, quo

minus reliquū dissolui possit. Relinquatur

ibi, quoad vel totum, vel maior saltem pars

sit dissoluta. Quando extrahendum erit au-

gum solutum, id magna diligentia erit aggre-

diendum, ne quod solutum, cum eo quod re-

solutum non est, commisceatur. Ut vero acui-

tas aquæ, quam ab aqua tartari accepit, aufe-

fatur, accipe aquam vitæ quater aut quin-

quies destillaram, & commisce cum aqua tar-

tari et Sole dissoluto, et repete hoc donec tota

aqua tartari fuerit separata à Sole, & quoad


nullus salis sapor supersit. Postea coniunge

aquæ rosarū parum, ut tollatur etiam aquæ

ardentis odor, atq; ita relinquitur tibi oleum

auri purissimum.

De



De ratione ac modo conficiendi & parandi aurum potabile, sic ad Gesnerum scripsit, vir doctissimus quidam. Mitto ad te aurum potabile, vt petis vir doctissime, hoc est, rationem eius conficiendi, qualē vidi apud meos duos artifices, qui id hoc modo præpararūt apud me superioribus annis. Te oro, vir ornatissime, vt si tibi videbitur, certi aliquid continere, tibi reserues. Eius enim apud me authores magni faciebāt, ac ea lege inspectorem me omniū voluerunt, ne facile cuiquam communicarem: id hactenus ita obseruaui, vt nulli vel scripto vel narratione explicuerim: tibi soli, & bona cum fide, quantum memoria complecti, & animo consequi potui, communico. Cuius summaria ratio hæc est.

Aurum eligatur præstantissimum, id purgetur igne per cementum, vt putum, syncerumq; quā exactissimē fiat: hinc in laminas extendatur, & frustulatim consindatur, ita concisum in matracio (matracium puto dici aqua fortis phialam à Chymistis) soluatur. Solutio ita breuior fiet. Aqua fortis accipiatur, quater purgetur à fæcibus, & destilletur cū quarta parte salis communis præparati: in hanc aquam sic preparatā, immittatur aurū com- minutum, & sensim immittatur tartarū calci natū probè, ac lento igni, vt manu collū matracij teneas: soluetur in aquā clarā & limpidā, quo factoseponatur, vt refrigeretur. Hinc transfundatur in vitrum ampli orificij, ac in.

## EVONYMI

calidis cineribus resoluatur aqua illa tota , &  
desicetur materia, ita ut vix sentias odore a,  
quæ fortis , inde iterum refrigerescat materia;  
Interea aqua rosarum destilletur, eiq; infun-  
datur ac resoluatur , desicetur materia , ut  
prius,iterumq; id repetatur ut prius, sic pro-  
bè tandem exhalabit vis aquæ fortis.

Ad hunc modum mundata materia & de-  
siccata,ad putrefactionem accedendū est, ea  
ita fieri: Vitro satis amplio imponatur mate-  
ria,addatur illi aqua communis destillata, ut  
materiam excedat , ad digitos fortasse tres,  
reponatur in fium equinum,aut fiat id bal-  
neo,quod magis placet,per diēs decem. Inde  
destillanda est ad vaporē aquæ (id est, donec  
euaporet aqua) & materia exiccanda:desicca-  
rē super infundatur aqua destillata,ac ad len-  
tum ignem in vaporē aqua soluatur denuō,  
postea destillāda est in cineribus, & exicca-  
nda ut prius. Hactenus si decenter opus conti-  
nuatum fuerit,ed perducta est materia, ut ne  
bulas tandem exhibitura sit, quod ut expe-  
ditius fiat , in fine præcedentis destillationis  
materia desiccata , infundatur super eam  
vinum ter destillatum, ac vapore aquæ su-  
per lentum ignem soluatur materia. Quod  
si rite fuerit factum , incipient apparere ne-  
bulæ , ascendent autem ex fundo alembici  
aureæ guttæ sensim ad aquæ superficiem,  
quam totum ambiet purissimum,ceu reti-  
culum , à quo dependebunt guttæ aureæ:  
hunc

hunc aureum imbre Dānaēs interpretantur. Et sanè nihil eo vidi elegātius. Porrò has nebulas studiosè decet colligere. Eximuntur autem vitreo cochleari parte conuexa (conuexa parte nebulæ eximi debent, ne cū ipsis aqua hauriatur, nam conuexæ parti facile ad hærescunt: translatæ verò in patellam vitreā ab aqua solidæ vel integræ recipiuntur, in ea aquam fontanam intelligo) & reponātur in patellam vitream, quæ plena ferè sit aquæ (fontanæ) destillatæ. In hac statim fundum petet nebula. Prima sic collecta nebula, reputatur putrefactio, exiccatio, destillatio ex ordine, sic alia colligetur nebula, idq; toties donec omnes collectæ fuerint. Vbi nulla amplius apparuerit, habes aurum separatum à tartaro (quasi tartarum prius conglutinetur auro vel concorporetur) quod in fundo album remanebit. Aurum sic in nebulas conuersum, exemptum ex aqua patellæ vitreæ, exicandum erit in furno calcinationis, ita liberabitur ab humore extraneo, id quod fieri fortasse ad dies decem, latus autem debet esse calor, qui naturalem corporis humani nō excedat. Desiccata materia post diem decimum, in vitrea patella cochleari facile in puluerem conteretur. Nebulæ puluerisatæ matracio infundātur, & in balneo putrefiant, simulq; soluantur iterum, quod fieri ad dies triginta interdum. Soluetur autem in oleosam materiam, quæ iterum exiccata conseruab*ia*.

tur ita, tanquam ad præsens satis præparata. Nam in cella vel alio loco humido, conuertetur si opus sit, in citrinam aquam, quam dicunt esse miræ facultatis, ad omnia ferè morborum genera. Hæc fide bona, quantum memoria consequi potui, tibi communicata voiui, &c. Vale.

Alius modus Theophrasti, pro auro posibili: Soluitur aurum (nimirum in tenuissimas laminas, & frusta redactū & incisum) in aqua forti conuenienti (regia nimirum) abluatur ab acuitate cum aqua dulci destillando, postea exiccando solutum, de quo recipere 3 iij. aquæ vitæ mellitæ ℥. iij. in cucurbitam pone diligenter perlutatam, orificio optimè sigillato, & supra cineres vel carbones lento 24. horis collocetur, illic leuissimè ebulliat. Sic enim Sol in ista aqua soluitur, cuius usus est, ut scis ex alijs.

Auri potabilis modus nobilissimus, valde rarus & secretus. Primo omnium malum citrimum excauetur, auferendo medullam & semina, cauitati indantur foliorum auri, nec dum ad extremam tenuitatem redactorū, quantum videbitur. Tum expresso mali citri succo, affusoq; auri folijs, malum suo operculo operiatur, ac in loco calido, aut iuxta fornacem diebus quinq; aut octo, seruetur. Hoc modo affirmant aurum in oleum resolui. Quo facto, succus ab oleo separetur, oleum cum aqua vitæ fortissima commisceatur, que aliquos

aliquoties rursus destillatione ab oleo est separanda. Iudicium autem de perfectione olei sumitur hoc modo. Illinatur oleum crudo carnis frustulo, siquidem id non deauteatur, sed ad profundas partes penetrauerit, ut auris species nusquam appareat, optime destillatio & operatio successit. Hoc oleum volunt, omne aliud aurum potabile, quocunq; modo id fuerit præparatum, virtute & facultate excedere.

Sol potabilis ex scheda Italica. Recipe pumicis puluerisati ℥. iiij. auri finissimi in folijs 3 viii. & simul contunde diligentissime, post accipe ℥. iiiij. dicti lapidis tusi sine auro & fiat lectus è pumice, & alias supra hunc è pumice cum auro, vicissim pergendo in olla vietata lutata ne respiret, & ollam collocato in furno ignis temperati per dies 40. post extra he aquam vitæ ut scis, hoc est, infunde ipsi aquam vitæ, & aurum quasi oleum ascendet.

Aurum potabile, quale à Raymundo præparatum olim fuisse, fama est. Accepit auris purissimi quantum illi videbatur, quod in aqua regis seu forti (aurum nimirum dissolue) dissoluit primo, deinde vero aqua & spiritus destillatione extraxit, ad exicationē materiæ, ad eum penitus modū, quem in precipitato faciendo, sequuntur vulgo: tandem in cella vinaria in oleum resolutū (quod quinto die fieri solet) rebus alijs permiscuit, & propinavit. Facilis hæc est, & expedita via minimeq; negligenda.

## EVONYMI

Aurum potabile sic fit, ex libro manuscri-  
pto veteri Alchymico. Fit aurū potabile eo-  
dem modo, quo supra, ex eodem libro docui-  
mus facere oleum vitrioli. Et eodem quidem  
modo fieri possunt omnes lapides pretiosi  
potabiles, non ponendo Mercurium, sed tan-  
tum sulfur. Recipe ergo quemcūq; lapidem  
pretiosum, eumq; tere subtilissimē super la-  
pide porphyrio, deinde adiunge ei tantum  
dem sulfuris viui subtilissime triti in pōdere,  
& postea pone in crucibulo inter carbones  
ignitos, donec fiat ignitū, ut carbo & sulfur  
sit combustū & exhalatum. Hunc puluerem  
residuum rursus pone in marmore, & iungo ei  
de sulfure pondus suum, & fac ut prius feci-  
sti, & iterum similiter fac tertio, & tunc erit  
lapis tuus sufficienter præparatus. Tunc re-  
cipe de isto puluere 3 s. de prædicta aqua 3  
iii. & pone simul in ampulla, & fac ut aqua al-  
bescat, & remanebit lapis tuus sicut pasta,  
cui adiunge aquam vitæ, & habebis lapidem  
potabilem pretiosum. Valent huiusmodi la-  
pides potabiles cōtra diuersos affectus seu æ-  
gritudines corporis.


Medicina à Deo data ad præseruandā ho-  
minum vitam in statu longeuo, etiam lepræ  
resistens, multas in se habens virtutes mira-  
biles occultas. Ex de sole purissimo in subtilis-  
simum puluerem redacto 3 iii. & de balsamo  
electo 3 j. & de myrrha electa & aloë hepatico  
& thure, & ladano non sophisticato ana 3 ii.  
campho-

camphoræ 3 v. conficiatur cum oleo pomorum mandragoræ & balsamo simul mixtis. De hac medicina recipiatur 3 j. vel s. in mense & superbibat vitrum plenum de vino ardente mixto cum aqua buglossæ & florum rosmarini, simul mixtis & destillatis per alembicum. Hæc medicina regalis est & magnifica, cuius laudes sunt innumeræ, nec indignis communicandæ. Equiparatur auro potabili: & si aurum purum esset resolutum in aqua sine corrosiuis, & prædictis rebus permixtū, multo pretiosior esset medicina. Item si quis iuuentutem diu conseruare velit, & talem medicinā habere nequeat, vratur quotidie chebulis conditis cum suo syrupo.

Aurum potabile aliud excellentissimum. Ante omnia, R<sup>e</sup> vini vetustissimi q. s. pone in alembico vitro, postea luta capellam cū alembico, ut & recipiens, fiat destillatio in balneo Mariæ, separando ab eo quatuor elementa: videlicet prima exiens aqua, erit acuta tenuis ad insipidum gustum, quæ nihil valet. Secunda erit acutissima, ignem referens, quæ & ipsa inutilis. Tertia erit dulcis gustu, & illa optima est, quia aërea constat materia. Quarta omnino insipida, quæ nihil valet, & terra dicitur. R<sup>e</sup> ergo prædictæ dulcis aquæ, videlicet materiæ aëreæ 3 v. auri purissimi, in tenuissimas laminas redacti, & in parua frusta incisi 3 j. s. pone in alembico parvulo vitro, optimè in fundo lutato, & fac destil-

# EVONYMI

Iare per dies quinq; igne quatuor lucernarū,  
ita ut sequens figura oculis subiicit.



Vbi candelabrum vides, hic ponitur lu-  
cerna ardens, quatuor luminibus.

Diebus quinq; præteritis amoue lucernā,  
& impone ignem mediocrem carbonū, per  
horas 24. & transfibit tota aqua ad recipien-  
tem, & permanebit aurum in fundo alembi-  
ci, referens oleum clarissimum, quod est ve-  
rum aurum, potabile pretiosissimum pro vſu  
medico. Hoc quidam vſus est frequenter si-  
ne commixtione cum aqua vitæ. Valet ad o-  
culorum suffusiones curandas, si patienti su-  
pino iacenti minuta aut semiguttula, in an-  
gulū syluestrem eius oculi immittatur. Sur-  
ditati inueteratæ (an verò ex quacunq; causa  
ortæ,

vitæ, scire non possum) medetur vñica gutta  
in aurem iniecta. Gallicam scabiem persanat,  
si excisis prius pustulis, cicatrices ipso vngans  
tur, hoc modo: Si pustulæ fuerint in uetera=  
tæ, primo eæ candenti ferro, aut forcipe, sunt  
extirpandæ, deinde oleo solo ulcerata loca  
inungenda. Quod si recentes fuerint pustu=  
lae, ipsis saltem oleum inungitur, & hoc mo=  
do multi, certa experientia sunt restituti. Cū  
aqua vitæ appropriata hoc oleum commi=xtum  
proportione ferè sextupla, vel octupla  
aqua ad oleum, valet contra omnes destilla=  
tiones capitum, præsertim frigidas, id est, ca=  
tarros suffocatiuos. Commiscendum autem  
ita, vt in aquam vitæ, gutta de oleo auri instil=letur,  
ac vehementer conquassetur, donec aqua  
vitæ ab auro rubrum ferè colorem, pel=lu=cidum tamen, acquirat. Idem oleum cum  
aqua vitæ præparatum, ac deinde cum lacte  
caprino cōmixtum, tantisper dum lac colora=tur,  
iuuat inflationes, & exulcerationes oris,  
& gutturis, si eo fiat gargarisatio. In præserua=tione,  
sex vel octo guttulas, si singulis vel qua=ter denis, vel septimanis sumantur: in cura=tione  
autem medium, vel integrum cochlea=re, exhibitum ei, qui vel apoplexia vel epile=psia, vel conuulsione, aut simili affectu fuerit  
correptus, curat. In summa, facultates eius  
sunt, constringere, simul & purgare, & cor=roborare. Qui hoc oleum, paratum habebar,  
nunquam cuiquam purum vendere voluit;

## EVONYMI

sed semper cum aqua vitæ præparatum ; ea obseruata proportione , quæ supra est indicata . Vnicam vnam , non minoris vendidit , quam duobus coronatis .

Auri oleum egregium . Folia auri mace-  
rata in succo limonum ( an & aceto , præser-  
tim destillato ) & aqueo humore destillatio-  
ne detracto , ( quid si margarite & corallia ad  
dantur ) remanet in fundo quasi buryrum . Id  
vinum mixtum , aureum colorem ei conciliat ; & acetosum facit , ac mirifice putredini  
resistit . Purgat etiam multos , & sudorem mo-  
vet . Fac periculum , videbis me vera scribere  
( inquit vir doctus in literis ad Gesnerum ) &  
non improbabis auri usum . Hoc remedium ,  
sicut & oleum vitrioli , quod in aurum redi-  
gi potest , valde prodest leprosis , & qui inun-  
ctionibus Mercurialibus ab istis hominibus ,  
qui imperitia pecuniam luctantur , ut Hip-  
pocrates ait , sunt perdit .

Oleum de auro , summi cuiusdam experi-  
mentatoris apud nos secretum , quod Gesne-  
rus à quodam accepit , ea lege , ne cuiquam pa-  
refaceret . Aurum soluitur in aquam , nescio  
cum quibus acribus remedij : sic solutum ,  
super igne nō potest eleuari & destillari pro-  
pter pondus , sed infusa in ipsum pauca aqua  
ardente rectificata , sine igne mox ascendit ( &  
statim oportet supponere recipientem ) & se-  
paratur à materia illa reliqua erodente , qua  
solutum fuerat in aquam .

De

De oleo auri secretum magnū, viri in hoc  
genere destillationis, haud mediocriter exer-  
citati. Primo omnium pro hac operatione,  
habcas cyathum, aut vas aliud vino nigro  
optimo, ad summum usq; repletum, quem in  
aliud vas aqua frigidissima oppletū colloca-  
bis, præsertim si operatio æstatis tēpore susci-  
piēdā: quo enim vinū fuerit frigidius, eo pl<sup>p</sup>  
olei, quo verò calidius, eo minus, aut omniō  
nihil haberi potest. Huic cyatho superimpo-  
nas maiorem istam quadratam, & latam, te-  
nuem tamen laminām ferream, qualem si-  
gura A litera notata repræsentat, habentem  
in medio foramen rotundum, amplumq;. In  
foramen magnum mox immitte & adapta-  
to conchulam seu vasculum æreum D. vel  
aureum F. vel cuiuscunque alterius materiæ  
(è cupreo enim, cupri oleum hábetur, vt ex  
aureo vel argenteo, auri vel argentii) in quo,  
post operationem absolutam, oleum reperi-  
tur, cuius fundus in refrigerato vino sit sub-  
mersus. Quod si vasculum illud angustius  
fuerit, quām vt exacte foramini medio A. cō-  
mitti possit, lamine A. circulum B. itidem te-  
nuem imponito, vt foramini angustiori, re-  
cte D. vas angustius, conueniat: quod vt fir-  
mius hæreat, nec facile loco moueri possit,  
firmandum est, tenaculis illis A. lamine con-  
iunctis & hoc<sup>\*</sup> signo, noratis. His omnibus  
iam rite administratis, imponendus erit fun-  
do vasculi D. vel F. rotundus pannus, exiguo


g

## EVONYMI

us, subtilis, rarus, ex lino. Quo facto, excitandus erit ex carbonibus viuis ignis, eiq; impone nedium operculū C. si D. vasculū vino fuerit immersum, aut E, si F. ibiq; relinquendū, quo ad totū excandescat: tum forcipe acuto operculum ansula (qualem in vtroq; inferius con spicies) apprehende, & vasculo seu conchulae, eo quo vides modo, subito impone, sic exercitabitur statim stridor, & panniculus in coauitate positus, comburetur. Vbi stridor cesarit, & ipsa etiam vasa paululū refrixerint, operculo forcipe rursus semoto, atque etiam panniculo adusto, & nigro ingeniosè ablato, in fundo vasculi apparebunt tibi, aut ad latera plures, ad minimum verò vna olei vel auri, vel cupri, aut argenti, guttula, pro vasculi natura, quod est colligendum subili cochleari & paruo ex argento facto, & in vase argenteo diligenter custodiendum. Notandum hoc loco, oleum tale, natura sua cito picis instar densari aut inspissari. Cuius si vsum aut vtendi modum requiras, accipito tempore necessitatis huius quantum videbitur, & dissolute in cochleari in aqua vitæ, aut aqua cinnamomi, & exhibe ægroto, nū huius olei efficaciam & facultatem, non sine admiracione, experieris. Quod si in cupreō vase, oleum quæras, aut auricalcho, caue intra corpus exhibeas, sed ad extra serpiginī, & alijs maculis fœdis inunge. Oleum in argenteo vase hoc ingenio factum, potentissima oculorum est medicis.

medicina. Oleum auri, inquit idem, propriaui filio meo, iam iam animā quasi agenti, trium guttarum quantitate, in aquæ vitæ cochleari pleno, & statim ad vitam rediit.

*Sequuntur instrumenta.*




A. Lamina ferrea quadrata, cyatho vinum continenti imponenda, habens foramina quatuor magna, vt cyatho alligari possit, ne facilè loco moueatur. Habet præterea duo parva, correspondentia duobus foraminibus in circulo B. vt si is imponendus sit, firmari possit. In eadem conspiciuntur


g 2

E V O N Y M I

etiam, retinacula duo, asterisco notata, ut  
vasculum foraminí magno impositū con-  
tineat.




B. Circulus for-  
men habens mi-  
nus, pro minore  
vasculo.



C. Eiusdem opercu-  
lum.

D. Vasculum æres-  
um angustius, B.  
Circulo conueni-  
ens, cum ansa pro-  
minente rectâ sur-  
sum.

F. Vat



E. Eiusdem operculum, cauum sue  
pra, cum ansa sue  
pra infraq;.

F. Vas maius aure-  
um foramini A,  
immediate impo-  
nendum.

Descriptio auri vitæ, siue pulueris Solis, re-  
cipe Mercurij ʒ iiij.s. aut ʒ v. lauetur exqui-  
site aceto & sale, auri Vngarici ʒ s. ex his fiat  
amalgama, quali vtuntur aurifabri ad vasa  
deauranda, lauetur amalgama istud aceto &  
sale toties, quoad nullam demittat amplius  
nigredinem. Hoc impone in bocia vitrea, cui  
postea tantum aquæ fortis affunde, ut liberè  
Mercurius totus solui possit, in fundo ve-  
ro appareat aurum puluerisatum punicei co-  
loris. Huic bociæ impone capitellū diligenter  
lutatum, & destillatione separa aquā for-  
tem, primo quidem lento igne, post verò for-  
tiori, semper ignē augendo; postremo verò ut  
etiam arena ignescat, & spiritus omnes extra  
hantur, tum refrigeretur, & post refrigeratio-  
nem aperi bociam, & reperies puluerem co-  
loris purpurei, forma instar cuiusdam \* plas-  
centæ simul permixtæ. Vitrum frange, &  
placentulam istam in libero aere super por-

g 3

## E V O N Y M I

phyrio lapide terito in puluerē, & faciē à vē  
to auerte, qd' fumus & odor sit venenosus.

Calcinatio. Accipe D. vasculum satis am-  
plū, quale vocant Germani ein trībscherben/  
& pone sub parua E. testa circum circa for-  
minibus aliquot perforata, in fornace auri-  
faborum, & sine vt ignescat obscurè: quo ha-  
bito, ferreo cochleari huic vasculo infunde  
aliquid de hoc puluere, utpote ʒ i. & s. aut ʒ  
ij. pro vice, ferrea spatula benè agitando, &  
apparebunt tibi varij colores, qui tandem o-  
mnes in nigrū degenerant: tum semper per-  
ge, nec intermitte, dum rursus rubrum colo-  
rem acquirat. Quo apparente colore, aufer  
ab igne & sine vt refrigeretur. His factis, a-  
liud vas simile superiori accipito, eadem ma-  
gnitudine qua prius fuerat, & illud colloca-  
to in locum prioris, & rursus de puluere af-  
funde vt prius, & igneatur vt priori vice, sem-  
per & continuè mouendo, dum omnes colo-  
res evanescant, & rubedinem acquisuerit, sic  
beneficio huius calcinationis, omnes spiri-  
tus aquæ fortis dissipantur, vt intra corpus  
assumptus puluis, nullā possit afferre noxā.

In præparatione huius pulueris, est cauen-  
dum à communi Mercurio, quem Alchy-  
mistæ quidē coloribus tingunt, sed sine au-  
ro, nec ita validè calcinare potest.

Dosis huius pulueris est, senibus quidem  
pondere denarij antiqui, pueris verò duode-  
cim vel quatuordecim annorum, oboli anti-  
qui, in hostia, vt integrè descendat.

Aqua fortis fit, Accipe vitrioli ℥. ii. salis petræ non extinti & optimi ℥. i. permisce terendo, destilla ad omnium spirituum extractionem, ac postea rursus secunda vice, si ne vlo additamento destilla, vt à spiritibus etiam crassioribus separetur, quo facto, aqua fortis hæc potens est, quæ Mercurium soluat, & aurum calcinare possit. Hæc omnia ex lib. Caspari Kegleri Medici Lipsiæ excusi.

Explicatio quorundam, cum figuris, cuiusdam Medici insignis.

A. Amalgama sic fit, aurū purissimū in laminas diducitur, postea crucibulum igni impositum fac vt excandescat, cui (extra ignem) infunde auri laminas & Mercurium, vt miscantur, mixtura dicitur amalgama.


B. Bocia collocata in loco calido, citius ab aqua forti operatio fit.

D



D. Vas, quod vocamus Germanicè, ein trybscherb/ refert quodam modo vasculum illud, in quod tonsores secantes venam, sanguinem recipiunt, nisi quod hoc ex auricalcho, illud ex terra factum est, huius formā hic adiecimus.

E




E. Testam vocavi, quod in Germanico vocabatur ein müffel. Constat ex terra cocta, formata instar parui clybani, in laterib⁹ perforata, cuius hæc est figura.

g 4

# EVONYMI

F. Fornax aurifabrorum  
ex luto parata, in hanc  
formam.



**F** Descriptio pulueris  
Solismodobreviori hec  
est, ex eiusdem obserua-  
tione. Frustra enim sit  
pluribus, quod potest  
fieri paucioribus. Accipe vas nouum terreum  
amplum, lato orificio, ut patellae sunt tonsor-  
um venam secantium, nisi quod latius esse  
debet: hoc ipsum in igne ex carbonibus ac-  
censo, igneatitur, ut rubescat, postea pulue-  
risa rubrum hoc caput tuum ex destilla-  
tione genitum, ut paulo ante dictum est, & in  
vas illud ignitum effunde, spatula ferrea con-  
tinuè agita, ut fiat ex nigro fusci coloris, ac  
tandem rursus rubri, & habebis puluerem  
Solis: caueas tamen ne ab eius vapore vene-  
noso inficiaris.

Aur, accipe amalgama illud de quo supra,  
& sine vt in aquam liquefaciat, vt in fundo au-  
rum appareat, in modum pulueris punicei.  
Bociam perlutato, in qua destillatio facien-  
da est, & per se exicetur, vt facilius ignem fe-  
rat. Postea impone capitellum, perlutando  
rimas seu iuncturas cum petia linea & luto  
sapientiae, ne spiritibus pateat exitus. Hoc a-  
nimaduertas, quod si bocia, in qua contine-  
tur amalgama cum aqua forti, capax fuerit  
mensuræ unius, vt recipiens sit amplitudine  
decem

decem vel duodecim mensurarum, alioquin multitudine atque etiam fortitudine spirituum, recipiens rumperetur. Quo facto, bocia cum capitello collocetur in fornace reverberationis, in qua ignis ex carbonibus sit, ut sequitur. Primo ignis lentus sit, usque quo spiritus cœperint ascendere, postea paulatim augendus. In fine aqua fortis clarescit rursus. In superiori parte fornacis ubi ventilia sunt, claudatur fornax, relictis tantum spiraculis.

De auro vitæ seu puluere Solis ( alij præcipitatum cum auro vocare evidentur, de quo pauca supra quoque de aquis metallicis in fine ) sic quidam doctus vir ad Gesnerum scripsit. Auri vitæ, inquit, seu pulueris Solis, in eum finem descriptionem expetere mihi videris, ut iudicare possis, an eius usus tutus esse possit. Laudo institutum, ut omnia ad usum referas. Componitur ex Mercurij viuis 3 v. auri puri 3 s. aquæ fortis q. s. Usus sum ego isto mense, & indies vires exterior. Morbum magnum isto curo, qui si cesserit, ut bonam spem operatio præbuit, dico donum Dei, &c. Crederem ego ab illo qui nuper præparauit, cui ego semper astiti, 3 ij. posse duobus Daleris redimi: nam ille laborem & odoris tædia, nec non vasa, magni æstimat. De hoc puluere Solis, scito me citra omnem noxam, dedisse grana quinque, sed cum ad


g s

## EVONY. THESAV.

grana octo ascendissem, vomitum & aliud des-  
iectionem strenue moui, cum antea quatuor  
continuis diebus grana quinque propi-  
nassem, &c.

Argenti (oleum puto) fit, recipe argenti  
calcinati, quantum volueris, pone in acetum  
destillatum, & intra aliquot dies soluetur,  
& fiet cæruleum, tum lente in balneo  
Mariæ euaporet acetum &  
fiet (oleum) pulcherr-  
rimum.

F I N I S.



## CASPARI VVOL

PHII MEDICI, PHYSICI TIGURINI, de Viatici noui editione, ad tubantem Antonij Valetij Galli linguam, Responsio.

**V E M A D M O D V M C V M**  
 puer adhuc essem, ita à parentibus meis, hominibus honestissimis et optimis edoctus sum, ut nocere nemini, prodeesse quām plurimis studerem: ita sane postea, eum esse doctrinæ liberalis omnis et studiorum bonorum finem, cùm ab optimis præceptoribus meis audiui, tum ab ineunte ætate mihi persuasi, ut que vel auscultatione, vel lectio ne, exercitatione et vsu consequi possem, eorum omnium usum atq; fructum, ad utilitatem publicam referendum arbitrarer. Quaratione duetus, cum peregrinationum mearum laboribus exatlatis, in patriam reuertissem, in eam curam incubui, ut id non patriæ, ciuibusque meis solum, verum etiam alijs quibusunque possem, præstarē. Hoc animo, candide lector, superioribus annis, Viaticum nouum, authore et impul sole Gesnero, in lucem dedi: librum incerti quidem, sed erudit tam, ut in Præfatione mea, ingenuè, vti debui, sum professus, viri. Eam operam meam, cum multi viri clari, datis ad me

AD CALVMNIAS

literis gratam & optatam fuisse sibi profiteretur: ecce præter expectationem omnium, prodit Antonius Valetius quidam, nouus ne an̄ vetus, nescio, sed impudens, & quæ ac imprudens conuiciator, qui librum eundem edit, & editionis suæ titulo, furti crimen mihi impingit, & epistola operi præfixa, ut vel hæredibus Hollerij, vel Typographis aut bibliopolis Francfurti librum hunc furatum me suspicentur, insulsis, ineptis, impudicis, vanis, falsis, maliciose confictis atque ementitis criminationibus, fidem facere conatur. Ac quanquam eum ego omni responione indignum ducam, & offensi eius leuitate & malitia multi magni viri, ne ei vel tantillū responderem, me sint etiam atq; etiam cohortatis tamē ut is, qui exhausto pudore, se videat nihil habere, quod de existimatione sua perderet, indegnus sit responione, existimauit ipse & bonos viros, quorum in oculos hæc conuicia homo impurus euomuit, dignos esse, qui veritatis certiores fiant, & optimum illum librum, quem pro ingenita conuiciandi libidine etiam multis modis ipsum imprudens lædit, ab huius contumelia vindicandum.

Paucis igitur efficiam, ut qui sunt & quis et alienis ab obtrectatione animis, viri videant, cum quid de conuiciatoris huius impudenti, malignaque criminatione, tūm & de facto meo, sit statuendum.

Ac

Ac primum, ut ante omnia, conuicijs atque contumelijs huius occurram, arbitror bonis & prudentibus viris non difficile esse animaduersu, quod hic conuiciator, magni quidem sceleris crimen mihi inferre velit: sed eam tamen intentionem suam, nimirum partim absurdis & ne verisimilibus quidem & sibi contrarijs argumentis, partim conuicijs iustificans, cum nequeat aliter confirmare: ac dum me reum improbitatis agit, in graui suspicione, suam quantumcunque reliquam habet, probitatem ponit. Etenim quae argumentorum loco obtrudit, firma sepimenta vocat, scopas dissolutas, & arrepta ex triuio maledicta, quibus accusationem suam cinxit. Primum rem ut acta sit, se recitatum pollicetur, qui tamen sibi ipsi adeò parum constet, ut non solum ipse mox neget, quod paulò ante affirmarat, verum etiam improbitatis sue conscientia, eo usque extrudatur, ut sibilinguam titubantem esse, ipsemet miser fateatur. Deinde vero validā illam, si Dijs placet, machina adhibet, ad labefactandā causam meā: Aut, inquit, ex Holleriana bibliotheca librū suffratus es, aut alium effingis huius parentē, ē cuius scribijs hūc extorseris. Prius si fateare, quid Hollerij nomē tacuisti? Posterius si concesseris, Hollerio quam sis iniurius num vides? &c. Egregium vero dilemma, quo me ceu sibi simili, constringere erat conatus. Sed quos mihi fegerat,

## AD CALVMNIAS

ipse soluit nodos, ut nuspian sibi satis constet.  
Nam vt ostenderet, me exemplar illud, neque  
ex Holleriana bibliotheca, neq; ex alterius scri-  
nijs (vt ipse mentitus more suo fuerat) suffura-  
tum, subdit statim, audire sese ex Francofordia  
nis nundinis, in quibus venalia haberentur, v-  
num aut alterum comparasse exemplar. Proh  
fidem, vt fictarum rerum memoria difficilior  
est, quam verarum? Cur non quæso ~~et~~ vñp; vñp;  
Quintilianis paræmia admonitus, qua menda-  
cem esse memorem debere monet, mendaciorum  
vela contraxisti? Quid sibi hæc, nugator impro-  
be, verborum, linguaeque vult lasciuia? Hic  
potius, o bone vir, titubanti tue lingue, venia  
fuerat exoranda. Si de facto planè tibi constitit,  
cur tot effingis huius furti perpetrati modos?  
Cur configis ad tam multas ac varias coniectu-  
ras? Si verum sit, me ex Holleriana habuisse bi-  
bliotheca exemplar, falsum est, quod dicas, id aut  
aliunde, aut Francofurto me surripuisse. Rur-  
sus si ex nundinis furatus sim, falsum itidem &  
ementiū fuerit è Bibliotheca Hollerij arreptū.  
Deniq; si Hollerianum exemplar sum furatus,  
aut è vacuo bibliothecæ loco tuū nactus es exem-  
plar, aut aliunde, si præter vñm hoc, aliud vñm  
fuit reliquum, vnde et tu quoq; tuū suffuratus  
esse videbere. At quam à vero aliena sint, que  
malitiose protulisti, vel id argumēto esse potest,  
quod Francofurtū nunquā veni: sed ijs ipsis ex  
nundinis

nundinis exemplar Hollerij de Curat. morb. huc allatum à Froschouero nostro fuit, quibus Viaticum à me editū isthuc delatum erat. Idq; etiā temporis ratio, et qui magna pars rerum aetarū fuerunt, testabuntur. Neg; vero vlla arte clandestina, nullo furtiuo ingenio, nec nundinis quoq; opus fuerit, ad comparandū id, quod in multorū manibus est vulgatissimū. Si à multis Europæis excepta, hue illucq; dispersa profitearisi, ut facis Valeti, cur non cogitas id, ad amicū aliquem etiā meum peruenire potuisse? Noui Germanie viros per celebres, in quorū bibliothecis, viginti ab hinc annis hic liber est asseruatus: an etiā hos, calumniator, eodē quo me criminis reos notabis? An si quæ alia partim in virorū illustrium lectionibus excepta, partim sponte ex amicorum bibliothecis cōmunicata, partim etiā quorum est copia maxima, à Gesnero nostro acquisita, quæ et ipsa forte apud alios extare possent, domi mæ reseruo, per me aliquando in publicū p̄dierint, furti reus tibi videbor? Aut ut ex multis vñ referā, si quos Iacobi Syluij in Galeni libros de locis affectis, cōmentarios, inter legendū, copiosè et ad uerbū excepti, quando in studio sōrum gratiam, mea opera editos in publico conspexeris, furti denuò me insimulabis? Verum Antoni, si tanto prouehendæ laudis et glorie Hollerianæ studio tenebaris, si respub. literaria tātē tibi, quantā p̄ te ferre videris, eurae fuit,

## AD CALVMNIAS

si hæredum commodo atq; utilitati, tam egregie  
prospectū voluisti, quæ causa quæso est, cur ho-  
rum librorum editionem, tandem distuleris? ne-  
que enim hoc tuum factum, culpa vacare potest.  
Annos duodecim aut plus eo, huius libri editio-  
nem, siue id tua, siue alterius opera fieret, atten-  
te expectau: quod si Gesnero fuisse obsequu-  
tus, aliquot annis tuam ante uertissim editio-  
nem. Nunquam tamen editurus fuisset, nisi  
et summa eius viri erga me authoritas, et  
mea quoque erga præceptorem obseruantia, no-  
lentem atque inuitum impulisset. Sed quo pa-  
sto fallacia alia, aliam trudat, seque sufficienter  
malis artibus imbutum omnibus persuadeat,  
imprudentis imposturæ nomine me repreben-  
dit, nesciuisse neque verba et remedia immu-  
tare, neque longius tempus editioni concedere,  
quibus impostura tegeretur. At eo ipso, et illa-  
rum artium usus atque exercitijs suspicione me  
liberat omni, et instruere eius artis præceptis  
et institutis perinde vafre conatur, ac si inde à  
paruulo eam artem didicisset, longoq; usu con-  
firmasset. Sed quas quisque norit, has exerceat  
artes. Ego et honestiore sum loco natus, et  
melius educatus, et probioribus amicis usus,  
quam ut mihi Valetij scholam frequentare, vel  
artes eas libeat exercere. Atque hæc quidem  
sunt illa, quæ conuiciator ille titubans, argu-  
mentorum vicem obtinere, et accusationi sua  
fidem

fidem facere posse existimat. His cum ita titubaret, quod reuertatur non habebit.

Iam si spectare libeat ea, quae nihil habent propositi præter contumeliam: ait se mea nuga menta silentio præterire velle: sed si res penitus inspiciatur, id malignus conuiciator agit, ut et simplici sinceraque narratione mea prætermis sa, ad euomendum virus acerbitatis suæ plus temporis haberet, et ne ex meæ Præfationis verbis cognita causa, bonis viris, quanta me iniuria afficiat, appareret. Sunt autem per uniuersum eius epistolium sparsa, sane quam acerba, dira, horrenda conuicia, eaque et in me, et in Gesnerum, et in ipsum etiam opus per quam effrenatè projecta. Mibi quidem tentat doli mali, furti, plagi, latrocinij, impietatis criminâ inferre: quorum ego beneficio gratiaque Dei, nec conscientia apud me ipsum, nec suspicione etiam, nedum fama apud meos premor. Quo fit, ut haec eo maiore, excelsioreque animo mihi contemnenda ducam. Ac quoniam ille mihi verbis Euripidis abusus, capitis periculum minitatur: hoc profiteor, si iure causa debeat agi, ille conuiciator, in se potius haec et scelerâ et supplicia omnia recipere necesse habeat, quam me eorundem reum esse, sufficienti probatione euincere et confirmare, nedum fugam persuadere possit.

His contumelijs ac conuicijs, impudentissi-

b

## AD CALVMNIAS

mum etiam hoc mendacium infercit, quod dicit:  
me, ubi in Hollerij messem placidissimam oculos  
coniecisem, meam compressis labris cepisse  
commisici. Quod ipsum quam falsum sit, intel-  
ligunt ij, qui vel Viatici noui Titulum, vel  
meam in eundem Præfationem, leuiter modo  
aspexerint. Verba Præfationis meæ, lubet hic  
afferre, ut ipsa veritas, falsumq; melius discer-  
nantur. Optandum equidem fuisset, (scripsi)  
ut ipsemet author, quisquis tandem fuit (neq;  
enim cuiusquam nomine ascriptum liber habuit)  
hunc in lucem edidisset: quo laboris & ingenij  
sui laudem atq; præmium ipse tulisset, & liber  
elaboratior atq; perfectior exiisset. Et paulo post:  
Ac tale quid effecisse videtur, præsenti in li-  
bro, noster author, quisquis fuerit. Etrurus:  
Quæ quidem omnia, satis declarare possunt, cur  
hunc librum, aliena opera conscriptum, in pub-  
licum dederim, &c. Quin etiā, ne viderer velle  
vel minimam eius libri partem, mihi aut scri-  
bere, aut arrogare, ipsissima authoris verba &  
remedia ( id quod conuiciator improbus, in me  
reprehendit) ne quoquo modo ipsi authori vim  
facerē, intacta & immutata reliqui. Quod vero  
authoris nomen operi non præposuerim, non eo  
factum esse cōfilio, persuadeant sibi omnes, quod  
aut mihi eum voluerim arrogare, aut siue Hollerij,  
siue alterius honori turpiter detrahere, sed  
quod quis nam eius author fuerit, ignorauerim,  
id quod

id quod ingenuè & liberè ita se habere, profiteor. Vtrum vero, quod ille afferit, Hollerij genuinum opus fuerit, an alterius alicuius viri docti, possem sane id, siquidem quicquam laudis aut honoris Hollerij manibus essem detracturus, non obscuris significationibus, in dubium vocare. Noui viros graues, Hollerij ipsius fautores non postremos, de huius libri authore, dubitare. Et siquidem in Regia bibliotheca primum exemplar, vti fama est, sit repertum, dubitationis non leuis, hæc quoq; fuerit occasio. Verum vti dixi, cum de authore, mihi minimè constet, per me, Hollerij vt sit, licet, modo, cuius nam esset, ignorasse me, omnes intelligent.

Impudens etiam hoc mendacium est, quod inopia rei familiaris ad huius editionem libri impulsum me scribit. Fortassis ipsi tam angustares est domi, vt ad hos acquirendarum opum modos, configere necesse habeat: ac deinde, ut solet in vitæ & morum censura, alios ex se aestimare: sic aliorum hominum facultates suarum fortunarum modo metitur. Mihi, quando mea sorte bene contentus sum, & coniunctam cum pietate aurapnata vberrimi questus loco habeam, si nihil esset, nihil deesset tamen. Sed ex Senatus populusque Tigurinus, pro eo ac est non solum diues, verum etiam in homines bonarum artium ac literarum studiosos, mirum in modum munificus ac liberalis,

## AD CALVMNIAS

ita mihi benè prospexit, ut non opus habeam,  
hoc ad parandas opes vel magistro vel duce.  
Quin ille potius hac se liberet cura, ne stulte ex-  
temere omnia curando, nimirū fatigata, quæ est  
aliās male sana, mente, ex insano insanissi-  
mus fiat.

Quod ambitionis suspicione me grauare ni-  
titur, et acquirendæ gloriolæ studio, hoc opus  
a me editum fingit: id ipsum etiam inde accidit,  
quod ille ipse est laudis et gloriae adeò cupidus,  
ut etiam ex effrenatè projectis maledictis, lan-  
dem venetur: quam tamen apud scurras potius  
ac sibi similes, quam bonos ac graues viros con-  
sequetur. Et cum videret ipse, obscurius esse  
quam ferre posset, nomen suum: hoc quasi incen-  
so Diana templo, celebritatem aliquam nomi-  
nis, quæsiuisse, satis illifuit.

Sic quoque ~~ad~~ me alicubi vocat,  
quod non admodum curo: laudis enim studio  
nonnullo duci me, inficias non eo: optimus quis-  
que maximè laudis studio ducitur: tamen de eis,  
quam in hoc scripto suo ipse tulit laudem, secu-  
rum ipsum esse iubeo: hanc enim licet in trinio  
abiecam, non tollerem, nisi scurræ, mendaci,  
maledici, conuiciatoris laudem ferre vellem.

Corniculam Aesopicam an Germanicam,  
lingua titubans, balbutiat, hæret. Corniculam  
seipsum vocet, qui in tam paruo epistolio, nil  
laudandum habet, præter arreptas ex Gratia

Poësis,

Poëtis, atque in prauos suos usus detortas sentias. Quod si corniculæ nomen te grauat, recte vocaberis noctua inter cornices, vel asinus inter simias. Cæterum meæ me Germaniæ nunquam puduit. Germanam enim gentem constat leuitatis & vanitatis nomine, nunquam male: constantiæ contra atque fortitudinis causa bene semper audisse. Tu vide, quando patria dedecori tibi non est, ne tu sis patriæ, ut per pulchre Anacharsis Scytha, cuidam respondisse, perhibetur.

Nec à tua natura Vitilitigatoris nomen fuerit alienum. Nam cum Marcus Cato litium auidos, & alienorum operum calumniatores, hoc nomine dignetur, te, quando eiusmodi erga me es, & prior sine causa litem hanc moueris, posthac omnes, hoc utpote nomine dignum, nimirum appellabunt.

Rides præterea me, ut nouum Philosophum Tigurinum, id quod solutissimæ est arrogantiæ, dum mihi illud exprobras, quod tute ipse non es. Titulum hunc honoris, mihi Galli ipsi publice detulerunt, cæteræque nationes hactenus non inuiderunt, ut oratione modestè. Neq; enim sapientiam mihi arrogo, sed sapientiæ studium, quod nemo bonus improbarit. Tu vero hoc ante omnia vide, in Philosophiæ ne, an vitæ, aut quod epistolium illud tuum instar asini Cumæi prodit, neutro studio profeceris. Non est Phi-

## AD CALVMNIAS

losophia populare artificium, ostentationitanum paratum, sed in rebus ipsis, non in verbis ea consistit.

Similis planè est impotentiae, quod ne à Conradi Gesneri clarissimi, doctissimiq; viri manibus, os maledicuum suum abstinere potest: sed dum ei, pro eo ac vrgebatur eius authoritatis pondere, vult tribuere aliquid, hanc maculam aspergere non veretur, quod se passus sit à me, in latrocinij societatem asciri.

Quin & Tigurinum solum infelix, miser ipse existimat: at qua fronte? quoque ore? Eo sane, quo de gratias agimus Deo, loco sunt res Tigurinae, ut ne qua sit, his præsertim temporibus, in orbe terrarum, hac infelicior regio, diuinitus sit ac videatur exoptandum.

Sed & ipsi operi, quod Hollerij præstansissimi viri partum, is tantopere contendit, ego nec unquam negavi, nec etiamnum nego: tantū illi tribuit ac fauet, ut in deteriorem partem deorto rhapsodiæ nomine, per contumeliam appellat. Nimirū male sanus homo, ita & mente & lingua titubat, ut quæ laudare studuerit, eareprehendat, quæ extollere affectet, ea deprimat. Illud vero cum primis est deplorandum, quod cum effrenata ac furiosa maledicendi libidine, ad eorum, qui ipsum ne putarunt quidem unquam illa iniuria laceffendum, hominū famam, suis emen  
titis

titis criminacionibus aspergenda, ita petulanter efferatur: adeò tamen omnipotentis & sacrosancti Numinis veneratione & obseruantia omnivaleat, ut audeat ipso, ad dicendum pro se testimoniū producto, profiteri, se hæc nullo animi male morati maleq; constituti impetu, non gloria, non odio cuiusquam commotum, scripsisse, quæ tantū acerbitas virus excernunt, tam impotenciam animi tumores produnt, tantā rabiem spirat. Vide sis Valeti, ne quod alijs idem ausis, euenit saepe, Deus ille sanctissimus ac sapientissimus, cuius numine minime est abutendū, aliquando magno cum dedecore, & damno, toti generi mortaliū, quo loco veritas sit, attestetur.

Sed cur est, quod singula sigillatim, contrā ac institueram, persequar? dicam semel quod res est, hunc vanitate vaniorem Vanetium, non vilescendæ iniuriæ, nullā enim acceperat, sed inferendæ causa, ὡμηρίους ιατρούδια, ignominiosum, & conuicijs plenum scriptum, hoc prodidisse. Et sanè in uniuersum tam amarulentū tamq; impiū est, ut nedū honorū virorū, sed perditissimorum quoq; & sui etiā ordinis flagitiosorum hominū aures facile offendat. Quis enim unquā grauiora conuicia, prodigiosiora mendacia, & vaniora maledicta, tam exiguo epistolio, coaceruata, animaduertit? ita ὄντες αὐάρες επιμηκεῖν orationē vel legit ipse vel audiuit lectā?

## AD CALVMNIAS

Aut quis quæso vno in homine , qui tamen à se  
humani nihil alienum vult, tantum non omnis  
inhumanitatis virus absconditum crediderit?  
Verum non potuit homo obscurus , & maledi-  
cens, nec melius nec expressius ingenij sui atque  
morum imaginem apud exteris quoque natio-  
nes imprimere, & hominibus sibi ignotis inno-  
tescere , quam hac sua maledicta & mendacijs  
repleta epistola. Αὐτὸς δὲ ραπανῆρε τὸν τούτον τοῦ πίστης,  
ut innuit vetus Poëta. Quemadmodum enim  
meretrices , vt quibus nullus inest pudor , ira,  
furijsque accensæ , solent ex triuio arrepta con-  
uicia in aduersarios iacere: sic ipse quoque , ani-  
mi impotens , quicquid maledictorum in buccam  
venit , in me sine pudore , impudens ipse , eu-  
muit. At quam sit pericolosum Valeti , euome-  
re imprudentius , quæ non recte concoxeris , ex  
hoc tuo plus quam præcoci epistolio , disce.  
Igitur manticam istam tuam à tergo tibi depen-  
denter graui flagitorum thesauro grauidam ,  
anterius reuocato : quam ubi paulo diligen-  
tius inspexeris , cohibebis te forte posthac , si  
modo nulla te adhuc æqui bonique cura tangit ,  
intra humanitatis , virilisque grauitatis limites.  
Sed cur id facturus sis minus , facile video. Ut  
enim qui torpentina , stupidaque membra , vel obicit  
ipsum sana esse arbitrantur , quod præmortua  
sint , & sensus omnis , dolorisque expertia : sicut  
quoque ex porrecta fronte , fastu , ac verborum le-  
nocijs

nocinijs tumens, quin etiam lingua titubans,  
quid bonum, quid æquum, rectumq; minime cer-  
nis. Missum itaq; te & nunc quide, & in poste-  
rū, facia, vt cunq; sœuias, aut vanis, ementitisq;  
latratibus, omnem humanitatem polluas. Suf-  
ficiat mihi hæc, & contra falsissima tua argu-  
menta, & effrenatas criminationes, in medium  
produxisse.

His eius contumelijs ac conuicijs ita confu-  
tatis atq; explosis, supereſt, vt quid de fatto meo  
statui velim, & bonos viros statuere existimē,  
paucis verbis exponam. Cum enim omnis eius  
facti ratio, partim Gesneri, partim meis ipsius  
verbis, cum *Viatricum* illud ederetur, exposita  
fuerit, nō necesse est, nunc eius explicationi diu-  
tius immorari. Quin etiam ideo hoc operam de-  
di, vt & Gesneri ad lectorem epistola, & mea  
dedicatoria in ipsum opus Præfatio, simul ederē  
tur: vt ex his lector plenius ac melius omnem  
mei facti rationem cognosceret. Postquam igi-  
tur ex Academijs Galliæ & Italiæ, ad quas Me-  
dicinæ discendæ causa missus eram, in patriam  
redijſsem & Gesnero præceptoris, suppellectilem  
literariam meā omnem aperirem, inter alia que  
partim ex ore docentium excepta, partim aliun-  
de exscripta, partim ab amicis donata habebam,  
multa forte, vt fit, lustrando, hunc etiam de cu-  
randis morbis librum vidi. Eum ipsum post-  
quam paulò diligentius inspexisset, vt qui &

## AD CALVMNIAS

dolitus & vtilis, nec prius vnquam editus, vi-  
deretur: statim, vt aut ego ipsum, aut illi eden-  
dum traderem, me & tum quidem & postea e-  
tiam saepius, hortari atq; etiam monere cœpit. Id  
cum ego non semel, honesto aliquo titulo recu-  
sasse: post multos tandem annos, nec nisi, vt  
ipse quoq; operi præfationem præfigeret, autho-  
tate tanti viri persuasus, & libri ipsius vtili-  
tate, est consequutus. In quo quid peccatum esse  
possit, non equidem video. Ac ante omnia qui-  
dem, eiusmodi est liber iste, vt luce hac sit di-  
gnissimus. Neq; enim solum plurimorum mor-  
borum, & quidem difficultium, curationem e-  
docet facilem, exactam, methodicam, & exem-  
plis particularibus accommodatam, sed rara e-  
tiam experimenta afferit non pauca: tum quæ cui  
que affectui commoda esse possint, non modò sim-  
plicia & composita, sed & ea, quæ à proprietate  
quadam specifica, eidē vel profint vel obsint, pul-  
cherrima, proponit atque disponit. His alijsq; de  
causis, cū omni titulo & inscriptione vacaret,  
Gesneri autoritate, Viatici noui titulo est in-  
signitus. Neq; verò incōmode, vt opinor. Nā cū  
de authore non modò tum temporis, sed ne hodie  
quidem satis constet (cuius nomen merito obti-  
nuisse) ab eo, quod cūm stylī, verborumq; ele-  
gantia, tum verò remediorum expertorum nu-  
mero, nec non, quod quasi totius curatricis artis  
compendium videretur, viatici instar esset, est

9816NCB

nuncupatum. His alijsque commoditatibus, quibus liber abundabat, priuare rei Medicæ studiosos, num æquum fuit? diutius hæc priuatis cōmodis reseruare, num decuit? Sed nee vlla honesti ratio, factum hoc improbabit. Cum enim honestum pariter, æquumque, sit ac videatur, vt homines sese mutuo, non modò non lædant, sed ijs potius rebus, quibus honestè ac piè possunt, iuuent ac tueantur: nefas ducebam, postquā duodecim aut etiam amplius annos, mihi ipsi, meisque priuatis vfibus reseruassem, diutius intra priuatos parietes tantum vitæ thesaurum occultare. Extare autem eiusmodi libros, qui ad communem hominum & singulorum valetudinem aut conseruandam aut recuperandam momenti plurimum habent, non Medicis solum ornamento est, sed ipsis ægrotis utilitati. Multos inuenias etiam nū hodie, qui licet ita multis prodes se possent, ij tamē aut odio, aut laboris impatientia, aut alijs denique de causis, quæ habēt inuidēt: id quod Ges. pro sua erga studia propensione, in ea quā operi præfixit Epistola, pulchrē monuit. Ego cū nemini inuiderim, sed candide, nullis furtiis colorib. ornatū, nullis vel verbis vel rebus mutatum, qualēm nactus fueram, bona fide, omnibus fruendum æquè atque mihi proposuerim, præter rationem hoc meum factum damnari, nō possum non dolere. Nouimus tot & tam pretiosos in omni Philosophia libros, paulatim esse

## AD CALVMNIAS

amissos, partim quidem flammis, aut bellorum tumultibus consumptos atq; abreptos, vetustate partim ipsa corruptos, plurimos negligentia dissipatos, aut inuidia suppressos. Quod cum ita sit, omnes bonos viros, summa qua possunt contentionem, anniti decet, ut pauci illi libri, qui soli adhuc nobis diuinitus, ut videtur, per multa secula conseruati, ne nostra culpa pessum eant, incolumes conseruentur. In hanc curam veteres cū primis incubuisse, satis superq; nobis historie declarant. Alios enim legas, maximis sumptibus Bibliothecas collegisse, alios corrosos, laceros, corruptos, in integrum restituisse: alios ab alijs repertos, in lacem edidisse. Quod veterum studium, etiam hodie magna cum laude multi praestantes doctrina & eruditione viri, sequuntur.

Atq; his quidem, cum ad confutandum criminationes huius, tum ad explicandas pariter atq; defendendas facti mei causas, adductus indicij, & argumentis, hoc me consequutum spero: ut si minus coerceri illius improbitas ac pertulantia queat, tibi tamen candide lector, ita sit excusatione mea satisfactum, ut ipse etiam existimes, me non ideo vel doli mali, vel furti, vel latrocinij, vel alterius criminis accusandum, quia inconsulto Valetio librum hunc in lucem dedi: præsertim eo, quem dixi, authore, & impulsore, ijs quas cōmemorauit de causis, eo quem ostendunt & operi præfixa Præfatio, & ipsum etiam

etium opus modo, in eos etiam quos nemo non  
optimos videt & iudicat, vsus. Extremum igit  
erit illud meæ responsionis membrum, vt te  
vehementer iterum atque iterum rogem lector,  
ipse non solum hoc illius maledictis oppositum  
responsum meum, verum etiam hoc ipsum, quod  
is adeò indignis atq; iniquis traduxit modis fa  
ctum, reliquaq; mea in rem medicam publicam  
studia atq; officia mea, in optimam partem sem  
per accipias & interpretere. Quod vbi, vt spero,  
abs te impetravero, ad maiora, quæ præ manibus  
habeo elaboranda, perficiendaq; opera, post  
habito omni maleuolorū hominum  
liuore, me excitabis.

Vale.

ANTIQVISSI  
MA NOBILITATE, VIRTUTE  
et doctrina præstantissimis viris, D. Iohan. Ge-  
orgio et D. Christophoro ab Hinuyl fratribus,  
dominis suis colendissimis, Casparus Vuol-  
phius Medicus, Physicus Tigu-  
rinus. S. D.

**A**NTE annos duodecim, cum Medi-  
cinæ discendæ atq; exercendæ gra-  
tia, Galliæ, Italiæq; celebriores Aca-  
demias sequerer: forte in ruderibus  
cuiusdam bibliotheca veteris, hunc de curandis  
morbis libellum manu scriptum reperi. Eum  
ipsum vtrū vtilitatis publicæ prouehendæ gra-  
tia in lucem darem, an meis ipsius priuatis vsi-  
bus conseruarem, diu multumq; mecum dubita-  
ui. Ac suppressendi quidem huius causæ, cum  
multæ magnæ et graues occurrebant, tum illæ  
me potissimum mouebant: quod viderem, partim  
huius generis scripta selectissima tam à priscis,  
quam à recentioribus doctoribus elaborata ex-  
tare: partim esse plerosque in ea sententia, vt si-  
quid habeant rarius, aut, vt ipsi vocant, secre-  
tius, id ipsum sibi potius seruandum, quam pu-  
blicandum arbitrentur. Ex altera autem parte,  
Stoicorum non omnino improba sententia, qua  
homines hominum causa genitos afferunt, fecit,

vt exi-

# I N V I A T I C V M.

vt existimari nefas esse, occultare atque sup-  
primere, quod multis vñui & vtilitati esse pos-  
fit: in memoriam hoc Enniū Poëtæ dictum re-  
uocans, quod is qui de suo lumine, lumen alteri  
accenderit, facit, vt nihilominus ipsi luceat. In  
quacunque enim re aliquis ceteris præstat, ea de  
re hominibus bene mereri debet, & diuinam il-  
lam in nos benignitatem optimum quenque, ho-  
minem iuuando, quam proxime imitari decet  
ac conuenit. Qua de causa cum nihil sit, mea  
quidem sententia, tam proprium humanitatis  
atque amoris, quam communicatio, & semper  
aliquid, vt Ciceroni placet, ad communem vti-  
litatem afferendum, putavi librum eum, cuius  
lectione sepius mirificè sum & delectatus &  
adintus, cōmunem multis faciendum: & siqui-  
dem culpa hoc meum factum vacare non possit,  
in temeritatis potius, quam inuidiae crimen in-  
currendum. Optandum equidem fuisset, vt i-  
psemet author, quisquis tandem fuit (neque e-  
nim cuiusquam nomen ascriptum liber habuit)  
hunc in lucem edidisset: quo laboris & ingenij  
sui laudem atque præmium ipse tulisset, & li-  
ber elaboratior ac perfectior exijisset. Requirit si  
quidem hoc argumenti genus, quod de morbis  
fœliciter curandis & commodè regendis ægris,  
tractat, ingenium fœlicissimum, iudicium sum-  
mum, & experientiam longe maximam. Neq;  
enim frustra est, quod primo de Pulsu differens

## E P I S T O L A.

alijs Galenus prodidit, tantam inquiens, in hac  
arte difficultatem esse & obscuritatem, ut si  
vel triplo longius spacium nobis concederetur,  
ramen nec tunc quidem exactè nos omnia cognoscere posse. Nam quemadmodum nihil est, nec  
pulchrius, nec utilius, quam multis & varijs  
morbis huius artis beneficio leuari, & optatum  
sentire restitutæ sanitatis fructum: sic videtur,  
cum propter subiectum adeò nobile, tum pro-  
pter occasionem sane quam præcipitem, nec dif-  
ficilius quicquam, nec magis laboriosum quam  
de morbi specie rectè iudicare, & ea, quæ sint  
huic pariter & naturæ laborantis aptissima me-  
dicamenta, comparare. Est enim hoc vel præci-  
puum Medicæ artis officium, cum ægri tum  
morbis habere rationem. Et quanquam morbo-  
rū qui sub sensum cadunt, ex per se ipsi, (quem  
admodum in alijs rebus colores) percipiuntur,  
facilis sit perceptio & cognitio, facilisq; proin-  
de curatio: eorum tamen, quorum per media ob-  
seruatio fit, ut difficilis iudicatio, ita per medi-  
camenta curatio est. Quin etiam ægri natura  
communis & propria (cuius tanta est, quanta  
ingeniorum diuersitas & in temperatione, con-  
formatione, humorisq; dominio versatur) cura-  
tionis difficultatem auget. Ex his enim omnibus  
zandem collendum, intelligendumq; est, dia-  
tæ, vacuationis, alterationisue occasionem,  
vtendi modum, quantitatem & qualitatem. In  
tanta.

## EPISTOLA.

santa autem rerum difficultate & confusione,  
quæ in hac medicinæ parte obvia est, quis obse-  
cro non animaduertat, tūm Methodo, per vni-  
uersalia, ut vocant, theoremata, cūm exercentia  
seu experientia in particularibus exem-  
plis, iuxta Galeni doctrinam ( duobus instru-  
mentis ad cuiusq; artis scientiam comparandam  
necessarij) sopus esse? Οὐδὲν δέ, inquit Xenophon,  
ἢ τὸ ὑπερτον, ἢ τὸ λαχόν ἀνθεπόνοις οὐ κατάταξι: Et Methodi  
ignoratio, inquit Galenus, omnes dissensiones  
cum inter Medicos tum inter Philosophos pe-  
perit. Hac docet, quid primum esse debeat, quid  
secundum, quid denique tertium quartumue.  
Experientia quoque tanta est necessitas, ut, &  
ipsæ Methodi sine exemplis, neque Galeno neq;  
Aristoteli doceri posse rectè, viscet sint: & Pla-  
to testatur, arduum esse absq; exemplis res ma-  
gnas lucide ostendere, ut non immerito dicen-  
dum sit, particulari exercitatione Methodū ex-  
plicari. Quisquis igitur Methodo morbos cura-  
re instituerit, eamq; particularibus exemplis, ut  
fiat magis perspicua atq; illustrior, applicuerit:  
is demum videbitur, magnum quiddam in re  
Medica præstitisse: omnemq; eam, quæ in curan-  
dis morbis confusa & sine ordine proponitur,  
difficultatem, è medio tulisse. Ac tale quid ef-  
fecisse videtur, præsenti in libro, noster author,  
quisquis fuerit. Methodo vitiur perspicua, &

## E P I S T O L A

in opere pratico perutili, quam particularibus exemplis per pulchre accommodat. Rara afferit multa, et experimenta non pauca hinc inde spargit. In plerisque enumerat, tum simplicia, tum composita medicamenta ad singulos morbos, et circa finem Capitum ferè subiungit, quae à totius substantiae proprietate vel collo appensa, vel interius assumpta morbis medentur. Destillatos liquores praesertim compositos, egregios passim prescribit, aliaq; medicamenta multa ingeniose componit. Cellegit pleraque ex antiquorum et probatorum Medicorum scriptis magno iudicio, quorum pugnantes sententias quandoque conciliat, raro ab eis dissentit. Quamobrem cum ob has ipsas, quas modò diximus causas, aliasq; multas, omnino idoneus sit et dignus, qui à Medicis ad vias, preflectionesque circumferatur, praeterea etiam Viatici instar, propter remediorum quae continet præstantiam, esse queat, non incommodè forte Viatici noui (nimirum ut à Constantini illius viatico iam olim edito differret) nemen illi est impositum. Quæ quidem omnia, multaque alia, quæ, ne excedam scribendo modum Epistola, dedita opera nunc reticeo, satis declarare possunt, cur hunc librum aliena opera censcriptum, in publicum dederim: ut intelligent nimirum omnes quam utilitatis publicæ sim cupidus.

## IN VIATICUM.

pidus. Cæterum quod hunc librum, vobis potius quam alijs, viri præstantissimi, dedicauerim, summus meus erga vos, perpetua cum obseruantia coniunctus amor, fecit. Cum enim inde à teneris annis vobiscum vixerim familiariter, vosque ipsi tum temporis atque etiam adhuc, ita multis magnisque beneficijs et officijs prosecuti sitis, ut me totum vobis obligatum, deuinctumq[ue] teneatis: haud commitendum putavi, ut nullum omnino vel vestræ erga me benevolentiae, vel meæ erga vos gratæ voluntatis monumentum apud posteros extaret. Cumque vos, pro vestra ingenuitate et natura vere nobili, cum omnis liberalis doctrinæ studiosos simul ac doctores, amore maximo complectamini: tum etiam ipsi in liberalium artium et bonarum literarum, imprimisque Iuris ciuilis studijs, magnifice liberaliterque educati sitis: arbitratus sum nullum vobis offerri potuisse munus, quod et dignius et gratius vobis esset. Quamobrem illud munus qualecunque, meæ erga vos benevolentiae atque obseruantiae signum, ut benignis animis suscipiatis, ita mihi persuasi, ut nullis precibus impetrandum existimem. Illud potius à vobis unice peto et rogo, ut librum ipsum, & honorop, in fidem tutelam que vestram recipiatis, ita facile et omnium odium vitare poterit, et iniuriam sustinere.

E P I S T . I N V I A T .

Valete viri nobilissimi, & me, quod hacten  
fecistis, amare pergit: & pupillum hunc, hilas-  
ri fronte vobis adoptare. Tiguri Helvetio-  
rum, Calendis Augusti, 1565.

V. P. D.

Casperus Unolphus  
Tigurinus Medicus  
Physicus.

C O N .

# CONRADVS GES

NERVS LECTORI, REI

Medicæ studioſo S.

A VARITIAE affinium vitiorum nō vnum genns est. Sunt qui res bonas, quibus ipſi nec vti nec frui queant, inuidentia ducti nō communicant alijs, ſtolidi inuidiqꝫ, potius quam auari, et planè Canes (quod aiunt) ad præſepe. Sunt alij, illiberales illi magis quam auari, qui mechanicorum et barauorum hominum more, res utiles celant, vt ſoli ipſi fructum et lu-erum inde capiant. His vtijs qui obnoxij non ſunt, et qua bona vtiliaque poſſident, aut præſtare alijs poſſunt, ea nec inuident cuiqnam, nec celant et premunt, nec in ocio ſibi alijsque inutili et damnoſo verſantur, neque pecunijs aceruandis inhiant: ſed homines ſe eſſe, ad imaginem Dei conditoris fattos, et hominibus na-tos, (hoc eſt, omni hominum generi, viuentium et posterorum: non patriæ ſolum et amicis, vt veteres Philosophi ceneſebant,) probè memi-nerunt, illi demum vt veræ pietatis officio hac in parte fungi, ita non exigua laude digni mihi videntur. Quibus ego C A S P A R V M V V O L P H I V M etiam, conciuem meum et collegam, neceſſitudine non vulgari mihide.

## E P I S T O L A.

uinctum, medicum sane excellentem, adnume-  
ro. Hic enim cum aliquando librem hunc me-  
dicinalium curationum, nunquam prius edi-  
tum, quod sciamus, mihi ostendisset: & ego mul-  
ta vitae utilissima eo contineri animaduerte-  
rem, ut in publicum hunc thesaurum  
potius quam librum, proferret, hortatus sum.  
Is vero pro suo candore non difficulter mihi  
morem gesse, nec sordido illo & vetere illibe-  
ralitatis praetextu, uti apud me voluit: non o-  
portere scilicet, praeclara medendi inuenta, qui-  
bus multi imperiti abuti possunt, in vulgus  
spargi. Atqui si malorum & imperitorum ho-  
minum abusus, à rerum bonarum communica-  
tione deterrere nos deberet: omnia ferè illa qui-  
bus vescimur, alimur, & quovis modo utimur  
ac fruimur quotidie, occultanda vel è medio  
tollenda fuerint. Quo nomine sane optimi L E-  
C T O R E S , plurimum vos Vuolphio no-  
stro debere, si librum hunc diligenter euolue-  
re, & quæ in eo traduntur in usum vitae con-  
uertere volueritis, confessuros libenter non du-  
bito. Quod si feceritis, sicut debetis, candidè: nec  
reprehenderitis alienam in eo culpam, vt quod  
alicubi forte, quisquis est huius libri author à  
Galeni placitis, ( vt circa sanguinis detractio-  
nem, nondum confirmata aut declinante nimium  
estate, ( Arabum forte quorundam doctrinam

## E P I S T O L A.

ac morem secutus, recesserit: hoc candore vestro  
eum excitabitis, ut aliquando me etiam hor-  
tante, ceteraque ad aliorum morborum ac fe-  
brium curationem huic Commentario deesse vi-  
dentur, de suis interea assiduis obseruationi-  
bus, eadem scribendi methodo ac breui-  
tate, addenda explendaque

fusciptiat. V A-

LETE.

3 4

**INDEX RERVM SCI**  
**T V DIGNARVM, DE QVI-**  
**B V S I N H O C L I-**  
**bro tractatur.**

<b>A</b>	
Bsinthij sal	beus 143.b
215	Antimonij succus 141
Agarici,	Aqua ad uulnera,ulcea
turbith,	ra et fistulas 84.b
colocynthidis , rha-	Aqua ardens 190
barbari,etc. extra-	Aqua ardens contrape-
ctio 209.b	stem 196
Aluminose aquae com-	Aqua aromatica 190.b
positae 57.b	Aqua caponis 32.b
Anisi et foeniculi oleum	Aqua cinnamomi 120.b
109. 110	222.b
Anseris oleum 130	Aqua cito destillanda
Antimonij gema 139.b	13
Antimonij oleum 134	Aqua dealbatina 42
135.136	59
Antimonij preparatio	Aqua dealbans pilos
ut pellucidum fiat	50.59
139.b	Aqua deaurans res uae-
140.141.142.143	rius 65
Antimonij preparati	Aqua e semine canabis
us us 145.146.147	27.b
Antimonij spiritus ruc-	Aqua e sanguine huma-
	no 31.b
	Aqua fortis 57.59
	Aqua

I N D E X.

- |                         |                          |         |
|-------------------------|--------------------------|---------|
| Aqua frigidis morbis    | ma                       | 189. b  |
| omnibus conueniens      | Aqua fortis uires et     |         |
| 191                     | usus                     | 59      |
| Aqua marchasitæ         | Aqua rosaceæ prepara-    |         |
| Aqua mater Balsami uo-  | randa modus              | 30      |
| cata                    | Aqua ad oculos uarie     |         |
| Aqua odorifera          | 37.38.39                 |         |
| Aqua Philosophorum      | Aqua uitæ destillatio-   |         |
| 64. b                   | næ uarie                 | 186     |
| Aqua quæ omnia in pul-  | 187.188                  |         |
| uerem redigit           | Aqua uitæ proba          | 189     |
| Aqua reuiuiscere et iu- | Aqua aluminosæ com-      |         |
| uenescere faciens       | posite                   | 57.b.58 |
| 45.b. 46                | Aqua S.Aegidij ad apo-   |         |
| Aqua scribendis literis | plexiam                  | 48.b    |
| aureis in ferro         | Aqua causticæ            | 59.60   |
| Aqua tingens uiridi co- | 61.62.65. b              |         |
| lore                    | Aqua cicatrices tollen-  |         |
| Aqua tutæ               | tes                      | 98      |
| Aqua uitæ contra pez-   | Aqua destillatæ et succæ |         |
| stem                    | ci quid differant        |         |
| contra catarrhum        | 3.b.4                    |         |
| 193. b                  | Aqua odoratæ             | 42      |
| Aqua uitæ et eius uires | Aqua metallicæ et for-   |         |
| 182.183                 | tes                      | 57.58   |
| Aqua uitæ Friderici     | 59.60                    |         |
| Cæsaris                 | Aqua que aureæ et clæ-   |         |
| Aqua uitæ pro arthriti- | xir uitæ dicuntur        |         |
| cis                     | 51. 52                   |         |
| Aqua uitæ que optis     | Aqua soporifera          | 39. b   |
|                         | Aqua separationis        | 59      |

# INDEX

Aque theriacales	48	Aurum potabile	219
Aquarum destillatarum natura	3.b.4	Aurum uitæ	234
Aquarum & oleorum correctio	21.b	Auri dissolutio	220.b
Aquarum simpliciū de=		Auri oleum	233
stillatio	24	Auri potabilis • confi- ciendi descriptiones	
Aquarum thermalium proba uel destillatio	24.25.26	septem	223
Aquarum uitæ aliquot compositiones	193 194. 195. 196. 197 198. 199. 200	Auri potabilis faculta- tes	221.222.223 226. 227
Aquis & olea destillan- di artificiosus mo- dus	13.b	Aurichalchum dealban- diratio	65
Argentum uiuum qua- ratione è plumbo ex- trahatur	.69.b	B	
Argentum uiuum calcis natum. sublinn.	69	Balnei Marie modi	11
Ammoniacus sal	217	Balsamum Christi	91.b
Aromata destillandi mo- dus	8	Balsamum Hermetis	
Aromatica aqua	190.b	82.	
Aurum à metallis sol- uens aqua	63.b	Balsamum quomodo fa- ciendum	91
Aurum num solui posuit	219.b	Balsamum uerum quid	
		76.b.53.54.	
		Balsami ueri succeda- nea	77
		Balsama aliquot artifi- cialia à fol.	77.
		usq; ad 90. ex c.	
		Balsama & Balsameles	
		53.54.55	
		Balsas	

I N D E X.

- |  |   |
|--|---|
| Balsama non destillata<br>99                         | menta 8.b   |
| Belzoinū oleum 117.b                                 | Chymicæ artis ratio 2.b                               |
| Borax Alexandrina<br>217.b                           | Cinnamomi oleum<br>120.b                              |
| Boracis confectio 217<br>b.                          | Cotoneorum succus 212                                 |
|  | Corticum olea 1.20                                    |
|  | Cucurbitæ quomodo al<br>ligandæ 11                    |
| C  | Cumini oleum 110.b                                    |
|  | Cupri oleum 175                                       |
| Cali herba 225                                       | Cȳsimbrium 1.b                                       |
| Caponis aquæ uarijmo<br>di 32                        | D   |
| Capillos flauos reddere<br>66.b                      | Dealbatiua aqua 42                                    |
| Caryophyllorum oleum<br>113.114.b.115                | Destillatio quid sit 1                                |
| Carnes à putredine con<br>seruandi modus 52<br>183.b | Destillatio aquæ uitæ<br>186.187.188.189              |
| Causticæ aquæ : 59<br>60.61.62.65.b                  | Destillatio aquarū sim=<br>pliūm & therma=<br>lium 24 |
| Causticus puluis 67                                  | Destillatio in sole 10                                |
| Ceræ oleum 132.b                                     | in turri 13.b.14                                      |
| Chalybis oleum 175.b                                 | Destillatio olei cinha=<br>momi 120.b                 |
| Chamomillæ sal. 215.b                                | olei uitrioli 157.158                                 |
| Chartæ oleum 126.b                                   | oleorum in genere                                     |
| Chelidonij maioris &<br>qua 37.b                     | 71.72   |
| Chymistarum instru=                                  | Destillatio oleorum è<br>gummis 115.b                 |

# INDEX.

<b>D</b>	
Destillatio oleorum per usficam	72
per arenam	15
per ascensum & de- scensum 5.6.10.b.19	
per filtrum	19
per fumum	15
per glaciem	16
Destillatio quintæ ex- sentiæ	13
Destillatio qualem re- quirat ignem	6.b
Destillatio succini	
176.b.178	
Destillatio quatenus re- rum virtutes immue- t	3
Destillationis uarij mo- di	6.b.7.b
ueraratio	2
Destillationū forme & differentia	4.b
Destillatoria instrumen- ta	
uaria	16.b.17.18
Destillatoria usane in igne rumpantur	20
Destillandi olea ex sc- minibus modus	
108.b.109	
<b>E</b>	
Elixir uite	
52.55.56	
Ellebori extractio	210
Ellebori nigri succus	
141	
Extractio myrræ,	
loes aliarūq; lachry- marum pinguiū	213
Extractiones solutio- nes	
210.b.	
Extractiones succo- rum, rerum simpli- cium & compostarum	
204.210.b	
Extractionum uarij mo- di	
205.206	
207.208	
Extractoria instrumen- ta	
8.b	
<b>F</b>	
Ferrum indurandi mo- dis	
47	
Ferri oleum	175
Fermentatio	8
Foeniculi & anisi oleum	
109.110	
<b>Fornax</b>	

I N D E X.

Fornax destillationis in  
turri 13.b.14  
Fornax destillatoria Sar  
racenica 16  
Fornacum optima for  
ma 8.b  
Fortes aquæ 57.b  
uide aqua fortis.  
Fraxini oleum 116

G

Guaiaç i oleum 12.b  
ē Gummis olea 115.b

H

Hederae baccarum oleū  
112

Hirundinum aqua 35  
Hominis stercoris aqua  
31.b  
Humani sanguinis aqua  
31.b  
Hyoscyami seminis oleū  
110.b  
Hyperici oleum & eius  
usus 104.b  
105,106  
Hypericisal 215

Ignis calor in destillatio  
ne qualis 6.b  
Inaurandi res uariae  
modus 65,135.b  
Infusionum modi 7.b  
Instrumenta destillato  
ria uaria 16.b.17.18  
Instrumenta extracto  
ria 8.b  
Juniperi baccarum suc  
cus 211.b  
oleum 211.b  
sal 215.b  
Juniperi lignorum oleū  
126.b

L

Ladani oleum 117.8  
Lapatiū minoris aqua  
28  
Laterinum oleum ♂  
eius uires 180  
Lauri baccarum oleum  
112  
Lithargyri oleū 175.b  
Luti sapientiae compo  
sitiones 20

# INDEX.

## M

- Macis oleum* 114  
*Marchasitæ aqua* 58.b  
*Mellis quinta essentia* 132  
*Mellis aquæ* 36  
*Mellis faui aquæ* 35.b  
*Mercurij præcipitati parandi modus, & usus* 68..b  
*Metalla omnia quomo-  
do mollificetur* 64  
*Metallorum ab aquis se-  
paratio* 25.26.27  
*Myrrhæ oleum* 117

## N

- Naphtæ oleum* 154  
*Narantij florum aqua* 28.b  
*Nucis muscatæ oleum* 113  
*Nucum auelluarum a-  
qua* 28.b  
*Nucum corticum oleum* 1124

**O**

*ad Oculos aquæ uarie-*

- 37.38.39.
- Odoratæ aquæ* 42  
*Oleum quid sit* 70.b  
*Oleum à corruptione  
conseruat* 34.b  
*Oleum ad omnes ferè  
morbos corporis* 88.b  
*Oleum anisi & fœni-  
culi* 108.b  
109.110  
*Oleum anseris* 130  
*Oleum antimonij* 134  
135.136  
*Oleum Aristotelis* 85.b  
*Oleum auri* 232.233  
*Oleum baccarum Iuni-  
peri* 111.b  
*Oleum balsami Petri  
de Ebano* 82.b  
*Oleum Belzoinū* 117.b  
*benedictū Fierauan-  
ti* 95.b  
*calcis* 175.b  
*caryophyllorum, nu-  
cis muschatæ, pipe-  
ris, macis, cinnamo-  
mi* 113.114  
*castorei* 130.b  
*Oleum*

I N D E X.

Oleum causticum mirabile	uerbasci	104.b
ceræ	Hyperici	104.b
chalybis	105.106	
chartæ	Ladani	117.b
cinnamomi	Laterinū & eius ui=	
122	res	180
cumini	ligni Guaiaci	126
cupri	lithargyri	175.b
è baccis hederæ	masticis	116
è corticibus nucum	mellis	132.b
124	myrrhæ	117
è baccis lauri	naphtæ	154
è cortibus nucū	ouorum	130.b.131
è lignis iuniperi	philosophorum	81.b
Oleum è quovis ligno	pro memoria	88
extrahendum	90.b	
126	ranarum	133.b
Oleum ex ferro	raparum	112.b
ex osib[us] hominum	rosarum	107
129	saliū herbarū	216.b
ex therebinthinala=	sanctum	87
rigna	Saturni	175
ex uitellis ouorum	scorpionum	134
130.b.131	seminis h[ab]oscyami	
florum mali arantij	110.b	
106.b	spicæ	104.b
rorismarini	succini	176
rosarum Damasce=	sulfuris	150.151
narum	152.153 &c.	
	tartari	125.b
	taxi	130

# I N D E X.

- Oleum terebinthinae** 178  
 violaceum 107.b  
 vitrioli 15.b  
**Olei succini destillandi**  
 modus 177.  
 178.  
 vires 178.b  
**Olei sulfuris usus** 150.  
**Olei vitrioli differentia**  
 156.b  
**Olea ab aquis quomodo**  
 separanda 119.b  
 97.99.  
**Olea ad vulnera** 94.  
 95.96.  
**Olea varia pro diuer-**  
 sis morbis 84.85  
 86  
**Olea e gummis** 115.b  
**Olea ex aquas destil-**  
 landi modus artifi-  
 ciosus 13.b  
**Olea ex aromatibus**  
 113  
 corticibus 120  
 floribus 104  
 fructibus 111.b  
 metallis 175  
 seminibus 108  
**Olea ex seminibus quo-**  
 129
- modo destillanda 108.b.109  
**Olea quemodo e rad-**  
 cibus, herbis et se-  
 minibus extrahenda  
 73  
**Olea varia ad omnis ge-**  
 neris morbos 77  
**Oleorum ab aqua sepa-**  
 ratio 75.b  
**Oleorum destillationis**  
 modus 61  
**Oleorum destillatio per**  
 vesicam 62.b  
**Oleorum ex aquarum**  
 correctio 21.b  
**Oleorum extractio per**  
 torcular 75  
**Oleorum extrahendo-**  
 rum ratio 72  
**Oleorum extractio per**  
 aquam bullientem  
 74.b  
**Oleorum rectificatio**  
 76  
 usus 79.76.b  
**Omphacinum oleum**  
 70.b  
**Ostium hominum olci**  
 129  
**Olorum**

I N D E X.

- Ouorum albuminum      Rosacea aqua odorifera  
aque      35      29.b
- Ouorum aqua      31.b      Rosaceam aquam praeparandi uarij modi  
Pisces      29.b      29.b
- Papyri oleum      127      Rosatum oleum      107
- Philosophorum uitrum      145      Ruptorium      60
- Philoselle aque      28.b      S
- Piperis oleum      114.b      Sal absinthij      215  
alkali      215.b
- Q**
- Quintæ essentiae destilatio      213      aquarum thermalium  
Ralostratum      215.b      ammoniacus      217  
Renarum oleum      133.b      baccarum iuniperi  
Raporum oleum      112.b      215.b      chamomille      215.b  
Rectificatio oleorum et  
aquarum      21.b      hypericonis      215  
Rhabarbari extractio      210      urinae pueri      216  
Rhodostigma      4.b      Sales quomodo e rebus  
Roris aqua      29      uarijs extrahantur  
Rorismarini florum &  
qua      39      214      215.b      Salium herbarium oleum  
oleum      208      215.b      216.b  
Sanguinis humani &  
k

# INDEX.

- qua 31.b.127.b Succini destillatio  
 Scorpionum oleum 176.b.178  
 134 oleum 176  
 Seminum olea 108 eius uires 178.b  
 Solis puluis 234 Sulfuris oleum 150  
 Solsequij florum aqua eius usus 151  
 30 dosis 152.b  
 Soporiferæ aquæ 39.b Sulfuris olei parandi  
 Spicæ oleum 104.b modi 150,151,152  
 Stercoris humani aqua 153, 154
- T
- Stibium uel stimmi 134 Turbith extractio 209  
 Stibij pillulæ 147.b Tartari calcinatio  
 Stibij præparati dosis 125.b  
 147 Tartari oleum 125  
 Stibij præparati usus 146, 147, 148 Tartari oleum 125  
 Stibij uariæ præparatio 141, 142, 143 Taxo oleum 130  
 nes 139, 140 Terebinthine oleum 118  
 Stibij sanguis 138 Thermalium aquarum  
 Sublimare quid 1, 2 proba seu destillatio  
 Succus quid 204 Theriacales aquæ 48  
 Succi à corruptione Tiliæ florum aqua  
 conseruandi 34.b 30.b  
 Succi aque destilla- Tormentille aquæ 31  
 tæ quid differant 3.b. 4 Tutia aqua 58  
 Succorum extractiones Vasa

I N D E X.

- VITRIOLI OLEI DIFFERENTIAE  
*Vasa destillatoria ne  
in igne rumpatur* 20  
*Verbasci aqua* 30. b  
*Verbasci florum oleum*  
*104. b*  
*Violaceū oleum* 107. b  
*Vinum corruptum* 52. b  
*fœtidum* 52  
*Maluaticum destilla  
tum* 57  
*Vinum pendulum* 52  
*sublimatum* 202  
*Vini corrupti rectifica  
tio* 194  
*Vitrioli oleum* 156  
*Vitrioli oleum composti  
tum* 173  
*corrosuum* 173. b  
*Vitrioli oleum quomo  
do dulce fiat* 162
- VITRUM PHILOSOPHORUM  
*Vitrum ruptum conglu  
tinandum* 20. b  
*Vitrorum clausura*  
*20. b*  
*Vulnerum olea* 94  
*95. 96. 97. 99. b. 100*  
*101*
- X
- Xyloebeni succus* 212

k 2

## INDEX.

INDEX MORBO<sup>s</sup>

RVM, DE QVIBVS IN  
HOCH LIBRO  
tractatur.

- A 45.b.46  
 Lopēcia 32  
 Alui fluxus 164  
 Aluum sol- uens aqua 30  
 Ant fistulæ 151  
 Angina 169.b  
 Anhelitus graueolentia 52  
 Apoplexia 143.b  
     194.199  
 Apoplexiæ præcautio 52  
 ad Apoplexiæ aquæ S.Aegidij 48.b  
 Apostemata 32  
 Apostemata dura 87.b  
 Apostemata intrinseca 86 & extrinseca 185  
     212  
 Aqua reuiuiscere & iuuescere faciens
- Aquæ cosmeticæ 27.b  
 Asthura 83.110.b  
     118.147.b.211.b  
 Articulorum dolores 93.b.195.b  
 Arthritis 31.b  
     93.111  
 Arthritidis dolores 133.b.143.b  
 Arthetica frigida 130  
 Aurium paßiones 181  
     tinnitus 82.b  
     uermes 87.b.181  
 Auditus difficultas 44.b.94.b  
 Axillarum fœtor 31
- C
- Calculus renum 31.32  
     49.b.77.82.b  
 Calculus uesicæ & renū 161.b.163  
     Calculi

I N D E X.

- C**alculi præseruatio Causticæ aquæ 59  
 211. b 60. 61. 62. 65. b  
**Calculum** frangentia Causticum secretum  
 132. b 174  
**Capilli flavi** 132. b Cerebri & neruorum  
**Capillorum color** 66. b affectus 48. b  
**Capitis diuturnus dolor** Cicatrices 31. b. 96. b  
 147. b 99. b. 105. b. 133.  
 pediculi 166 Colicus dolor 52. 115. b  
 tremor 92. b 112. 161. b. 169. b. 170  
 uertigo 166 Comitialis morbus 32  
**Cancer** 31. 32. 49 uide Epilepsia  
 66. b. 93. b. 191. b Contractio membroriū  
**Cancer** & fistulae 29 83. b. 92. b  
**Cancrum** mortificans Cordis debilitas 181. b  
 oleum 173. b. 174 Cordis palpitatio 81. b  
**Cancrum sanans** aqua Cordis tremor 41. b  
 57. b 45. b. 114. b. 165  
**Cancrum tollendi** secre Corrosoiuī insigne 174  
 tum 61. b Crura exulcerata  
**Caro** mortua 67. 138. b 1302. b  
**Carnem** mirifice ero= Crurum uulnera 103  
 dens oleum 174 Cutis excoriationes  
**Carbo** pestiferus 80 126.  
**Carcinoma** 57. b. 58 Cutis nigredo 112.  
**Casus** ex alto 84. b  
 52. b  
**Catarrhus** & eius cura D  
 28. 94. 110. b. 114 Debilitas crinium 32  
 193. b. 211. b 33. 34  
 211. b. 212. b k 3

# I N D E X.

- Dentes dealbantia 61 Faciei lentigines 30.b  
 66.151 56.b.65
- Dentes firmissimos & maculae 29.40.b  
 pulcherrimos con- 66.107.b.125  
 seruandi modus 169 splendor 117
- Dentes nigri 61.66.a.b rubedo & syrones
- Dentium dolor 54.65.b 29.125
- Diarrhoea rugae 29.98
- Dolores articulorum ulceræ & fistulæ 175  
 133
- Dolores ex incisione Faciem dealbantia 36  
 membra 131.b 40.b.59.98.b
- Dysenteria Febris pestilens 44.b  
 50.161.b 146.b
- E** Febris tertiana 114.b  
 quartana 45.b  
 85.b.87.b
- Ebrietatem arnent Febris præcautio 45.b
- 131.b
- Elephantiasis 147.b Febres acutæ & calide
- Empyema 118 Febres mitigantia
- Epatis obstructio 110 107.b
- Epilepsia 31.a.b.35 Febres omnes curans  
 42.b.48.93.102. aqua 49  
 129.b.147.a.b.153 Febres omnis generis  
 Excoriationes cutis 111 quomodo curande  
 126 53.83.153
- F** Febres putridæ 152.b
- Fistulæ 29.59.b
- Facies ne sole aduratur 60.a.b.66.84.b.  
 30.a.b. 87.93.b.191.b.139.b
- Fistulas

I N D E X.

- |                                |                               |                   |
|--------------------------------|-------------------------------|-------------------|
| <i>Fistulas curantes aquæ</i>  | I                             |                   |
| <i>46.b.47</i>                 |                               |                   |
| <i>Fistulas mortificans o=</i> | <i>Icterus</i>                | <i>83.b.147</i>   |
| <i>leum</i>                    | <i>167</i>                    |                   |
|                                | <i>Ignis sacer</i>            | <i>49</i>         |
| G                              | <i>Iliaca</i>                 | <i>112</i>        |
|                                | <i>Impetigo &amp; serpigo</i> |                   |
| <i>Gallicus morbus</i>         | <i>48</i>                     |                   |
| <i>144.b.147</i>               |                               |                   |
| <i>Gingiuarum corruptio</i>    |                               |                   |
| <i>65.b</i>                    |                               |                   |
| <i>putredo</i>                 | <i>52</i>                     |                   |
| <i>ulcera</i>                  | <i>151</i>                    |                   |
| <i>Gonorrhœa</i>               | <i>184</i>                    |                   |
| <i>Gula tumor &amp; duri-</i>  |                               |                   |
| <i>ties</i>                    | <i>80</i>                     |                   |
| <i>Gutta in membris</i>        |                               |                   |
| <i>104.b</i>                   |                               |                   |
|                                | <i>Labiorum fissuræ</i>       | <i>118.b</i>      |
|                                | <i>133.b</i>                  |                   |
|                                | <i>Lateris punctura</i>       | <i>77.b</i>       |
|                                | <i>81.b.82</i>                |                   |
|                                | <i>Lepra</i>                  | <i>28.35.58.b</i> |
|                                | <i>66.b.81.94</i>             |                   |
|                                | <i>Lethargus</i>              | <i>166</i>        |
|                                | <i>Lienis uitia</i>           | <i>45.b</i>       |
|                                | <i>Lingue paralysis</i>       | <i>102</i>        |
|                                | <i>Lumborum dolores</i>       |                   |
|                                | <i>184</i>                    |                   |
| <i>Hemorrhoides</i>            | <i>167</i>                    |                   |
| <i>157</i>                     |                               |                   |
| <i>Hectica uide Phthisis</i>   |                               |                   |
| <i>Hecticæ cura</i>            | <i>34.b</i>                   |                   |
| <i>36.b</i>                    |                               |                   |
| <i>Hydrops</i>                 | <i>31.43</i>                  |                   |
| <i>49. 110.b. 145.b.</i>       |                               |                   |
| <i>153.172.b</i>               |                               |                   |
|                                | <i>Lumbricos enccantia</i>    |                   |
|                                | <i>82.a.b. 92.104.b.</i>      |                   |
|                                | <i>153.181.b</i>              |                   |
|                                | k 4                           |                   |

# INDEX.

M.

*Mammillarum dolor*

30.b.31

*Mammillarum foetor*

31

*Mammillarum scissuræ*

118.133.b

*ad Maniam secretum*

41.b

*Manus retracta*

80

*Manuum scissuræ*

112.b

*Manuum tremor*

92.b

*Matricis dolores*

53

*Melancholiæ phreneti-*

cæ cura

145.b

*Membra contracta*

92.

b.104.130

*Memoria*

95.96.b.118.

b.198.b

*Memoriæ debilitas*

29.

84. b. 86, b. 90. b.

91.b.166

*Memoriam confortan-*

tia

41.51.80.88

*Menses prouocantia*

50

211.b.216.b

*Menstruorum superflui-*

tas

165.b

*Morū curans aqua*

61.b

*Morsus venenosi*

54.b

165.b.181.b

N.

*Narium fistule*

175

*Narium polypus*

84.b

*Narium rimæ*

118.b

*Narium sanguinis flu-*

xus

165

*Nerui contracti*

130

*Nerui incisi*

103.

105

*Neruorum affectiones*

80. 81. 87. 93. 95.

118

*Neruorum incisiones*

93.b

*Neruorum mollificatio-*

& spasmus

93

O.

*Oculi albugo*

39

*Oculi cataracta*

38.b

*Oculi suffusio*

59

*Oculi expalpebrati*

53.b

*Oculi lachrymantes*

31.b.181.b

Oculo=

I N D E X.

- Oculorum ægritudines Pestis remedia 34. b  
 87. b 45. 196
- Oculorum caligo & Pestilens febris 44. b  
 nebulae 38. 184. Phrenitidis cura 145. b  
 190 166. b
- Oculorum maculæ 29 Phthisis 34. b. 36. b  
 32. 37. 66. 188. 190. 83. b. 102. 193
- Oculorum pustulæ 125 Pilos generantia 27. b
- Oculorum sanitatem 36  
 conseruantia 37. Pleuritis 118. b. 215  
 38. Podagra 66. b. 93.  
 96
- Oris vlcera 58. 57. b Podagra frigida 82. b  
 Ossa vulneribus extra= 87. b. 131  
 benda 47. b
- P Podagram mitigantia  
 30. b. 36. b
- Paralysis 29. 79. b. Podagrī dolores 117.  
 81. b. 96. b. 83. 84. 133. b
143. b Polypus narium 52  
 148
- Paralysis lingue 102 Pulmonum & iocinoris  
 Paralysis membrorum calores 28  
 119 à Putredine seruandire  
 à Paralysi præseruan= tio 52. 82  
 tes aquæ 48. b  
 49.
- R
- Palpebræ inuersæ 12 Partus difficultas 120. b  
 Partus difficultas 120. b Renum calculi 154.  
 Pectoralis aqua 42. b 31. 29.
- Pedum perniones 112. b Renum & vesicæ calci  
 k 3

## I N D E X.

- |  |                             |
|--|-----------------------------|
| culos frangentes a=                        | bus purgationes 49.         |
| que 43.44                                  | 50                          |
| Renum & vesicæ lapis                       | Stomachi cruditas 49.       |
| 31   | 50.                         |
| S  | Stranguria 78.b             |
| Sanguis concretus siue<br>grumosus 30.87.b | Stupor 84                   |
| Sanguinis fluxus 50                        | Sudorifera 112.b.154        |
| Sanguinis sputum 164.<br>181.b             | T                           |
| Sanguinem mundantia<br>128                 | Tinea 131                   |
| Scabies mala 49.b                          | Tormina ventris 28.b        |
| Scabiei cura 52.<br>57.b                   | Tortura membrorum<br>84     |
| Scrofulæ, porri & ver=                     | Tremor capitis & ma=        |
| ruce 47.59.60                              | nuum 92.b                   |
| 63.b.65.66.101.b<br>134                    | Tremor membrorum<br>83.b.84 |
| ad Solis vstitutionem 30                   | Tufts 110.153               |
| Somnifera 197.b.111<br>192.                | Tufts sicca febricitan=     |
| Soporiferæ aquæ 39.b                       | tium 35                     |
| Spasmus 79.b.80.83<br>84.118.b             | V                           |
| Spasmus vulnerum 87.b                      | Venarum rupture 164         |
| Splenis apostemata &<br>durities 87.b      | 166                         |
| Stomachi ab humiditati                     | Venena à corde pellens      |
|  | aqua 27.b                   |
|  | Venenorum remedia 49        |
|  | 87.b.83.b.85.b.101.         |
|  | 106.b.134                   |
|  | Venenorum omnium a=         |
|  | muletum 52                  |
|  | Veneno=                     |

I N D E X.

- Venenosi morsus* 54.b 37.38.39  
 165.b  
*Ventriculi cruditas* 49 30  
 50  
*Ventriculi debilitas* 110 84.b.87  
 b.115  
*Ventriculi dolores* 147.b 174  
*Ventris fluxus* 50.128  
*Vesicæ excoriatio* 180.b  
*Vermes* *vide Lumbrici.*  
*Vermes* 82.82.b  
*Vermes omnis generis*  
 pellens oleum 92  
*Vermes siue lumbricos*  
 enecantia 104.b  
*Vertigo* 110.b.115.165 103.130.b  
 166.194.211.b  
*Verrucæ, scrofulæ, por-*  
 ri 151.59.60.60.b 58.32  
 63.b.66.125.b  
*Vesicæ ex renum calcu-*  
 los frangentes aquæ 43.44  
*Virgæ ulcera* 151  
*Virium debilitas* 32.33 149.b  
 194.b  
*Visus debilitas* 39. 82.82.b  
 94.b.115.165 169.b.153.118.154  
*Visum conseruantia* 53 52.53.92.b.94  
 95

## INDEX.

- |  |              |                                     |
|--|--------------|-------------------------------------|
| Vulnera ex vlcera pro funda            | 93           | 46.31. 47. 77. 48.<br>b.153.b       |
| Vulnera capitis                        | 77.b         | Vulnera sanantia 104.               |
| Vulnera cito sananda                   | 47.b         | 105.106                             |
| Vulnera crurum                         | 103          | Vulnerum aqua 115                   |
| Vulnera glutinantia                    | 83<br>84.86  | dolor 65.b                          |
| Vulnera creruorum                      | 105          | sanguis 115                         |
| Vulnera ossum                          | 101          | spasmus 87.b                        |
| Vulnera putrida                        | 198.b        | Vulneribus ossa extra-<br>here 47.b |
| Vulnera recentia cito<br>sanantur aqua | 191.b<br>192 | Vulneribus sanandis oz<br>lea 96    |
| Vulnera sanantes aqua                  |              | Vulneraria aqua 47                  |
|  |              | Vteri suffocationes<br>115.b        |


## FINIS.



**Errata.**

Folio 238.b. suspicentur, adde homines.  
Ibidem, pro oculos, lege oculis. Ibidem, si  
mili, lege similē. Folio 244. linea quar-  
ta, valet, lege vacet. Ibidem, magno cum  
dedecore, adde magno tuo cum dedeco-  
re, &c.

T I G V R I,  
EXCVDEBAT CHRISTO-  
PHORVS FROSCH.  
ANNO M. D. LXIX.





САДИ  
• ОТСЯЧНО ТАКЕСУХ  
ЛЮСОЯТ ГУКОВ  
ХІЖІДАМ ОЙНД

SCD Lyon 1

SCD Lyon 1